Xenophontis
Opera

XENOPHONTIS ORATORIS ET HISTORICI, PROPTER SUMMAM EIUS ELOQUENTIAM, DOCTISSIMORUM OMNIUM IUDICIO LONGE

clarissimi, opera, quæ quidem græcè extant omnia, eademq; eruditissimorum uirorum labore in Latinam linguam conuersa: ac nunc primùm diligenti cura, & maximo labore de integro recognita, & in lucem edita.

Quorum Catalogum pagina uersa reperies.

His accessit uerborum & rerum gestarum Index copiosissimus.



BASILEAE APUD NICOLAUM BRYLINGERUM.

ANNO M. D. LV.

OPERVM XENOPHONTIS ELENCHVS.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, D. MELCHIORI A LIECHTENFELS, AMPLISSIMO BASILIENSI EPISCOPO, M. IOHANNES PETRI S. P. D.

CVM multæ ac uariæ res sunt, quæ reuerendissime Præsul, summum decus, & maximam utilitatem hominibus afferre possunt: tum duæ potissimum sunt, quibus id assequimur, sapientiæ studium & historiarum cognitio, si diligenter fuerint à nobis excultæ: ut enim ager fructuosus non est, si non excolatur, ita hominis animus his studijs neglectis, ad altiora conscendere non potest. Quod si hac una re potissimum à cæteris nos animantibus natura seiunxit, quod possimus oratione uti, certe hac ipsa ab hominibus differimus maxime: ne autem temerè dixisse, & impruděter fecisse aliquid uideamur, his rebus duabus plerunq; indigemus: prior uitam moresq; nostros informat, posterior in omnibus negotijs adeundis nos prudentiores reddit. Sed cùm Philosophiæ tres sint partes, his duabus, quæ de natura & rebus occultis, & de disserendo quid uerum, quid falsum, quid rectũ in oratione prauum'ue, quid consentiat, quid repugnet iudicando, omissis, tertiam Socrates ferè solùm persecutus est, cuius uitam, mores & doctrinam Xenophon diligenter in hoc opere expressit. Primus autẽ fuit Socrates, qui à rebus occultis, & ab ipsa natura inuolutis, in quibus ante eum Philosophi fuerunt occupati, seiunxit Philosophiam, & ad uitam communem adduxit, ut de uirtutibus & uitijs, omninoq; de bonis rebus & malis quæreret: cœlestia autẽ uel procul à cognitione naturę arbitraretur, uel si cognita essent, nihil tamen ad bene uiuendum conferre. Non autem hoc eò dico, ut reliquis duabus Philosophiæ partibus neglectis, in hac sola nos exerceamus: sed hanc potissimum nos reddere meliores, sapientiores, præstantiores. In hoc solùm occupatus fuit Socrates, ut suos auditores non quæstuosas artes doceret, uerùm meliores & sapientiores efficeret, ut ad ciuitatem regendam, domum gubernandam, exercitum ductitandũ forent aptiores. Cùm autem nihil optabilius sit sapientia, nihil pręstantius, nihil homine melius, quid ea magis sit expetendum, nõ uideo: eam autẽ Philosophiæ cognitione assequimur, cuius studiũ qui uituperat, haud sanè intelligo, quid nam sit quod laudandum putet. Nam siue delectatio quęritur animi, requiesq; curarum, quę conferri cum eorum studijs potest, qui semper aliquid exquirunt, quid spectet & ualeat ad bene beateq; uiuendũ, siue ratio constantiæ uirtutisq; quæritur, aut hæc est ars, aut nulla omnino, per quam eas assequamur. Nullam uerò dicere maximarum rerum artem esse, cùm minimarum sine arte nulla sit, hominum est parum consideratè loquentium, atq; in maximis rebus errantium. Si autem est aliqua disciplina uirtutis, ubi ea quæretur, cùm ab hoc discendi genere discesseris? Cùm itaq; Philosophiæ laus tanta sit, quis adeò eloquens est, qui nos ab huius lectione possit auocare? qui labores tanti, qui possint nos ab hoc studio deterrere? Hac instructi ueteres Philosophi, alijq; uiri præstantes, mortem intrepidè subierũt, ut de Socrate & Theramene, à triginta tyrannis iniustè condemnatis, alijsq; pluribus à Xenophonte diligenter enumeratis legimus, qui mortis pœnam subire, quàm iustitiam deserere maluerunt. Sed quid de Historia dicam? cuius utilitatem & præstantiam, qui oratione uelit exprimere, multo tempore indigeat? Est autem Historia, ut non minus eleganter quàm uerè describit apud Ciceronẽ Antonius, testis temporum, lux ueritatis, uita memoriæ, magistra uitæ, nuncia uetustatis: nec minus solet esse utilis quàm iucunda. Ea enim audire, quæ multis ante seculis gesta sunt, etsi iucunditatem afferant, tamen hinc fieri prudentiores, & in periculis adeundis cautiores, magnæ est utilitatis. Cùm autem sciam eorum esse plurimos, qui his studijs posthabitis, se ad sacra tanquam certiora conferant: hi mihi uidentur ignorare, hæc humanitatis studia, sacris literis, si rectè adhibeantur, multum lucis afferre. Quemadmodum enim uię ignari oberrant, & aliquando ob eius difficultatem in periculum incidunt, ac eò quo tendunt, commodè uenire non possunt: sic his solet accidere, qui linguarum & Philosophię cognitione nulla sunt præditi, ut sacros libros legentes, uerba, & scriptoris mentem non apprehendant. In his autem rebus duabus, de quibus copiosè disserui, ita uersatus est Xenophon noster, ut hoc suo opere laudem nullo seculo intermorituram sibi comparauerit. Huius in scribendo elegantiam M. Cicero laudat in Oratore: Illius, inquit, sermo est ille quidem melle dulcior, sed à forensi strepitu remotissimus. Et Quintilianus: Quid, inquit, cõmemorem Xenophontis illam iucunditatẽ inaffectatam, sed quam nulla affectatio consequi possit? ut ipsæ sermonem Gratiæ finxisse uideantur: & quod de Pericle ueteris comœdiæ testimoniũ est, in hunc iustissimè transferri posit, in labris eius sedisse

quandam persuadendi deam. Veteres autem nō modò facundiam eius laudibus celebrarūt, sed & rerum sententiarumq; pondus extulerunt. Semper Affricanus, inquit Cicero Tusculanarum secundo, Socraticum Xenophontem in manibus habebat. Hæc de dicēdi genere fere dicta sunt, pauca etiam de eius fide dicemus. Cùm plurimi sint qui græce Historiam conscripserint, nō tamen sine delectu omnes, nisi horas uelimus fallere, legendi: sunt enim qui ludāt, aures, animosq; otiosos demulceāt fabulis, quales sunt Heliodorus, Philostratus, Herodotus, Theopompus, in his non adeò multum, præter sermonis suauitatem, uidemus contineri, ut rectè Quintilianus dixerit. Græcis historicis plerunq; poeticæ similis est licentia. Quid autem de Xenophonte statuendum? Nimirum dignum esse cui fides adhibeatur: præter enim copiam & iucunditatem, illius orationi etiam fides est adiuncta, ea nanq; scripsit, quibus nō solùm miles interfuit, uerumetiā dux præfuit. In tanto igitur, amplissime Præsul, autore emendando, quantūmihi per grauissimas & diuturnas scholæ nostræ labores licuit, operā dedi, ut primò græca rectè legerentur, latina autem ut emendatiora & politiora in lucem prodirent. Græca passim deprauata, & minus rectè cōuersa deprehendi: in utrisq; igitur emendandis, adhibitis alijs quoq; exemplaribus, quantum necessitas exigere uidebatur, elaboraui. Cùm autē mihi adhuc deesset, cui ea ad defendendum committerem, suaserunt mihi uiri, in omni literarum genere clarissimi, Dominus D. Ioannes Huberus, Basiliensis Academiæ magnificus Rector, celsitudinis tuę medicus excellētissimus; et D. [illegible], ut tuæ celsitudini dedicarē, idq; ut facere uellē, his rationibus persuaserunt. Prædicarunt mihi tuam in rebus peragendis grauitatem, laudarunt mihi singularem tuam erga omnes humanitatem, & tuum amorem ineffabilem, quo literatos soles prosequi mihi commendarunt. Subditi de tanto Præsule gaudent, docti lætantur, ipsa humanitatis studia talem patronum desiderant. Non potui igitur, his causis adductus, grauissimorum uirorum petitioni non satisfacere, & id quicquid est laboris tibi offerre. Cum autem in toto Xenophonte nihil sit, quod hominem, neglectis huius uitæ uoluptatibus, ad uirtutem comparandam non adhortetur, cur nō etiam sub eius nomine, qui eam maximè, custodit prodeat? Eum igitur celsitudini tuæ inscribere, & me tibi humiliter commendare non dubitaui. Velim autem, ut ex eo Cyri clementiam, Agesilai fortitudinem, Socratis prudentiam cōsequare. Deum Optimū Maximum, cuius ope & auxilio omnia nituntur & constant, precor, ut te summa felicitate diu florere, & tibi commissos regere & gubernare ita uelit: ut & eius gloria, tuorumq; salus inprimis promoueatur. Valeat celsitudo tua. Basileæ,

Anno 1555. Septimo Calendas Septembris,

INDEX RERVM SCITV DI/GNARVM LOCVPLETISS.

A

mercatu/

uictus

X

Y

Z

ΠΡΟΟΙΜΙΑ ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ.

Ἔννοιά ποθ' ἡμῖν ἐγένετο, ὅσαι δημοκρατίαι κατελύθησαν ὑπὸ τῶν ἄλλως πως βουλομένων πολιτεύεσθαι μᾶλλον, ἢ ἐν δημοκρατίᾳ. ὅσαι τ' αὖ μοναρχίαι, ὅσαι τε ὀλιγαρχίαι, ἀνῄρηνται ἤδη ὑπὸ δήμων. καὶ ὅσοι τυραννεῖν ἐπιχειρήσαντες, οἱ μὲν αὐτῶν καὶ ταχὺ πάμπαν κατελύθησαν. οἱ δέ, κἂν ὁποσονοῦν χρόνον ἄρχοντες διαγένωνται, θαυμάζονται ὡς σοφοί τε καὶ εὐτυχεῖς ἄνδρες γεγενημένοι. πολλοὺς δ' ἐδοκοῦμεν καταμεμαθηκέναι καὶ ἐν ἰδίοις οἴκοις, τοὺς μὲν ἔχοντας καὶ πλείονας οἰκέτας, τοὺς δὲ καὶ πάνυ ὀλίγους, καὶ ὅμως οὐδὲ τοῖς ὀλίγοις τούτοις πάνυ τι δυναμένους χρῆσθαι πειθομένοις τοὺς δεσπότας. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἐνενοοῦμεν, ὅτι ἄρχοντες μέν εἰσι καὶ οἱ βουκόλοι τῶν βοῶν, καὶ οἱ ἱπποφορβοὶ τῶν ἵππων. καὶ πάντες δὲ οἱ καλούμενοι νομεῖς, ὧν ἂν ἐπιστατῶσι ζῴων, εἰκότως ἂν ἄρχοντες τούτων νομίζοιντο. πάσας τοίνυν ταύτας τὰς ἀγέλας ἐδοκοῦμεν ὁρᾶν, μᾶλλον ἐθελούσας πείθεσθαι τοῖς νομεῦσιν, ἢ τοὺς ἀνθρώπους τοῖς ἄρχουσι. πορεύονταί τε γὰρ αἱ ἀγέλαι, οἷ ἂν αὐτὰς εὐθύνωσιν οἱ νομεῖς. νέμονταί τε χωρία, ἐφ' ὁποῖα ἂν αὐτὰς ἐπάγωσιν. ἀπέχονταί τε ὧν ἂν αὐτὰς ἀπείργωσι. καὶ τοῖς καρποῖς τοίνυν τοῖς γιγνομένοις ἐξ αὐτῶν ἐῶσι τοὺς νομεῖς χρῆσθαι οὕτως, ὅπως ἂν αὐτοὶ βούλωνται. ἔτι τοίνυν οὐδεμίαν πώποτε ἀγέλην ᾐσθήμεθα συστᾶσαν ἐπὶ τὸν νομέα, οὔτε ὡς μὴ πείθεσθαι, οὔτε ὡς μὴ ἐπιτρέπειν τῷ καρπῷ χρῆσθαι. ἀλλὰ καὶ χαλεπώτεραί εἰσιν αἱ ἀγέλαι πᾶσι τοῖς ἄλλοις, ἢ τοῖς ἄρχουσί τε αὐτῶν, καὶ ὠφελουμένοις ὑπ' αὐτῶν. ἄνθρωποι δὲ ἐπ' οὐδένας μᾶλλον συνίστανται, ἢ ἐπὶ τούτους, οὓς ἂν αἴσθωνται ἄρχειν αὐτῶν ἐπιχειροῦντας. ὅτε μὲν δὴ ταῦτα ἐνεθυμούμεθα, οὕτως ἐγιγνώσκομεν περὶ αὐτῶν, ὡς ἀνθρώπῳ πεφυκότι, πάντων τῶν ἄλλων ζῴων ἂν ῥᾷον, ἢ ἀνθρώπων ἄρχειν. ἐπειδὴ δὲ ἐνενοήσαμεν, ὅτι Κῦρος ἐγένετο Πέρσης, ὃς παμπόλλους μὲν ἀνθρώπους ἐκτήσατο πειθομένους αὐτῷ, παμπόλλας δὲ πόλεις, πάμπολλα δὲ ἔθνη, ἐκ τούτου δὴ ἠναγκαζόμεθα μετανοεῖν, μὴ οὔτε τῶν ἀδυνάτων, μήτε τῶν χαλεπῶν ἔργων ᾖ τὸ ἀνθρώπων ἄρχειν, ἄν τις ἐπισταμένως τοῦτο πράττῃ. Κύρῳ γοῦν ἴσμεν ἐθελήσαντας πείθεσθαι, τοὺς μὲν ἀπέχοντας παμπόλλων ἡμερῶν ὁδόν, τοὺς δέ, καὶ μηνῶν. τοὺς δὲ οὐδ' ἑωρακότας πώποτε αὐτόν. τοὺς δὲ καὶ εὖ εἰδότας, ὅτι οὐδ' ἂν ἴδοιεν, καὶ ὅμως ἤθελον αὐτῷ ὑπακούειν. καὶ γάρ τοι τοσοῦτον διήνεγκε τῶν ἄλλων βασιλέων, καὶ τῶν πατρίους ἀρχὰς παρειληφότων, καὶ τῶν δι' ἑαυτῶν κτησαμένων, ὥστε ὁ μὲν Σκύθης, καίπερ παμπόλλων ὄντων Σκυθῶν, ἄλλου μὲν οὐδενὸς δύναιτ' ἂν ἔθνους ἐπάρξαι, ἀγαπῴη

XENOPHONTIS DISCIPLINAE CYRI REGIS PERSARVM LIBER PRIMVS, FRANCISCO PHILELPHO INTERPRETE.

PROOEMIVM.

Svbiit aliquando nos cogitatio, quot populi dominatus per illos soluti sunt, qui nellent alia quadam ratione, quàm populari, rem publicam gerere: & quot item regij, paucorumque principatus iam per populos sunt sublati: quotque aggressi tyrannida, eorum alij citò admodum defecerunt, alij uerò, si quantulumcunque etiam temporis in imperio perseuerarint, admirationi haberentur, perinde atque & sapientes fuerint, & fortunati quidam uiri. Præterea cognouisse uidebamur, in priuatis quoque domibus esse alijs famulos uel compluris, alijs perpaucos, qui tamen ne his quidem paucis uti omnino possent heriliter. Adhæc cogitabamus, & bubulcos principes boum esse, & equorum item eos, qui equos pascunt: & omnes qui per se pastores uocantur horum animalium, quibus præsunt, non absurdè principes existimari: uidereque uidebamur omnia hæc armenta facilius adduci, ut pastoribus pareant, quàm principibus suis homines. Nam & pergunt armenta quæcunque à pastoribus dirigantur, & in ijs regionibus pascuntur quò acta ab illis fuerint, & ab ijs abstinent, à quibus arceantur. et quos fructus produxerint, sinunt his uti pastores pro uoluntate. At ne ullum quidem armentum unquam accepimus, quod in pastores insurgeret, quo aut minus eis obtemperaret, aut fructuum usum prohiberet. Quin difficiliora in alienigenas omnis præstant se armenta, quàm in hos quos & præsides habent, & fructibus suis fouent. Homines uerò in neminem magis, quàm in illos insurgunt, quos imperium senserint moliri aduersus sese. Cum hæc igitur commentaremur animo, in hãc sententiam agebamur, ea esse hominem natura, ut facilius alijs omnibus animantibus imperitet, quàm hominibus. At ubi uenisset in mentem, Cyrum, qui foret Perses, permultos quidem homines, permultas urbes, permultas gentes, iussis suis reddidisse obedientis, hinc sententiam mutare coacti sumus, utpote quòd hominibus imperare neque impossibile sit, neque factu difficile, si quis prudenter id agat. Nouimus sanè Cyro non inuitos paruisse, alios qui plurimorum dierum, alios qui etiam mẽsium iter abstarent: alios item, qui ne ipsum quidem aspexissent unquam: alios etiam, qui quamuis certò scirent fore, ut non uiderent, et tamen libẽter audiebãt. Etenim usque adeo præstitit alijs regibus, tum ijs qui à parentibus accepissent imperia, tũ ijs qui suo ductu ea essent adepti, ut et Scytha, quàuis Scytharũ magnus sit numerus, nulli alij nationi queat imperitare, sed satis superque

habeat, si diuturnum in suos principatū gesserit: & Thrax in Thracas, & Illyricus in Illyricos. Atq; eodem modo de alijs gentibus audimus. Itaq; fertur esse in Europa etiam hac tempestate quasdam liberas gentes, easq; inuicem dissidere. At Cyrus identidem assumptis liberis quoque gentibus Asiæ, soluens cum parua Persarum manu, Medis uolentibus atq; Hyrcanis imperauit. Subiugauit Syros, Assyrios, Arabas, Cappadocas, Phrygas utrosq;, Lydos, Caras, Phœnicas, Babylonios. Potitus est etiā Bactrianis & Indis ac Cilicibus, & itidem Sacis & Paphlagonibus, & Mariandinis, atq; alijs quamplurimis gentibus, quarum ne nomina quidem quis dixerit. Insuper dominatus est Asiaticis Græcis. Cum uero descendisset ad mare, Cyprios quoq; & Aegyptios imperio tenuit. Atqui hisce quidem gentibus imperauit, quæ neque cum illo, neq; inter seipsas linguis conuenirent. Et potuit tamen formidine sui nominis tantum orbis terrarum peruadere, ut omnes terrore concuteret, haberetq; neminem repugnātem. Tantam autem omnibus cupiditatem iniecit gratificandi sibi, ut ex eius sententia gubernari optarent. Tot nationes ad sese conuertit, sibiq; deuinxit, ut eas dinumerare operosum sit, quocunque quis ire à regia eius cœperit, siue ad orientem, siue ad occidentem, siue ad septentriones, siue ad meridiem. Nos ergo hunc uirum ut admiratione dignū considerauimus, & quo natus genere, & quo fretus ingenio, et qua institutus disciplina, tantum ad imperandum cæteris mortalibus antecelluit. Quæ igitur de illo & audiuimus & sentimus, hæc in medium proferre aggrediemur.

CYRI GENVS.

Cyrus quidem natus est patre Cambyse rege Persarum: hic autē Cambyses ex Persidarum genere extitisse dicitur. At Persidæ à Perseo nomen habent. Matre uero consentitur fuisse Mandane, quæ nata est patre Astyage Medorum rege. Fuisse autem Cyrus natura fertur, & hoc etiam tempore à Barbaris decantatur, tum corporis forma pulcherrimus, tum animo humanissimus, tum disciplinæ atque honoris maximè studiosus. Qua propter laborē omnē exantlabat, & omne periculū laudis gratia perferebat. Huiusmodi Cyrus bonitate formæ animiq; præditus, in Persarū legibus educatus traditur. Prima his legibus cura est à bono publico. Haud enim incipiunt uidē, ut aliæ plurimæ ciuitates, quæ parentibus permittentes pro uoluntate filios educare, et ipsis parentibus pro arbitrio uitam agere eis iubent, ne furētur, ne rapiant, ne in alienas ædeis ingrediātur ui, ne iniustè percutiāt quenquā, ne adulteriū patrent, ne principi aduersentur, reliquaq; huiusmodi. Quòd si quid horū transgressus quis fuerit, pœna mulctatur. At Persarū leges anticipātes maximè curāt, ne initio tales sint ciues, ut cuiusquā uel improbitatis, uel turpitudinis desiderio capiātur. Curant autē hoc pacto: Est illis forū quod uocatur liberū, ubi et regia, et alia sunt palatia. Hinc et uenalia, & circunforanei, et horū clamores atq; ineptiæ in

Corporis & animi bona.

Persicarum legū præstantia.

τοῦ ἑαυτοῦ καὶ

δ' ἄν, εἰ τοῦ ἑαυτοῦ ἔθνους ἄρχων διαγίγνοιτο. καὶ ὁ Θρᾷξ, Θρᾳκῶν. καὶ ὁ Ἰλλυριὸς, Ἰλλυριῶν, καὶ τἆλλα δὲ ὡσαύτως ἔθνη ἀκούομεν. τὰ γοῦν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, ἔτι καὶ νῦν αὐτόνομα εἶναι λέγεται, καὶ λελύσθαι ἀπ' ἀλλήλων. Κῦρος δὲ παραλαβὼν τὸν ὡσαύτως, οὕτω καὶ τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔθνη αὐτόνομα ὄντα, ὁρμηθεὶς σὺν ὀλίγῃ Περσῶν στρατιᾷ, ἑκόντων μὲν ἡγήσατο Μήδων, ἑκόντων δὲ Ὑρκανίων. κατεστρέψατο δὲ Σύρους, Ἀσσυρίους, Ἄραβας, Καππαδόκας, Φρύγας ἀμφοτέρους, Λυδούς, Κᾶρας, Φοίνικας, Βαβυλωνίους. ἦρξε δὲ καὶ Βακτρίων, καὶ Ἰνδῶν, καὶ Κιλίκων. ὡσαύτως δὲ Σακῶν, καὶ Παφλαγόνων, καὶ Μαγαδιδῶν, καὶ ἄλλων δὲ παμπόλλων ἐθνῶν, ὧν οὐδ' ἂν τὰ ὀνόματα ἔχοι τις εἰπεῖν. ἐπῆρξε δὲ καὶ Ἑλλήνων τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ. καταβὰς δ' ἐπὶ θάλατταν, καὶ Κυπρίων καὶ Αἰγυπτίων, καὶ τοίνυν τῶν ἐθνῶν τούτων ἦρξεν, οὐδ' ἑαυτῷ ὁμογλώττων ὄντων, οὔτε ἀλλήλοις, καὶ ὅμως ἠδυνάσθη ἐφικέσθαι μὲν ἐπὶ τοσαύτην γῆν τῷ ἀφ' ἑαυτοῦ φόβῳ, ὥστε καταπλῆξαι πάντας, καὶ μηδένα ἐπιχειρεῖν αὐτῷ. ἠδυνάσθη δὲ ἐπιθυμίαν ἐμβαλεῖν τοσαύτην τοῦ πάντας ἑαυτῷ χαρίζεσθαι, ὥστε ἀεὶ τῇ ἑαυτοῦ γνώμῃ ἀξιοῦν κυβερνᾶσθαι. ἀνηρτήσατο δὲ τοσαῦτα φῦλα, ὅσα καὶ διελθεῖν ἔργον ἐστίν, ὅποι ἂν τις ἄρξηται πορεύεσθαι ἀπὸ τῶν βασιλείων, ἐάν τε πρὸς ἕω, ἐάν τε πρὸς ἑσπέραν, ἤν τε πρὸς ἄρκτον, ἤν τε πρὸς μεσημβρίαν. ἡμεῖς μὲν δή, ὡς ἄξιον ὄντα θαυμάζεσθαι τοῦτον τὸν ἄνδρα, ἐσκεψάμεθα τίς ποτε ὢν γένεαν, καὶ ποίαν τινὰ φύσιν ἔχων, καὶ ποίᾳ τινὶ παιδείᾳ παιδευθείς, τοσοῦτον διήνεγκεν εἰς τὸ ἄρχειν ἀνθρώπων. ὅσα οὖν καὶ ἐπυθόμεθα, καὶ ᾐσθῆσθαι δοκοῦμεν περὶ αὐτοῦ, ταῦτα πειρασόμεθα διηγήσασθαι.

ΚΥΡΟΥ ΓΕΝΟΣ.

Πατρὸς μὲν δὴ λέγεται Κῦρος γενέσθαι Καμβύσου, Περσῶν βασιλέως. ὁ δὲ Καμβύσης οὗτος τοῦ Περσειδῶν γένους ἦν. οἱ δὲ Περσεῖδαι ἀπὸ Περσέως κλῄζονται. μητρὸς δὲ ὁμολογεῖται Μανδάνης γενέσθαι. ἡ δὲ Μανδάνη αὕτη Ἀστυάγους ἦν θυγάτηρ, τοῦ Μήδων βασιλέως. φῦναι δὲ Κῦρος λέγεται καὶ ᾄδεται ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ τῶν βαρβάρων, εἶδος μὲν κάλλιστος, ψυχὴν δὲ φιλανθρωπότατος, καὶ φιλομαθέστατος, καὶ φιλοτιμότατος, ὥστε πάντα μὲν πόνον ἀνατλῆναι, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομεῖναι, τοῦ ἐπαινεῖσθαι ἕνεκα. φύσιν μὲν δὴ τῆς ψυχῆς καὶ τῆς μορφῆς, τοιαύτην ἔχων διαμνημονεύεται. ἐπαιδεύθη γε μὴν ἐν Περσῶν νόμοις. οὗτοι δὲ δοκοῦσιν οἱ νόμοι, ἄρχεσθαι τοῦ κοινοῦ ἀγαθοῦ ἐπιμελόμενοι. οὐχ ὁμοίως γὰρ ταῖς πλείσταις πόλεσιν ἄρχονται. αἱ μὲν γὰρ πλεῖσται πόλεις ἀφεῖσαι παιδεύειν, ὅπως τις ἐθέλει τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας, καὶ αὐτοὺς τοὺς πρεσβυτέρους ὅπως ἐθέλουσι διάγειν, ἔπειτα προστάττουσιν αὐτοῖς, μὴ κλέπτειν, μὴ ἁρπάζειν, μὴ βίᾳ εἰς οἰκίαν παριέναι, μὴ παίειν, ὃν μὴ δίκαιον, μὴ μοιχεύειν, μὴ ἀπειθεῖν ἄρχοντι, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα ὡσαύτως. ἢν δέ τις τούτων τι παραβαίνῃ, ζημίαν αὐτοῖς ἐπέθεσαν. οἱ δὲ Περσικοὶ νόμοι, προλαβόντες, ἐπιμέλονται ὅπως τὴν ἀρχὴν μὴ τοιοῦτοι ἔσονται οἱ πολῖται, οἷοι πονηροῦ τινος ἔργου ἢ αἰσχροῦ ἐφίεσθαι. ἐπιμέλονται δὲ ὧδε. ἔστιν αὐτοῖς ἐλευθέρα ἀγορὰ καλουμένη, ἔνθα τά τε βασίλεια, καὶ τὰ ἄλλα ἀρχεῖα πεποίηται. ἐντεῦθεν τὰ μὲν ὤνια καὶ οἱ ἀγοραῖοι, καὶ αἱ τούτων φωναὶ καὶ ἀπειροκαλίαι ἀπελά-

ἀπελήλαται εἰς ἄλλον τόπον, ὡς μὴ μιγνύηται ἡ τούτων τύρβη τῇ τῶν πεπαιδευμένων εὐκοσμίᾳ. διῄρηται δὲ αὕτη ἡ ἀγορὰ ἡ περὶ τὰ ἀρχεῖα εἰς τέτταρα μέρη. τούτων δ᾽ ἔστιν ἓν μὲν παισίν, ἓν δὲ ἐφήβοις, ἄλλο τελείοις ἀνδράσιν, ἄλλο τοῖς ὑπὲρ τὰ στρατεύσιμα ἔτη γεγονόσι. νόμῳ δ᾽ εἰς τὰς ἑαυτῶν χώρας ἕκαστοι τούτων πάρεισιν, οἱ μὲν παῖδες ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, καὶ οἱ τέλειοι ἄνδρες, οἱ δὲ γεραίτεροι, ἡνίκ᾽ ἂν ἑκάστῳ προχωρῇ, πλὴν ἐν ταῖς τεταγμέναις ἡμέραις, ἐν αἷς δεῖ αὐτοὺς παρεῖναι. οἱ δὲ ἔφηβοι καὶ κοιμῶνται περὶ τὰ ἀρχεῖα σὺν τοῖς γυμνητικοῖς ὅπλοις, πλὴν τῶν γεγαμηκότων. οὗτοι δὲ οὐκ ἐπιζητοῦνται, ἐὰν μὴ προρρηθῇ παρεῖναι, οὐδὲ πολλάκις ἀπεῖναι καλόν. ἄρχοντες δ᾽ ἐφ᾽ ἑκάστῳ τούτων τῶν μερῶν εἰσι δώδεκα· δώδεκα γὰρ καὶ Περσῶν φυλαὶ διῄρηνται. καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς παισὶν ἐκ τῶν γεραιτέρων ᾑρημένοι εἰσίν, οἳ ἂν δοκῶσι τοὺς παῖδας βελτίστους ἀποδεικνύναι. ἐπὶ δὲ τοῖς ἐφήβοις ἐκ τῶν τελείων ἀνδρῶν, οἳ ἂν αὐτοὺς τοὺς ἐφήβους βελτίστους δοκῶσι παρέχειν. ἐπὶ δὲ τοῖς τελείοις ἀνδράσιν, οἳ ἂν δοκῶσιν αὐτοὺς μάλιστα τὰ τεταγμένα ποιοῦντας, καὶ τὰ παραγγελλόμενα ὑπὸ τῆς μεγίστης ἀρχῆς. εἰσὶ δὲ καὶ τῶν γεραιτέρων προστάται ᾑρημένοι, οἳ προστατεύουσιν, ὅπως καὶ αὐτοὶ τὰ καθήκοντα ἀποτελῶσιν. ἃ δὲ ἑκάστῃ ἡλικίᾳ προστέτακται ποιεῖν, διηγησόμεθα, ὡς μᾶλλον δῆλον γένηται ᾗ ἐπιμέλονται, ὡς ἂν βέλτιστοι εἶεν οἱ πολῖται. οἱ μὲν δὴ παῖδες εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶντες, διάγουσι μανθάνοντες δικαιοσύνην, καὶ λέγουσιν, ὅτι ἐπὶ τοῦτο ἔρχονται, ὥσπερ παρ᾽ ἡμῖν οἱ τὰ γράμματα μαθησόμενοι. οἱ δὲ ἄρχοντες αὐτῶν διατελοῦσι, τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας δικάζοντες αὐτοῖς. γίγνεται γὰρ δὴ καὶ παισὶ πρὸς ἀλλήλους, ὥσπερ ἀνδράσιν ἐγκλήματα, καὶ κλοπῆς, καὶ ἁρπαγῆς, καὶ βίας, καὶ ἀπάτης, καὶ κακολογίας, καὶ ἄλλων, οἵων δὴ εἰκός. οὓς δ᾽ ἂν γνῶσι τούτων τι ἀδικοῦντας, τιμωροῦνται. κολάζουσι δὲ καὶ ὃν ἂν ἀδίκως ἐγκαλοῦντας εὑρίσκωσι. δικάζουσι δὲ καὶ ἐγκλήματος, οὗ ἕνεκα ἄνθρωποι μισοῦσι μὲν ἀλλήλους μάλιστα, δικάζονται δὲ ἥκιστα, ἀχαριστίας. καὶ ὃν ἂν γνῶσι δυνάμενον μὲν χάριν ἀποδιδόναι, μὴ ἀποδιδόντα δέ, κολάζουσι τοῦτον ἰσχυρῶς. οἴονται γὰρ τοὺς ἀχαρίστους, καὶ περὶ θεοὺς ἂν μάλιστα ἀμελῶς ἔχειν, καὶ περὶ γονέας, καὶ πατρίδα, καὶ φίλους. ἕπεσθαι δὲ δοκεῖ μάλιστα τῇ ἀχαριστίᾳ ἡ ἀναισχυντία. καὶ γὰρ αὕτη μεγίστη δοκεῖ εἶναι ἐπὶ πάντα τὰ αἰσχρὰ ἡγεμών. διδάσκουσι δὲ τοὺς παῖδας καὶ σωφροσύνην. μέγα δὲ συμβάλλεται εἰς τὸ μανθάνειν σωφρονεῖν αὐτούς, ὅτι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ὁρῶσιν ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν σωφρόνως διάγοντας. διδάσκουσι δὲ αὐτοὺς καὶ πείθεσθαι τοῖς ἄρχουσι. μέγα δὲ καὶ εἰς τοῦτο συμβάλλεται, ὅτι ὁρῶσι τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ πειθομένους τοῖς ἄρχουσιν ἰσχυρῶς. διδάσκουσι δὲ καὶ ἐγκράτειαν γαστρὸς καὶ ποτοῦ. μέγα δὲ καὶ εἰς τοῦτο συμβάλλεται, ὅτι ὁρῶσι τοὺς πρεσβυτέρους οὐ πρόσθεν ἀπιόντας γαστρὸς ἕνεκα, πρὶν ἂν ἀφῶσιν οἱ ἄρχοντες. καὶ ὅτι οὐ παρὰ μητρὶ σιτοῦνται οἱ παῖδες, ἀλλὰ παρὰ τῷ διδασκάλῳ, ὅταν οἱ ἄρχοντες σημήνωσι. φέρονται δὲ οἴκοθεν σῖτον μὲν ἄρτον, ὄψον δὲ κάρδαμον. πιεῖν δέ, ἤν τις διψῇ, κώθωνα, ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρύσασθαι. πρὸς δὲ τούτοις μανθάνουσι τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν. μέχρι μὲν δὴ ἓξ ἢ ἑπτα

καίδεκα

in alium locum reiecta sunt, ne horum turba excultis moribus misceatur. Est autem forum circa palatia distributum in parteis quatuor: quarum una est puerorum, altera puberum, tertia uirorum, qui perfectam aetatem iam agunt: quarta uero eorum qui sunt emeriti. Legeq; horum singuli adsunt locis suis: pueri, cum primum illuxerit, & eodem modo perfectae aetatis uiri. Seniores uerò, cum per ocium cuique licuerit, exceptis constitutis diebus, quibus adsint necesse est. At adolescentes cubant etiam in palatijs cum gymnicis armis, exceptis maritis, qui ne requiruntur quidem, nisi antea iussi adesse fuerint. At neque honestum ducitur saepius abesse. Et praesunt cuique harum partium duodecim principes: nam in duodecim tribus Persae distributi sunt. Hi uerò pueris praesunt, qui selecti ex senioribus eos uideantur reddituri quàm optimos. Adolescentibus quoque hi, qui ex absolutae aetatis uiris perquamoptimos eos existimentur effecturi. Viris autem ipsis hi sunt praefecti, quorum illi institutione censeantur quae constituta sunt, & à magistratu maximo imperata, maxime praestituri. Electi etiam sunt praesides seniorum. praesunt enim quò hi quoque suo fungantur officio. Quae autem cuique aetati imperantur faciunda, enarrabimus, quò dilucidius fiat, quam diligentiam adhibeant, ut ciues sint quàm optimi. Pueri igitur euntes ad ludos, iustitiae discēdae dant operam: aiuntq; ita illos huic rei studere, quemadmodū apud nos qui eunt ad literas perdiscendas. Eorum autem magistri magnam diei partem consumunt in eorum disceptationibus iudicādis. Habēt enim pueri quoq; inter sese, quemadmodū uiri, causas, & de furto, & de rapina, & de ui, & de fraude, et de maledicentia, & de alijs criminibus, ut par est. Quos autem norint horum aliquid deliquisse, eos plectūt. In illum item animaduertunt, quem minus iure accusantem inuenerint. Et de illo crimine quaestionem habent, quod in causa est, ut se homines odio mutuo insectentur quammaxime. Nam uehementer causam agunt ingratitudinis. ET QVEM cognorint posse referre gratiam, nec refert, in hunc seuerissimè animaduertunt: quippe qui arbitrantur eos qui sunt ingrati, et deos maiorē in modum negligere, & parentes & patriam, & amicos. INGRATITVDINEM uerò potissimum impudentia sequitur, quae ad omnem turpitudinem maxima est dux. Docēt etiam pueros temperantiam: ad quam discendam eis plurimum conducit, quòd uident senes ipsos quotidie temperanter uitā agere. Tradunt praeterea ijs praecepta parendi magistratibus. Multū quoq; huic rei conducit, quòd seniores intuētur parēre magistratibus magno studio. Eosdē insuper docent, ut & cibi & potus abstinentiam seruent. Ad quod illos admodum adiuuat, quòd ante oculos habēt senioreis non prius abire uentris implendi gratia, quàm principes permiserint: quodq; non apud matrē uescuntur pueri, sed apud magistrum, quando principes significarint. feruntq; domo pro cibo panem, pro obsonio nasturtium, ad potum uero capedinem ut ex flumine aquā hauriant. Ad haec etiā discunt sagittandi artem & iaculandi. Ad sextū igitur usq; aut septimū

Fori apud Persas distributio quadripla.

ποιοῦντας παρέχειν

Ingratitudinis crimen prę cęteris exosum.

Impudentia comes ingratitudinis.

Temperantia in cibo seruanda.

decimum ætatis annum hæc agunt pueri. Dein uerò ubi in adolescentiã excesserunt, ita rursus degunt. Pueritiã enim egressi cubant, ut antea diximus, ad palatia, idq; tum custodiendæ urbis gratia, tum ob temperantiæ studiũ. Videtur enim huic ætati maiorem in modũ diligentia opus esse. Præbẽt etiã seipsos interdiu principibus si eis usui sint pro republica. Et cum oportuerit, manẽt omnes ad palatia. Cum uerò ad uenationẽ rex exierit, id quod persæpe agit in mẽse, relinquit custodiæ dimidiũ. Habeãt autẽ exeuntes oportet arcus, & iuxtà pharetrã, in uagina mucronẽ, aut securim, præterea cratẽ, et pila duo, quo & alterũ emittãt, & altero, si opus fuerit, cominus utãtur. Ob hanc autẽ rem publice dant operã uenationi, & rex quemadmodũ in bello se ducem iis præstat, & ipse tũ uenatur, tum ut alij uenentur diligentiã adhibet, quod hæc eis uerissima uidetur meditatio rerũ bellicarũ. Etenim dilu culo assuefacit surgere, frigoraq; & calores tolerare. Exercet etiã eos itineribus & cursibus. Necessariũ etiã est sagitta bestiã ferire ac iaculo petere, ubicũq; occurrerit. Quinetiã sæpè animum acui in uenatione necesse est, ubi ferox aliqua bestia cõtra sese obiecerit. Nã et percutere oportet, quæ occurrerit, et irruentẽ cauere. Quare haud facile in uenatiõe corũ quicquam abesse reperiatur, quæ inter bellandũ accidunt. Exeũtes autẽ in uenationẽ prandiũ habent, & id quidẽ maiore quantitate, ut par est, quàm pueri, cæterum eodẽ modo. Et donec uenantur nõ prandent. Sed si quid opus fuerit aut feræ ipsius gratia præstolari, aut aliter uelint tẽpus terere in uenãdo, hoc prãdio pro cœna usi postridie uenantur ad cœnam usq;: et duos hos dies pro uno supputant, quod unius diei cibũ consumũt. Hoc autẽ faciunt consuescendi gratia, quod si quid etiã in bello oportuerit, id eis sit factu facile. At obsoniũ quidẽ hoc puberes habent, quodcunq; uenati fuerint. Nam si id minus, nasturtio uescuntur. Quod si quis eos existimat aut uesci iniucundè, cum aliud nihil præter nasturtiũ addant ad cibũ, aut potu minus suaui uti, cum aquam bibant, reminiscatur, quanta cũ uoluptate massa panisq; uescũtur in fame, quamq; suaue est bibere aquã in siti. At reliquæ tribus quæ domi manentes in uenationem non exeunt, tum alia exercent, quæ pueri didicerunt & sagittando & iaculando, tum hæc inter sese decertando agitant. Sunt præterea publici horum ludi præmiaq; proposita. In qua autem tribu plurimi fuerint peritissimi fortissimiq; ac maximè fideles, horum laudatur à ciuibus & honoratur non præsens princeps duntaxat, uerumetiã ille qui eos in pueritia erudiuit. Et his adolescentibus utuntur magistratus, si qua in re præsidio opus fuerit, uel ad maleficia inquirẽda, uel ad insequẽdos latrones, uel ad alia agẽda, quæcũq; aut uirium aut uelocitatis sunt opera. Ab adolescentibus igitur hæc geruntur. Sed ubi annos decẽ absoluerint, excedunt in perfectæ ætatis uiros, quo tempore hi rursus annos quinque et uiginti ita degũt. Principio, quemadmodũ adolescẽtes præsto sunt magistratibus, ut si quid pro rep. opus fuerit, se utãtur iis in reb. quæ prudentiã uireq; requirũt. Quod si militiæ dãda sit opera,

qui

καίδεκα ἐτῶν ἀπὸ γενεᾶς οἱ παῖδες αὐτὰ πράττουσιν· ἐκ τούτου δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐξέρχονται. οὗτοι δὲ αὖ οἱ ἔφηβοι διάγουσιν ὧδε. δέκα ἔτη ἀφ' οὗ ἂν ἐκ παίδων ἐξέλθωσι, κοιμῶνται περὶ τὰ ἀρχεῖα, ὥσπερ προείρηται, καὶ φυλακῆς ἕνεκα τῆς πόλεως καὶ σωφροσύνης. δοκεῖ γὰρ αὕτη ἡ ἡλικία μάλιστα ἐπιμελείας δεῖσθαι. παρέχουσι δὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἑαυτοὺς μάλιστα τοῖς ἄρχουσι χρῆσθαι, ἤν τι δέωνται ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ. καὶ ὅταν μὲν δέῃ, πάντες μένουσι περὶ τὰ ἀρχεῖα. ὅταν δὲ ἐξίῃ βασιλεὺς ἐπὶ θήραν, τὰς δὲ ἡμισείας φυλακὰς καταλείπει. ποιεῖ δὲ τοῦτο πολλάκις τοῦ μηνός. ἔχειν δὲ δεῖ τοὺς ἐξιόντας, τόξα παρὰ τὴν φαρέτραν, καὶ ἐν κολεῷ κοπίδα ἢ σάγαριν, ἔτι δὲ γέρρον καὶ παλτὰ δύο. ὥστε τὸ μὲν ἀφεῖναι, τῷ δ' ἂν δέῃ ἐκ χειρὸς χρῆσθαι. διὰ τοῦτο δὲ δημοσίᾳ τοῦ θηρᾶν ἐπιμέλονται, καὶ βασιλεύς, ὥσπερ καὶ ἐν πολέμῳ ἡγεμὼν αὐτοῖς ἐστι. καὶ αὐτός τε θηρᾷ καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμελεῖται, ὅπως ἂν θηρῶσιν, ὅτι ἀληθεστάτη δοκεῖ αὕτη ἡ μελέτη τῶν πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι. καὶ γὰρ πρωῒ ἀνίστασθαι ἐθίζει, καὶ ψύχη καὶ θάλπη ἀνέχεσθαι. γυμνάζει δὲ καὶ ὁδοιπορίαις καὶ δρόμοις. ἀνάγκη δὲ καὶ τοξεῦσαι θηρίον, καὶ ἀκοντίσαι ὅπου ἂν παραπίπτῃ. καὶ τὴν ψυχὴν δὲ πολλάκις ἀνάγκη θήγεσθαι ἐν τῇ θήρᾳ, ὅταν τι τῶν ἀλκίμων θηρίων ἀνθιστῆται. παίειν μὲν γὰρ δεῖ, τὸ ὁμόσε γιγνόμενον, φυλάξασθαι δὲ τὸ ἐπιφερόμενον. ὥστε οὐ ῥᾴδιον εὑρεῖν ἐν τῇ θήρᾳ, τί ἄπεστι τῶν ἐν πολέμῳ παρόντων. ἐξέρχονται δὲ ἐπὶ τὴν θήραν, ἄριστον ἔχοντες, πλεῖον μὲν ὡς εἰκὸς τῶν παίδων, τἄλλα δὲ ὅμοιον. καὶ θηρῶντες μὲν, οὐκ ἂν ἀριστήσαιεν, ἢν δέ τι δέῃ, θηρίου ἕνεκα ἐπικαταμεῖναι, ἢ ἄλλως βουληθῶσι διατρῖψαι περὶ τὴν θήραν, τὸ ἄριστον τοῦτο δειπνήσαντες, τὴν ὑστεραίαν αὖ θηρῶσι μέχρι δείπνου. καὶ μίαν ἀμφοτέρας τὰς ἡμέρας λογίζονται, ὅτι μιᾶς ἡμέρας σῖτον δαπανῶσι. τοῦτο δὲ ποιοῦσι, τοῦ ἐθίζεσθαι ἕνεκα, ἵνα καὶ ἐάν τι ἐν πολέμῳ δεήσῃ, δύνωνται τοῦτο ποιεῖν. καὶ ὄψον δὲ τοῦτο ἔχουσιν οἱ τηλικοῦτοι, ὅ, τι ἂν θηράσωσιν. εἰ δὲ μή, τὸ κάρδαμον. εἰ δέ τις αὐτοὺς οἴεται ἢ ἐσθίειν ἀηδῶς, ὅταν κάρδαμον μόνον ἔχωσιν ἐπὶ τῷ σίτῳ, ἢ πίνειν ἀηδῶς, ὅταν ὕδωρ πίνωσιν, ἀναμνησθήτω, πῶς ἡδὺ μὲν μᾶζα καὶ ἄρτος πεινῶντι φαγεῖν, πῶς δὲ ἡδὺ ὕδωρ διψῶντι πιεῖν. αἱ δὲ αὖ μένουσαι φυλαὶ διατρίβουσι μελετῶσαι τά τε ἄλλα, ἃ παῖδες ὄντες ἔμαθον, καὶ τοξεύειν, καὶ ἀκοντίζειν, καὶ διαγωνιζόμενοι ταῦτα πρὸς ἀλλήλους διατελοῦσιν. εἰσὶ δὲ καὶ δημόσιοι τούτων ἀγῶνες, καὶ ἆθλα προτίθεται. ἐν ᾗ δ' ἂν φυλῇ πλεῖστοι ὦσι δαημονέστατοι καὶ ἀνδρικώτατοι, ἐπαινοῦσιν οἱ πολῖται, καὶ τιμῶσιν οὐ μόνον τὸν ἄρχοντα αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς οἳ παῖδας ὄντας ἐπαίδευσαν. χρῶνται δὲ τοῖς μένουσι τῶν ἐφήβων αἱ ἀρχαί, ἤν τι ἢ φρουρῆσαι δεήσῃ, ἢ κακούργους ἐρευνῆσαι, ἢ λῃστὰς ὑποδραμεῖν, ἢ καὶ ἄλλο, ὅσα ἰσχύος τε καὶ τάχους ἔργα ἐστί. ταῦτα μὲν δὴ οἱ ἔφηβοι πράττουσιν. ἐπειδὰν δὲ τὰ δέκα ἔτη τελέσωσιν, ἐξέρχονται εἰς τοὺς τελείους ἄνδρας, ἀφ' οὗ δὲ ἂν ἐξέλθωσι χρόνου ἐκ τῶν ἐφήβων, οὗτοι αὖ πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη διάγουσιν ὧδε. πρῶτον μὲν, ὥσπερ οἱ ἔφηβοι παρέχουσιν ἑαυτοὺς ταῖς ἀρχαῖς χρῆσθαι, ἤν τι δέῃ περὶ τοῦ κοινοῦ ὅσα φρονούντων τε ἤδη ἔργα ἐστὶ, καὶ ἔτι δυναμένων. ἢν δέ που δεήσῃ στρατεύεσθαι,

τόξα

τόξα μὲν οἱ οὕτω πεπαιδευμένοι οὐκέτι ἔχοντες οὐδὲ παλτὰ στρατεύονται. τὰ δ᾽ ἀγχέμαχα ὅπλα καλούμενα. θώρακά τε περὶ τοῖς στέρνοις καὶ γέρρον ἐν τῇ ἀριστερᾷ. οἷόν περ γράφονται οἱ Πέρσαι ἔχοντες. ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ μάχαιραν ἢ κοπίδα. καὶ αἱ ἀρχαὶ δὲ πᾶσαι ἐκ τούτων καθίστανται, πλὴν οἱ τῶν παίδων διδάσκαλοι. ἐπειδὰν δὲ τὰ πέντε καὶ εἴκοσι ἔτη διατελέσωσιν, εἴησαν μὲν ἂν οὗτοι, πλεῖον ἢ πεντήκοντα ἔτη γεγονότες ἀπὸ γενεᾶς. ἐξέρχονται δὲ τηνικαῦτα, εἰς τοὺς γεραιτέρους ὄντας τε καὶ καλουμένους. οἱ δ᾽ αὖ γεραίτεροι οὗτοι στρατεύονται μὲν, οὐκέτι ἔξω τῆς ἑαυτῶν, οἴκοι δὲ μένοντες, δικάζουσι τά τε κοινὰ πάντα, καὶ τὰ ἴδια. καὶ θανάτου δὲ οὗτοι κρίνουσι, καὶ τὰς ἀρχὰς οὗτοι πάσας αἱροῦνται. καὶ ἤν τις ἐν ἐφήβοις ἢ ἐν τελείοις ἀνδράσιν ἐλλίπῃ τι τῶν νομίμων, φαίνουσι μὲν οἱ φύλαρχοι ἕκαστον καὶ τῶν ἄλλων ὁ βουλόμενος. οἱ δὲ γεραίτεροι ἀκούσαντες, ἐκκρίνουσιν. ὁ δὲ ἐκκριθεὶς, ἄτιμος τὸν λοιπὸν βίον διατελεῖ. ἵνα δὲ σαφέστερον δηλωθῇ πᾶσα ἡ Περσῶν πολιτεία, μικρὸν ἐπάνειμι. νῦν γὰρ ἐν βραχυτάτῳ ἂν δηλωθείη διὰ τὰ προειρημένα. λέγονται μὲν γὰρ Πέρσαι ἀμφὶ τὰς δώδεκα μυριάδας εἶναι. τούτων δ᾽ οὐδεὶς ἀπελήλαται νόμῳ τιμῶν καὶ ἀρχῶν. ἀλλ᾽ ἔξεστι πᾶσι Πέρσαις πέμπειν τοὺς ἑαυτῶν παῖδας εἰς τὰ κοινὰ τῆς δικαιοσύνης διδασκαλεῖα. ἀλλ᾽ οἱ μὲν δυνάμενοι τρέφειν τοὺς παῖδας ἀργοῦντας, πέμπουσιν. οἱ δὲ μὴ δυνάμενοι, οὐ πέμπουσιν. οἳ δ᾽ ἂν παιδευθῶσι παρὰ τοῖς δημοσίοις διδασκάλοις, ἔξεστιν αὐτοῖς ἐν τοῖς ἐφήβοις νεανισκεύεσθαι. τοῖς δὲ μὴ διαπαιδευθεῖσιν οὕτως, οὐκ ἔξεστιν. οἳ δ᾽ ἂν ἐν τοῖς ἐφήβοις διατελέσωσι τὰ νόμιμα ποιοῦντες, ἔξεστι τούτοις εἰς τοὺς τελείους ἄνδρας συναυλίζεσθαι, καὶ ἀρχῶν καὶ τιμῶν μετέχειν. οἳ δ᾽ ἂν μὴ διαγένωνται ἐν τοῖς ἐφήβοις, οὐκ ἔρχονται εἰς τοὺς τελείους. οἳ δ᾽ ἂν αὖ ἐν τοῖς τελείοις διαγένωνται, ἀνεπίληπτοι οὗτοι τῶν γεραιτέρων γίνονται. οὕτω μὲν δὴ οἱ γεραίτεροι διὰ πάντων τῶν καλῶν ἐληλυθότες καθίστανται. καὶ ἡ πολιτεία αὕτη, ᾗ οἴονται χρώμενοι βέλτιστοι ἂν εἶναι. καὶ νῦν δὲ ἔτι ἐμμένει μαρτύρια, καὶ τῆς μετρίας διαίτης αὐτῶν, καὶ τοῦ ἐκπονεῖσθαι τὴν δίαιταν. αἰσχρὸν μὲν γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἐστὶ Πέρσαις, καὶ τὸ ἀποπτύειν καὶ τὸ ἀπομύττεσθαι, καὶ τὸ φύσης μεστοὺς φαίνεσθαι. αἰσχρὸν δὲ ἐστὶ καὶ τὸ ἰόντα που, φανερὸν γενέσθαι ἢ τοῦ οὐρῆσαι ἕνεκα, ἢ καὶ ἄλλου τινὸς τοιούτου. ταῦτα δὲ οὐκ ἂν ἐδύναντο ποιεῖν, εἰ μὴ καὶ διαίτῃ μετρίᾳ ἐχρῶντο, καὶ τὸ ὑγρὸν ἐκπονοῦντες ἀνήλισκον. ὥστε ἄλλῃ ποι ἀποχωρεῖν. ταῦτα μὲν δὴ κατὰ πάντων Περσῶν ἔχομεν λέγειν. οὗ δὲ ἕνεκα ὁ λόγος ὡρμήθη, νῦν λέξομεν τὰς Κύρου πράξεις, ἀρξάμενοι ἀπὸ παιδός. Κῦρος μὲν γὰρ μέχρι δώδεκα ἐτῶν, ἢ ὀλίγῳ πλέον, ταύτῃ τῇ παιδείᾳ ἐπαιδεύθη, καὶ πάντων τῶν ἡλίκων διαφέρων ἐφαίνετο. καὶ εἰς τὸ ταχὺ μανθάνειν ἃ δέοι, καὶ εἰς τὸ καλῶς καὶ ἀνδρείως ἕκαστα ποιεῖν. ἐκ δὲ τούτου τοῦ χρόνου μετεπέμψατο Ἀστυάγης, τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα, καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς. ἰδεῖν γὰρ ἐπεθύμει, ὅτι ἤκουε καλὸν κἀγαθὸν αὐτὸν εἶναι. ἔρχεται δὲ αὐτή τε ἡ Μανδάνη πρὸς τὸν πατέρα, καὶ τὸν Κῦρον τὸν υἱὸν ἔχουσα. ὡς δὲ ἀφίκετο τάχιστα, καὶ ἔγνω ὁ Κῦρος τὸν Ἀστυάγην τῆς μητρὸς πατέρα ὄντα, εὐθὺς, οἷα δὴ παῖς φιλόστοργος φύσει,

qui ita sunt instituti arcubus & pilis amplius non utuntur, sed ensibus & armis quibus cominus pugnant: feruntq; thoraca circa pectora, & in manu sinistra cratem, qualem habere pinguntur Persæ. In manu autem dextera gladium aut mucronem. Et ex eiusmodi uiris magistratus omnes constituuntur, exceptis puerorum magistris. At posteaquam annos quinque uigintiq; complerint, agentes hi ætatis annum aliquanto amplius quàm quinquagesimum (illorum iam ætatem ingressi qui & sunt & uocantur seniores) non etiam in exercitum eunt extra solum patrium, sed manentes domi iudicant omneis caussas & publicas, & priuatas. Iudicant etiam hij caussam mortis, ijdemq; legunt omneis magistratus. Quod si quis aut in adolescentibus, aut in uiris deliquerit quippiam contra leges, deferũt eum singuli tribuni, & ex alijs qui uoluerit. Quem seniores ubi audierint, damnant. At damnatus degit reliquam uitam cum ignominia. Verum ut omnis Persarum respublica clarius pateat, repetamus paulo altius. Nunc autem ex antè dictis declaratum sit paucis. Persæ dicuntur esse circiter centum uiginti millia hominum. Horum nemo lege excluditur à dignitatibus atq; magistratibus. Sed licet omnibus Persis mittere filios ad publicos iustitiæ ludos. Verum qui possunt filios per ociũ alere, eos mittunt ad ludos. Quibus uero alendi non est facultas, nequaquam mittunt. Qui autē fuerint apud publicos magistros instituti, licet ijs inter adolescentes eius ætatis opera exercere, alijs uerò non licet. Qui rursus leguma inter adolescētis absoluerint, possunt hi inter eos uersari, magistratuũq; participes atq; bonorum fieri. At hi qui pueritiæ atq; adolescētiæ legitima nō obierint, inter uiros nō admittũtur. At hi rursus, qui inter perfectæ ætatis uiros sine reprehensione se gesserint, fiunt ex ordine seniorũ. Et ita seniores hi constituuntur, qui per omne honestatis genus uitam egerint. Et hæc est uiuendi institutio, qua qui utuntur, optimi uiri existimantur. Quin hoc etiam tempore testimonium durat, tum moderati eorũ uictus, tum etiã defatigati. Nam nunc quoq; turpe est apud Persas & spuere, & emungi, & flatus uideri plenos. Turpe item ducitur, si quis appareat quoquam ire aut meiendi, aut cuiusquam huiusmodi rei gratia. Quæ quidem facere nullo pacto possent, nisi & uictu modico uterentur, & humiditatem per laborem consumerent. Quo fit, ut ea aliò quopiam secedant: Hæc igitur de Persis omnibus dicere possumus. At cuius gratia hoc tempore nobis oratio cœpta est, res gestas Cyri narrabimus, à pueritia ordientes. Cyrus enim ad duodecimũ usq; annũ, aut paulo amplius hac institutus disciplina, æquales omnis antecellebat, & celeriter discendo ea quæ opus erãt, et pulchrè ac fortiter singula peragēdo. Exhinc filiam suam Astyages eiusq; filium accersiuit, quippe qui eum uidere cupiebat, quem & pulchritudine audiret & probitate præstare. Venit igitur Mandane ad patrem, Cyrum filium secum habens. Ad quem simulac peruenisset, Cyrus, que nouisset Astyagem matris eius patrem, continuò, ut erat ingenio facili atque perhumano,

tum eum amplexatus est familiariter atq; perbenignè, ueluti si quis diu unà educatus, diuq; illum amans amplexaretur, tum eundem exornatum intuens & suppicturatione oculorum, & coloris infricatione appositioneq; comarum, quæ fieri mos erat in Medis (hæc enim omnia Medorum sunt, & purpureæ tunicæ, & candidi amictus, & torques ad collum, & armillæ ad manus. At in Persis cum domi sunt, uel hoc tempore & uestes sunt uiliores, & uictus tenuiores) Intuens inquam Cyrus aui Astyagis ornatum, fixis in eum oculis: O mater, inquit, ut pulcher est auus meus. Sed cum mater cum rogasset uter ei pulchrior uideretur, pater'ne, an auus. respondit Cyrus, O mater, Persarum quidem pater meus longe est pulcherrimus: at Medis, quantum scilicet ipse in uijs atque in uenationibus uidi, meus hic auus maximè præstat pulchritudine.

Quod audiens Astyages, rursus eum amplexatus atque osculatus, & pulcherrima stola induit, & torquibus armillisq; honorauit, ornauitque: ac si quò equitaret, in equo frenis aureis insigni circumductabat, quemadmodum ipse quoque proficisci consueuit. At Cyrus ut & puer, & elegans, & ambitiosus delectabatur stola, atque equitandi disciplina mirum in modum lætabatur. Nam in Persis, quoniam difficile est & equos alere & equitare, quia montosa sit regio, uel uidere equum rarissime datur. Cum uerò cœnaret Astyages unà cum filia & nepote, uelletq; puerum quàm suauissime cœnare, quò minus res domesticas desideraret, apposuit ei & paropsidas & omne genus pulpamenta & epulas. Itaq; aiunt dixisse Cyrum: O aue quot negocia habes in cœna, si tibi necessarium sit in omnia hæc fercula manus extendere & degustare has sce tam uarias multasq́ue epulas. Quid ais, inquit Astyages? Nonne tibi multo uidetur pulchrior hæc cœna quàm Persica? Atque ille respondit. Aue, mihi sanè haud uidetur: sed longè simplicior apud nos ac rectior est ad explendum uia, quam apud uos. Apud nos enim panis & carnes ad hoc deducunt. Vos autem cum eòdem studetis peruenire quò nos, per multos circuitus ac uertigines sursum deorsumq; errantes uix aliquando uenitis, quò nos iamdudum peruenimus. Sed ô fili (inquit Astyages) hi errores nobis molesti non sunt: quòd si hæc tu quoque gustaueris, cognosces admodum esse suauia. Tum Cyrus inquit: At ego aue uideo etiam tibi has epulas esse fastidio. Et Astyagen ferunt interrogasse: Et cuiusnam rei coniectura istud ais? Quòd te, inquit, uideo cum panem tetigeris nihilo manum detergere: sed ubi horum quicquam attigeris, continuò manum purgas ad mantilia, ueluti molestè admodum feras istorum satietatem. Ad quæ subdidit Astyages: Si ergo ita sentis, ô fili, saltem carnibus uescere, quò robustior domum repetas: simulque hæc locutus, permultum ei carnium apposuit & syluestrium et cicurum. At Cyrus cum uidisset carnium tantum, ait: Num mihi das hasce carnes, ô aue, ut ipsis utar pro uoluntate? Do tibi, inquit, mehercule. Tum igitur Cyrus acceptis carnibus eas distribuit inter ministros aui,

cum

ἀσπάζετό τε αὐτὸν, ὥσπερ ἂν εἴ τις πάλαι συντεθραμμένος, καὶ πάλαι φιλῶν ἀσπάζοιτο. καὶ ὁρῶν δὴ αὐτὸν κεκοσμημένον, καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφῇ, καὶ χρώματος ἐντρίψει, καὶ κόμαις προσθέτοις, ἃ δὴ νόμιμα ἦν ἐν Μήδοις (ταῦτα γὰρ πάντα Μηδικά ἐστι, καὶ οἱ πορφυροῖ χιτῶνες, καὶ οἱ κάνδυες, καὶ οἱ στρεπτοὶ περὶ τῇ δέρῃ, καὶ τὰ ψέλλια περὶ ταῖν χεροῖν. ἐν Πέρσαις δὲ τοῖς οἴκοι, καὶ νῦν ἔτι πολὺ καὶ ἐσθῆτες φαυλότεραι, καὶ δίαιται εὐτελέστεραι) ὁρῶν δὴ τὸν κόσμον τοῦ πάππου, ἐμβλέπων αὐτῷ, ἔλεγεν ὦ μῆτερ, ὡς καλός μοι ὁ πάππος. ἐρωτώσης δὲ τῆς μητρὸς αὐτὸν, πότερος δοκεῖ καλλίων αὐτῷ εἶναι, ὁ πατὴρ ἢ οὗτος; ἀπεκρίνατο ἄρα ὁ Κῦρος· ὦ μῆτερ, Περσῶν μὲν πολὺ κάλλιστος ὁ ἐμὸς πατήρ. Μήδων μέντοι ὅσων ἑόρακα ἐγὼ, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ ἐπὶ θύραις, πολὺ οὗτος ὁ ἐμὸς πάππος κάλλιστος. ἀντασπαζόμενος δὲ αὐτὸν ὁ Ἀστυάγης, καὶ στολὴν καλὴν ἐνέδυσε, καὶ στρεπτοῖς καὶ ψελλίοις ἐτίμα, καὶ ἐκόσμει. καὶ εἴ που ἐξελαύνοι, ἐφ' ἵππου χρυσοχαλίνου περιῆγεν. ὥσπερ καὶ αὐτὸς εἰώθει πορεύεσθαι. ὁ δὲ Κῦρος, ἅτε παῖς ὢν καὶ φιλόκαλος καὶ φιλότιμος, ἥδετο τῇ στολῇ, καὶ ἱππεύειν μανθάνων, ὑπερέχαιρεν. ἐν Πέρσαις γὰρ, διὰ τὸ χαλεπὸν εἶναι καὶ τρέφειν ἵππους, καὶ ἱππεύειν, ἐν ὀρεινῇ οὔσῃ τῇ χώρᾳ, καὶ ἰδεῖν ἵππον σπάνιον. δειπνῶν δὲ ὁ Ἀστυάγης σὺν τῇ θυγατρὶ καὶ τῷ Κύρῳ, βουλόμενος τὸν παῖδα ὡς ἥδιστα δειπνεῖν, ἵνα ὡς ἧττον τὰ οἴκαδε ποθοίη, προσῆγεν αὐτῷ καὶ παροψίδας, καὶ παντοδαπὰ ἐμβάμματα καὶ βρώματα. τὸν δὲ Κῦρον, ἔφασαν λέγειν· ὦ πάππε, ὅσα πράγματα ἔχεις ἐν τῷ δείπνῳ, εἰ ἀνάγκη σοι ἐπὶ πάντα τὰ λεκάνια ταῦτα διατείνειν τὰς χεῖρας, καὶ ἀπογεύεσθαι τούτων τῶν παντοδαπῶν βρωμάτων. τί δὲ φάναι τὸν Ἀστυάγην. οὐ γὰρ πολύ σοι δοκεῖ κάλλιον τόδε τὸ δεῖπνον εἶναι τοῦ ἐν Πέρσαις; τὸν δὲ Κῦρον πρὸς ταῦτα ἀποκρίνασθαι λέγεται, οὐχί, ὦ πάππε, ἀλλὰ πολὺ ἁπλουστέρα καὶ εὐθυτέρα παρ' ἡμῖν ἡ ὁδός ἐστιν ἐπὶ τὸ ἐμπλησθῆναι, ἢ παρ' ὑμῖν. ἡμᾶς μὲν γὰρ ἄρτος καὶ κρέας εἰς τοῦτο ἄγει. ὑμεῖς δὲ, εἰς μὲν τὸ αὐτὸ ἡμῖν σπεύδετε. πολλοὺς δέ τινας ἑλιγμοὺς ἄνω καὶ κάτω πλανώμενοι, μόλις ἀφικνεῖσθε, ὅποι ἡμεῖς πάλαι ἥκομεν. ἀλλ' ὦ παῖ (φάναι τὸν Ἀστυάγην) οὐκ ἀχθόμενοι ταῦτα περιπλανώμεθα. γευόμενος δὲ, ἔφη, καὶ σὺ, γνώσῃ ὅτι ἡδέα ταῦτά ἐστιν. ἀλλὰ καὶ σὲ (φάναι τὸν Κῦρον) ὦ πάππε, μυσαττόμενον ταῦτα τὰ βρώματα ὁρῶ. καὶ τὸν Ἀστυάγην ἐπερέσθαι, καὶ τίνι δὴ σὺ τεκμαιρόμενος ὦ παῖ, λέγεις; ὅτι σὲ (φάναι) ὁρῶ, ὅταν μὲν τοῦ ἄρτου ἅψῃ, εἰς οὐδὲν τὴν χεῖρα ἀποψώμενον. ὅταν δὲ τούτων τινὸς θίγῃς, εὐθὺς ἀποκαθαίρῃ τὴν χεῖρα εἰς τὰ χειρόμακτρα, ὡς πάνυ ἀχθόμενος, ὅτι πλέα σοι ἀπ' αὐτῶν ἐγένετο. πρὸς ταῦτα δὴ τὸν Ἀστυάγην εἰπεῖν, εἰ τοίνυν οὕτω γιγνώσκεις, ὦ παῖ, ἀλλὰ κρέα γε εὐωχοῦ, ἵνα νεανίας οἴκαδε ἀπέλθῃς. ἅμα δὲ ταῦτα λέγοντα, πολλὰ αὐτῷ παραφέρειν, καὶ θήρεια καὶ τῶν ἡμέρων. καὶ τὸν Κῦρον, ἐπεὶ ἑώρα πολλὰ τὰ κρέα, εἰπεῖν. ἦ καὶ δίδως μοι, ὦ πάππε, ταῦτα πάντα τὰ κρέα, ὅ τι ἂν βούλωμαι αὐτοῖς χρῆσθαι; νὴ Δία (φάναι) ἔγωγέ σοι, ὦ παῖ. ἐνταῦθα δὴ τὸν Κῦρον λαβόντα τὰ κρέα, διαδιδόναι τοῖς ἀμφὶ τὸν πάππον θεραπευταῖς,

ἐπιλέγον-

ἄλλῳ λέγοντα ἑκάστῳ· σοὶ μὲν τοῦτο, ὅτι προθύμως με ἱππεύειν διδάσκεις. σοὶ δέ, ὅτι μοι πάλτον ἔδωκας. τοῦτο γὰρ νῦν ἔχω. σοὶ δέ, ὅτι τὸν πάππον καλῶς θεραπεύεις. σοὶ δέ, ὅτι μου τὴν μητέρα τιμᾷς. τοιαῦτα ἐποίει, ἕως διεδίδου πάντα ἃ ἔλαβε κρέα. Σάκᾳ δὲ φάναι τὸν Ἀστυάγην τῷ οἰνοχόῳ, ὃν ἐγὼ μάλιστα τιμῶ, οὐδὲν δίδως; ὁ δὲ Σάκας ἄρα καλός τε ὢν ἐτύγχανε, καὶ τιμὴν ἔχων προσάγειν τοὺς δεομένους Ἀστυάγους, καὶ ἀποκωλύειν οὓς μὴ καιρὸς αὐτῷ δοκοίη εἶναι προσάγειν. καὶ τὸν Κῦρον ἐπερέσθαι προπετῶς, ὡς ἂν παῖς μηδέπω ὑποπτήσσων, διὰ τί, ὦ πάππε, τοῦτον οὕτω τιμᾷς; καὶ τὸν Ἀστυάγην σκώψαντα εἰπεῖν, οὐχ ὁρᾷς, φάναι, ὡς καλῶς οἰνοχοεῖ καὶ εὐσχημόνως; οἱ δὲ τῶν βασιλέων τούτων οἰνοχόοι κομψῶς τε οἰνοχοοῦσι, καὶ καθαρείως ἐγχέουσι, καὶ διδόασι τοῖς τρισὶ δακτύλοις ὀχοῦντες τὴν φιάλην, καὶ προσφέρουσιν ὡς ἂν ἐνδοῖεν τὸ ἔκπωμα εὐληπτότατα τῷ μέλλοντι πίνειν. κέλευσον δή, φάναι, ὦ πάππε, τὸν Σάκαν καὶ ἐμοὶ δοῦναι τὸ ἔκπωμα, ἵνα κἀγὼ καλῶς σοι πιεῖν ἐγχέας, ἀνακτήσωμαί σε, ἢν δύνωμαι. καὶ τὸν κελεῦσαι δοῦναι. λαβόντα δὲ τὸν Κῦρον, οὕτω μὲν εὖ κλύσαι τὸ ἔκπωμα, ὥσπερ τὸν Σάκαν ἑώρα. οὕτω δὲ στήσαντα τὸ πρόσωπον σπουδαίως, καὶ εὐσχημόνως προσενεγκεῖν, καὶ ἐνδοῦναι τὴν φιάλην τῷ πάππῳ, ὥστε τῇ μητρὶ καὶ τῷ Ἀστυάγει πολὺν γέλωτα παρασχεῖν. καὶ αὐτὸν δὲ Κῦρον ἐκγελάσαντα, ἀναπηδῆσαι πρὸς τὸν πάππον, καὶ φιλοῦντα ἅμα εἰπεῖν· ὦ Σάκα, ἀπόλωλας. ἐκβαλῶ σε τῆς τιμῆς. τά τε γὰρ ἄλλα, φάναι, σοῦ κάλλιον οἰνοχοήσω, καὶ οὐκ ἐκπίομαι αὐτὸς τὸν οἶνον. οἱ γὰρ τῶν βασιλέων οἰνοχόοι, ἐπειδὰν διδῶσι τὴν φιάλην, ἀρύσαντες ἀπ' αὐτῆς τῷ κυάθῳ, εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ἐγχεάμενοι, καταρροφοῦσιν. τοῦ δὴ εἰ φάρμακα ἐγχέοιεν, μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς. ἐκ τούτου δὴ ὁ Ἀστυάγης ἐπισκώπτων, ἔφη, καὶ τί δή, ὦ Κῦρε, τἆλλα μιμούμενος τὸν Σάκαν, οὐκ ἀπερρόφησας τοῦ οἴνου; ὅτι νὴ Δί', ἔφη, ἐδεδοίκειν, μὴ ἐν τῷ κρατῆρι φάρμακα μεμιγμένα εἴη. καὶ γὰρ ὅτε εἱστίασας σὺ τοὺς φίλους ἐν τοῖς γενεθλίοις, σαφῶς κατέμαθον, φάρμακα αὐτὸν ὑμῖν ἐγχέαντα. καὶ πῶς δή, ἔφη, σύ, ὦ παῖ, τοῦτο κατέγνως; ὅτι νὴ Δί', ἔφη, ὑμᾶς ἑώρων, καὶ ταῖς γνώμαις, καὶ τοῖς σώμασι σφαλλομένους. πρῶτον μὲν γάρ, ἃ οὐκ ἐᾶτε ἡμᾶς τοὺς παῖδας ποιεῖν, ταῦτα αὐτοὶ ἐποιεῖτε. πάντες μὲν γὰρ ἅμα ἐκεκράγειτε. ἐμανθάνετε δὲ οὐδὲν ἀλλήλων. ᾔδετε δέ, καὶ μάλα γελοίως. οὐκ ἀκροώμενοι δὲ τοῦ ᾄδοντος, ὠμνύετε ᾄδειν ἄριστα. λέγων δὲ ἕκαστος ὑμῶν τὴν ἑαυτοῦ ῥώμην, ἔπειτ' εἰ ἀνασταίητε ὀρχησόμενοι, μὴ ὅπως ὀρχεῖσθαι ἐν ῥυθμῷ, ἀλλ' οὐδ' ὀρθοῦσθαι ἐδύνασθε. ἐπελέλησθε δὲ παντάπασι, σύ τε ὅτι βασιλεὺς ἦσθα, οἵ τε ἄλλοι ὅτι σὺ ἄρχων. τότε γὰρ δὴ ἔγωγε καὶ πρῶτον κατέμαθον, ὅτι τοῦτ' ἄρ' ἦν ἡ ἰσηγορία, ὃ ὑμεῖς τότ' ἐποιεῖτε. οὐδέποτε γοῦν ἐσιωπᾶτε. καὶ ὁ Ἀστυάγης εἶπεν· ὁ δὲ σὸς πατήρ, ὦ παῖ, πίνων οὐ μεθύσκεται; οὐ μὰ Δί', ἔφη. ἀλλὰ πῶς ποιεῖ; διψῶν παύεται. ἄλλο δὲ κακὸν οὐδὲν πάσχει. οὐ γάρ, οἶμαι, ὦ πάππε, Σάκας αὐτῷ οἰνοχοεῖ. καὶ ἡ μήτηρ εἶπεν· ἀλλὰ τί ποτε σύ, ὦ παῖ, οὕτω τῷ Σάκᾳ πολεμεῖς;

τὸν

cum huiusmodi uerbis: Tibi quidem hoc à me datur, quòd alacriter mihi tradis equitandi praecepta. Tibi autem, quòd tragulam dedisti mihi. nam hanc ego nũc habeo. Tibi uerò, quoniam auo per pulchre inseruis. Tibi quoq;, quia matrem meam honore prosequeris. Haec faciebat, donec distribueret carnes omnis quas accepisset. Sed Astyages, Sacae, inquit, pincernae, quem ego honoro maxime, nihil impartiris? Erat autem hic Sacas excellenti forma, eaq; fungebatur dignitate, ut eos ad Astyagem deduceret, quibus indigeret, importunos autem arceret. Sed Cyrus ut puer adhuc ueritus nihil, rogat inconsultò Astyagen: Quamobrem aue hunc ita honoras? Cui Astyages cauillatus, inquit: An minus uides quàm pulchrè, quamq; aptè uinum fundit? Horum enim regum pincernae aptissime ac purissimè uinum fundunt, ferentesq; phialam tribus digitis eam praebent. Afferunt enim ita, ut qui bibiturus est, poculum capiat commodissime. Tum Cyrus ait: Iube igitur Sacae, ò aue, ut mihi poculum tradat, quò ipse quoque pulcherrimè uinum fundens te mihi uendicem, si potero. Quod ubi iussisset Astyages, Cyrus accepto poculo ita illud bene eluit, ut Sacan uiderat. Iam etiam composita facie studiosè, & aptè quodammodo praebuit, tradiditq; in manum phialam ipsi auo, ut & matrem, & Astyagen multo risu afficeret. Cyrus uero ipse profusus in risum, ad auum prosiliit, eumq; simul osculatus ait: O Saca peristi, ex honore te eijciam: nam & pincernae officio melius quàm tu fungar, & non bibam uinum ut tu. Regũ enim pincernae cum dant phialam, ex ea uinum cyatho haustum fundentes in sinistram manum obsorbent, ne si uenena infudissent, ipsi non laedantur. Hinc Astyages ait per cauillum: Cur Cyre, qui alijs in rebus Sacam imitaris, non uinum obsorbuisti? Quod metueram, inquit, mediusfidius, ne in cratere mixta uenena forent. Etenim cum tu in natalitijs amicos accepisti, perspicue didici eum uobis uenena infudisse. Et quonam pacto, inquit ille, ò fili, hoc dignosti? Quod, inquit, nos uidebam neque mentis esse, neque corporis compotes. Primum, quae à uobis pueri facere prohibemur, haec nos faciebatis. Omnes enim clamabatis simul, & intelligebatis inuicem nihil. Canebatis magno cum ridiculo, & cum canentem minimè audiretis, iurabatis optimè eum canere. Et quisque uestrum, cum de suis uiribus loqueretur, mox saltaturi surgebatis, cum non modo ad numerum non saltare, sed ne erigi quidem possetis. Eratisq; obliti omnino, & tu, quòd rex esses, & alij, quod sibi imperares. Per id enim temporis ego primum didici, hoc quod à uobis tum agebatur, causam esse perpetuae uestrae confabulationis. Itaque nunquam tacebatis. Et Astyages ait: At patrem tuum fili, cum bibit, non'ne capit ebrietas? Non, inquit, mehercule. Sed quomodo facit? Sitim extinguit, & patitur aliud mali nihil. Non enim Sacas ei, ut uidetur, uinum fundit. Mater autem inquit: Quid tandem fili adeo Sacam oppugnas?

Quoniam, inquit Cyrus, ipse odio mihi est, quippe qui me sæpe cupientem ad auum accurrere, prohibet homo sceleratissimus. Verum te suppliciter aue precor, da mihi tris dies in Sacam imperium. Et Astyages inquit: Quo pacto ei imperitaueris? Cyrus autem respondit. Stans ego, quemadmodũ hic in aditu, cum uoluerit ingredi ad prãdium, dicerem, nondũ fieri posse, ut prandio intersis: auus enim quibusdam uiris dat operã. Deinde cum ad cœnam uenerit, dicturus sim, quòd auus lauatur. Cum uerò magno uescendi desiderio afficeretur, dicerem, auum esse apud mulieres. Tandẽ aliquando ita ego hunc protraherẽ, sicuti ipse me ab auo arcendo protrahit. Tot inter cœnandum relaxationes animorum eis præbebat Cyrus. Interdiu uerò si qua re sentiret uel auum uel auunculum indigere, ad id officij omnes anteuertebat. Quicquid enim Cyrus gratificari ijs posset, quamlibentissime obibat. At cum Mandane reditum pararet ad uirum, rogabat eam Astyages, Cyrum apud se relinqueret. quæ uelle quidem, respondit, omnibus in rebus patri morem gerere, uerum putare esse factu difficile, inuitum puerum deserere. Hic Astyages ait ad Cyrum: O fili, si apud me manseris, omnium primùm aditus ad me tui, nulla Sacæ facultas erit, sed potestas omnis in te futura est: haboq; tibi gratias, quãto sæpius ad me ieris. Deinde & equis meis & alijs uteris rebus, quibuscunq; uolueris. Et cũ abire institueris, habiturus es quoscunque libuerit abeunti tibi. Præterea incedes quam uiam ipse delegeris pro cœnæ mediocritate ex sententia tua. Insuper tibi do & quæ nunc in hortis feræ sunt, & alias omnigenas colligã, quas, cum primum equitare didiceris, insequeris, prosternesq; & sagittando & iaculando quemadmodum uiri magni solẽt. Præbeboq; tibi pueros collusores, & alia omnia cõsequeris, quæ uelle te dixeris. Hæc Astyages ubi dixisset, Cyrũ mater interrogabat, utrum uellet, manerene an abire? Hic autem nihil cunctatur, sed quam celerrime se uelle manere respõdit. Rursusq; interrogatus à matre, quam ob rem dixisse fertur, Quoniam domi, ò mater, & sum, & uideor esse æqualibus superior iaculando sagittandoq;: hic autẽ noui me esse æqualibus meis equitando inferiorem: quæ quidem res mihi mater est permolesta. Quòd si me hic relinqueris, equitationemq; didicero, cũ in Persis fuero, facile arbitror me illis omnibus fore superiorẽ, qui pedestri præstant. Cũ uerò uenero huc ad Medos, enitar (quia factus iam fuero bonorũ equitũ optimus) auo auxilium ferre. At iustitiam, inquit mater, ò fili, quo pacto disces, cũ magistri tui sint in Persis? Respõditq; Cyrus: Verùm hæc ego mater examussim calleo. Qui id tibi cognitũ est? inquit mater. Quoniam meus magister, inquit, me perinde atq; iustitiam optimè tenentem constituit alijs iudicem. Atqui olim in quadã lite uerberibus cæsus sum, utpote qui minus rectè iudicarim. Erat autem controuersia huiusmodi:

IVDICIVM CYRI.

Puer magnus corpore, cui parua esset tunica, alterum paruum

τὸν δὲ Κῦρον εἰπεῖν, ὅτι νὴ Δία μισῶ αὐτόν. πολλάκις γάρ με πρὸς τὸν πάππον ἐπιθυμοῦντα προσδραμεῖν, οὗτος ὁ μιαρώτατος ἀποκωλύει. ἀλλ' ἱκετεύω φάναι, ὦ πάππε, δός μοι τρεῖς ἡμέρας ἄρξαι αὐτοῦ. καὶ τὸν Ἀστυάγην εἰπεῖν· καὶ πῶς δὴ ἂν ἄρξαις αὐτοῦ; καὶ τὸν Κῦρον φάναι· στὰς ἂν ὥσπερ οὗτος ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ, ἔπειτα ὁπότε βούλοιτο εἰσιέναι ἐπ' ἄριστον, λέγοιμ' ἄν, ὅτι οὔπω δυνατὸν τῷ ἀρίστῳ ἐντυχεῖν. σπουδάζει γὰρ πρός τινας. εἶθ' ὁπόταν ἥκῃ ἐπὶ τὸ δεῖπνον, λέγοιμ' ἂν ὅτι λοῦται. εἰ δὲ πάνυ σπουδάζοι φαγεῖν, εἴποιμ' ἄν, ὅτι παρὰ ταῖς γυναιξίν ἐστιν, ἕως παρατείναιμι τοῦτον, ὥσπερ οὗτος ἐμὲ παρατείνει ἀπὸ σοῦ κωλύων. τοιαύτας μὲν αὐτοῖς εὐθυμίας παρεῖχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ. τὰς δὲ ἡμέρας εἴ τινος αἴσθοιτο δεόμενον ἢ τὸν πάππον, ἢ τὸν τῆς μητρὸς ἀδελφόν, χαλεπὸν ἦν ἄλλον φθάσαι τοῦτο ποιήσαντα. ὅτι γὰρ δύναιτο ὁ Κῦρος, ὑπερέχαιρεν αὐτοῖς χαριζόμενος. ἐπειδὴ δὲ ἡ Μανδάνη παρεσκευάζετο, ὡς ἀπιοῦσα πάλιν πρὸς τὸν ἄνδρα, ἐδεῖτο αὐτῆς ὁ Ἀστυάγης, καταλιπεῖν τὸν Κῦρον. ἡ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι βούλοιτο μὲν ἂν ἅπαντα τῷ πατρὶ χαρίζεσθαι. ἄκοντα μέντοι τὸν παῖδα, χαλεπὸν νομίζοι εἶναι καταλιπεῖν. ἔνθα δὴ ὁ Ἀστυάγης λέγει πρὸς τὸν Κῦρον, ὦ παῖ, ἢν μένῃς παρ' ἐμοί, πρῶτον μὲν τῆς παρ' ἐμὲ εἰσόδου σοί, οὐ Σάκας ἄρξει, ἀλλ' ὁπόταν βούλῃ εἰσιέναι ὡς ἐμέ, ἐπὶ σοὶ ἔσται. καὶ χάριν σοι, ἔφη, μᾶλλον εἴσομαι, ὅσῳ ἂν πλεονάκις εἰσίῃς ὡς ἐμέ. ἔπειτα δὲ ἵπποις τοῖς ἐμοῖς χρήσῃ, καὶ ἄλλοις ὁπόσοις ἂν βούλῃ. καὶ ὅταν ἀπίῃς, ἔχων ἄπει, οὓς ἂν αὐτὸς ἐθέλῃς. ἔπειτα δὲ ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ τὸ μετρίως σοι δοκοῦν ἔχειν, ὁποίαν βούλει ὁδὸν πορεύσῃ. ἔπειτα τά τε νῦν ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία δίδωμί σοι, καὶ ἄλλα παντοδαπὰ συλλέξω, ἃ σύ, ἐπειδὰν τάχιστα ἱππεύειν μάθῃς, διώξῃ, καὶ τοξεύων καὶ ἀκοντίζων καταβαλεῖς, ὥσπερ οἱ μεγάλοι ἄνδρες. καὶ παῖδας δέ σοι ἐγὼ συμπαίστορας παρέξω, καὶ ἄλλα ὅσα ἂν βούλῃ λέγων πρὸς ἐμέ, οὐκ ἀτυχήσεις. ἐπεὶ δὲ ταῦτα εἶπεν ὁ Ἀστυάγης, ἡ μήτηρ διηρώτα τὸν Κῦρον, πότερα βούλοιτο μένειν, ἢ ἀπιέναι. ὁ δὲ οὐκ ἐμέλλησεν, ἀλλὰ ταχὺ εἶπεν, ὅτι μένειν βούλοιτο. ἐπερωτηθεὶς δὲ πάλιν ὑπὸ τῆς μητρός, διὰ τί, εἰπεῖν λέγεται, ὅτι οἴκοι μὲν τῶν ἡλίκων καὶ εἰμὶ καὶ δοκῶ κράτιστος εἶναι, ὦ μῆτερ, καὶ τοξεύων καὶ ἀκοντίζων. ἐνθάδε δὲ εὖ οἶδα, ὅτι ἱππεύων ἥττων εἰμὶ τῶν ἡλίκων. καὶ τοῦτο εὖ ἴσθι, ἔφη, ὦ μῆτερ, ὅτι ἐμὲ πάνυ ἀνιᾷ. ἢν δέ με καταλίπῃς ἐνθάδε, καὶ μάθω ἱππεύειν, ὅταν μὲν ἐν Πέρσαις ὦ, οἶμαί σοι ἐκείνους τοὺς ἀγαθοὺς τὰ πεζικὰ ῥᾳδίως νικήσειν. ὅταν δὲ εἰς Μήδους ἔλθω ἐνθάδε, πειράσομαι τῷ πάππῳ ἀγαθῶν ἱππέων κράτιστος ὢν ἱππεύς, συμμαχεῖν αὐτῷ. τὴν δὲ μητέρα εἰπεῖν· τὴν δὲ δικαιοσύνην, ὦ παῖ, πῶς μαθήσῃ ἐνθάδε, ἐκεῖ ὄντων σοι τῶν διδασκάλων; καὶ τὸν Κῦρον φάναι, ἀλλ' ὦ μῆτερ ἀκριβῶς ταύτην γε οἶδα. πῶς σὺ οἶσθα, εἰπεῖν τὴν Μανδάνην. ὅτι φάναι ὁ διδάσκαλός με, ὡς ἤδη ἀκριβοῦντα τὴν δικαιοσύνην, καὶ ἄλλοις καθίστη δικάζειν, καὶ τοίνυν φάναι ἐπὶ μιᾷ ποτε δίκῃ, πληγὰς ἔλαβον, ὡς οὐκ ὀρθῶς δικάσας. ἦν δὲ ἡ δίκη τοιάδε.

ΚΥΡΟΥ ΚΡΙΣΙΣ.

Παῖς μέγας μικρὸν ἔχων χιτῶνα, ἕτερον παῖδα μικρὸν

κρὸν, μέγαν ἔχοντα χιτῶνα, ἐκδύσας αὐτὸν, τὸν μὲν ἑαυτοῦ, ἐκεῖνον ἠμφίεσε, τὸν δὲ ἐκείνου αὐτὸς ἐνέδυ. ἐγὼ οὖν τούτοις δικάζων, ἔγνων βέλτιον εἶναι ἀμφοτέροις, τὸν ἁρμόζοντα ἑκάτερον ἔχειν χιτῶνα. ἐν δὲ τούτῳ με ἔπαισεν ὁ διδάσκαλος λέγων, ὅτι ὁπότε μὲν κατασταθείην τοῦ ἁρμόττοντος κριτὴς, οὕτω δέοι ποιεῖν. ὁπότε δὲ κρῖναι δέοι, ὁποτέρου ὁ χιτὼν εἴη, τοῦτ᾽, ἔφη, σκεπτέον εἶναι, τίς κτῆσις δικαία ἐστί. πότερα τὸν βίᾳ ἀφελόμενον ἔχειν, ἢ τὸν ποιησάμενον ἢ πριάμενον κεκτῆσθαι. ἐπεὶ δὲ, ἔφη, τὸ μὲν νόμιμον, δίκαιον εἶναι· τὸ δὲ ἄνομον, βίαιον. σὺν τῷ νόμῳ ἐκέλευε δεῖν τὸν δικαστὴν τὴν ψῆφον τίθεσθαι. οὕτως ἐγώ σοι, ἔφη, ὦ μῆτερ, τά γε δίκαια παντάπασιν οἶδα ἀκριβῶς. ἢν δέ τι ἄρα προσδέωμαι, ὁ πάππος με, ἔφη, οὗτος ἐπιδιδάξει. ἀλλ᾽ οὐ ταὐτὰ, ἔφη, ὦ παῖ, παρὰ τῷ πάππῳ δίκαια καὶ ἐν Πέρσαις ὁμολογεῖται. οὗτος μὲν γὰρ τῶν ἐν Μήδοις πάντων δεσπότην ἑαυτὸν πεποίηκεν. ἐν Πέρσαις δὲ τὸ ἴσον ἔχειν δίκαιον νομίζεται. καὶ ὁ σὸς πρῶτος πατὴρ, τεταγμένα μὲν ποιεῖ ἃ ποιεῖ τῇ πόλει. τεταγμένα δὲ λαμβάνει. μέτρον δὲ αὐτῷ, οὐχ ἡ ψυχὴ, ἀλλ᾽ ὁ νόμος ἐστίν. ὅπως οὖν μὴ ἀπολῇ μαστιγούμενος, ἐπειδὰν οἴκοι ᾖς, ἂν παρὰ τούτου μαθὼν ἥκῃς ἀντὶ τοῦ βασιλικοῦ τὸ τυραννικὸν, ἐν ᾧ ἐστι τὸ πλέον οἴεσθαι χρῆναι ἁπάντων ἔχειν. ἀλλ᾽ ὅ γε σὸς πατὴρ, εἶπεν ὁ Κῦρος, δεινότερός ἐστιν, ὦ μῆτερ, διδάσκειν μεῖον ἢ πλεῖον ἔχειν. ἢ οὐχ ὁρᾷς, ἔφη, ὅτι καὶ Μήδους ἅπαντας δεδίδαχεν, ἑαυτοῦ μεῖον ἔχειν; ὥστε θάρρει, ὡς ὅ σός γε πατὴρ οὔτε ἄλλον οὐδένα, οὔτ᾽ ἐμὲ διδάξας πλεονεκτεῖν ἐκπέμψει. τοιαῦτα μὲν δὴ πολλὰ ἐλάλει ὁ Κῦρος. τέλος δὲ ἡ μὲν μήτηρ ἀπῆλθε, Κῦρος δὲ κατέμενε, καὶ αὐτοῦ ἐτρέφετο. καὶ ταχὺ μὲν τοῖς ἡλικιώταις συνεκέκρατο, ὥστε οἰκείως διακεῖσθαι, ταχὺ δὲ τοὺς πατέρας αὐτῶν ἀνήρτητο προσιὼν. καὶ ἔνδηλος ὢν, ὅτι ἠσπάζετο αὐτῶν τοὺς υἱεῖς, ὥστε καὶ εἴ τι τοῦ βασιλέως δέοιντο, τοὺς παῖδας ἐκέλευον, Κύρου δεῖσθαι διαπράξασθαι σφίσιν. ὁ δὲ Κῦρος, ὅτι δέοιντο αὐτοῦ οἱ παῖδες, διὰ τὴν φιλανθρωπίαν καὶ φιλοτιμίαν, περὶ παντὸς ἐποιεῖτο διαπράττεσθαι. καὶ ὁ Ἀστυάγης δὲ, ὅτι δέοιτο αὐτοῦ ὁ Κῦρος, οὐδὲν ἐδύνατο ἀντιλέγειν, μὴ οὐ χαρίζεσθαι. καὶ γὰρ ἀσθενήσαντος αὐτοῦ, οὐδέποτε ἀπέλειπε τὸν πάππον, οὐδὲ κλαίων ποτὲ ἐπαύετο. δῆλός τε ἦν πᾶσιν, ὅτι ὑπερεφοβεῖτο, μή οἱ ὁ πάππος ἀποθάνοι. καὶ γὰρ ἐκ νυκτὸς εἴ τινος δέοιτο Ἀστυάγης, πρῶτος ᾐσθάνετο Κῦρος, καὶ πάντων ἀοκνότατα αὐτὸς ἀνεπήδα ὑπηρετήσων, ὅτι οἴοιτο χαριεῖσθαι. ὥστε παντάπασιν ἀνεκτήσατο τὸν Ἀστυάγην. καὶ ἦν μὲν ἴσως ὁ Κῦρος πολυλογώτερος. ἅμα μὲν διὰ τὴν παιδείαν, ὅτι ἠναγκάζετο ὑπὸ τοῦ διδασκάλου καὶ διδόναι λόγον ὧν ἐποίει, καὶ λαμβάνειν παρ᾽ ἄλλων ὁπότε δικάζοι. ἔτι δὲ καὶ διὰ τὸ φιλομαθὴς εἶναι, πολλὰ μὲν αὐτὸς ἀεὶ τοὺς παρόντας ἀνηρώτα, πῶς ἔχοντα τυγχάνοι, καὶ ὅσα αὐτὸς ὑπ᾽ ἄλλων ἐρωτῷτο, διὰ τὸ ἀγχίνους εἶναι, ταχὺ ἀπεκρίνετο. ὥστε ἐκ πάντων τούτων ἡ πολυλογία συνελέγετο αὐτῷ. ἀλλ᾽ ὥσπερ καὶ ἐν σώμασιν, ὅσοι νέοι ὄντες, μέγεθος ἔλαβον, ὅμως ἐμφαίνεταί τι αὐτοῖς νεαρὸν, ὃ κατηγορεῖ τὴν ὀλιγοετίαν. οὕτω καὶ Κύρου, ἐκ τῆς πολυλογίας, οὐ θράσος διεφαίνετο, ἀλλ᾽ ἁπλότης καὶ φιλοστοργία.

ὥστε

tum paruū puerum qui tunicā haberet magnā exuerat, suaq; illum tunica induerat, illius tunica se induto. Ego igitur horū causa audita, iudicaui esse melius ambobus, ut aptā uterq; haberet tunicam. Itaq; hac in re magister me percussit, inquiens: Si de conuenientia essem iudex, ita iudicare oportere: cū uero iudicandū fuerit, utrius sit tunica, hoc ita considerandum esse: Quæ possessio est iusta: utrū habere is debet qui ui tunicā abstulit, an hic possidere qui uel fecit, uel emit: quoniā id est, ait, iustū, quod legitimum sit quod uero sit contra legem, id est uiolentum. Quare secundum legē iubebat semper ferendā esse à iudice sententiā. Ita igitur ego mater iura omnino diligenter calleo. Quod si quid mihi fortasse defuerit, meus hic auus me docebit. At non eadem fili, inquit Mandane, iura conueniunt & apud auum & inter Persas. Nam hic auus tuus rex Medorum omnis habet in potestate sua: at in Persis æqualitatē seruare iustum ducitur. Tuusq; pater primū cōstituta facit, quæ facit reipublicæ. Constituta etiā accipit. Estq; ei modus nō libido, sed lex. Caue igitur, ne uerberibus cæsus pereas cum domum reuerteris, si nimias accepta ab hoc rei tyrannicæ, pro regiæ rei disciplina. NAM IN tyrānide decorum existimatur plus habere quàm omnes. At pater tuus, inquit, ô mater, studiosior est, qui doceat minus quàm plus habere. An minus fortasse uides cū docuisse Medos omnis minus habere, quàm sese? Esto igitur bono animo. Pater enim tuus neq; aliū quenquā, neq; me ita edoctū ab se dimittet, ut sim habendo superior. Cum talis Cyrus confidentius loqueretur, ad postremum abiuit mater, cum ipse illic relictus apud auū educaretur, celeruerq; æqualibus cōmiscebatur ad familiarem consuetudinē. Quorū etiam parētes adiens, liquidoq; ostēdēs eorū à se filios plurimū diligi, sibi euestigio reddebat affectos, ut qui indolē admirarentur. Itaq; si qua uellent in re beneficio uti regis, hi filios iubebant, rogarēt Cyrum, id sibi ut perficeret. At Cyrus rogatu puerorū, ut erat & humanus & honoris appetens, plurimi faciebat petita trāsigere. Astyages uero si quid esset rogatus à Cyro, aduersari non poterat, quin ei morē gereret. Etenim auū in ægrotatione, qua olim correptus est, reliquit nunquā, neq; flere unquā destitit, sed omnib. clarū reddidit se de aui obitu maiorē in modum pertimescere. Nanq; si quid noctu Astyagi opus esset, Cyrus sentiebat primus, et omniū impigerrimus prosiliebat ministraturus, quod auo gratū fore cēseret. Quibus rebus sibi Astyagē omnino deuinxerat. Et erat fortasse Cyrus aliquāto loquacior, idq; tum ob disciplinā, quod cogeretur à magistro et rationē reddere eorū quæ faciebat, et ab alijs accipere cū causam audiret: tum etiā quod ob discēdi studiū & multa ipse semper à præsentibus requirebat, ut haberent, & quæcunq; per alios quæsita essent, ob dexteritatē ingenij celeriter respondebat. Quare ex hisce omnibus multus ei sermo cōflabatur. Sed quemadmodū hi iuuenes, qui corporib. supra ætatē quanq; adoleuerūt, ostendūt tamē iuuenile quiddā, id quod annorū paucitatem arguit: ita ex Cyri multiloquio non audacia promebatur, sed simplicitas quædā atq; lenitas:

quò

quò fiebat, ut quis cuperet plura etiam eum dicentem audire, quam tacēti adesse. Ut autem produxit eum tempus cum magnitudine corporis ad pubertatem, tum & oratione utebatur breuiore, & uoce sedatiore. ac pudore adeò afficiebatur, ut etiam erubesceret, cum in seniores incideret. Nec eandem habebat petulantem adulationē æquè ingerendi se omnibus. Itaq; erat ira remissior, & in cōgressibus gratus admodum ac iucūdus. Etenim quæ sæpenumero æquales inuicem decertant, non ad ea socios prouocabat, quæ norat melius se tenere: sed in quibus certo sciret sese esse inferiorem, ab iis initium faciebat, futurum inquiens, ut melius quàm hi faceret. Quare incipiebat uel in equos prosilire, uel sagittare, uel iaculari ab equis, cum nondum bene equo insideret: cumq; uinceretur, ipse plurimum ridebat de se ipso. Verum ubi non detrectās id agere, quo superatus foret, sed eodem reuolutus tentat idē rursus melius facere, breui eò peruenit, ut æque atq; æquales equestrem sciret: breui etiam ob rei studium illis superior factus est: breui quoq; in hortis quæ seruabantur feras cōsumpsit insequēs, feriēs, interimens, adeò ut Astyages nequiret ei bestias colligere. Quare Cyrus ubi sensisset auum non posse, quamuis uellet, multas sibi uiuas præbere feras ait: O aue, quid est opus negociosus tibi sis in bestiis quærēdis? Si me in uenationem emiseris unà cum auunculo, facilè putabo feras omnis quas uidero, ali à te mihi. Cum uehementer autem cuperet exire in uenationē, non itidem ut cum esset puer, rogare auum blandius poterat, sed uerecundius adibat. & quæ Sacæ antea uitio dabat, quòd non se ire ad auum sineret, ipse iam sibi factus est Sacas. Non enim adibat, nisi uideret esse tempestiuū, Sacamq; rogabat, omnino sibi significaret, quando foret introeundi tēpus, & quando tempestiuum non esset. Quare & Sacæ & aliis omnib. erat is iam charissimus. Ubi igitur nouit Astyages Cyrū magna teneri cupiditate in uenationē egrediēdi, emittit eū unà cū auunculo, datis etiā unà custodibus quibusdā equitibus senioribus, qui cū tum à locorū difficultatibus, tum à syluestribus feris custodirēt, si quæ apparuissent. Cyrus igitur promptè eos, qui se sequebantur, interrogabat, quæ feræ proxime adeundæ nō sint, et quæ fidēter insequēda. Hi autem dicebāt, permultos cū ursis & apris & leonibus et pardalibus congressos esse interēptos: ceruas & capreas, & syluestris oues, & asinos etiam syluestris esse innocuos. Addebant hoc præterea, nihilo esse minus locorum difficultates obseruandas quàm bestias: iam enim plures simul cum ipsis equis præcipites corruisse. Quæ quidē omnia Cyrus strenuè discebat. Sed ubi ceruā uidisset exilientem, omnium quæ audierat oblitus eam insequebatur, aliud nihil aspiciens, quàm quò fugeret, cum eius equus prosiliens cadit in genua, & illi propè collū enodauit, quin Cyrus uix equo se continuit. Surgente autem equo ut uenit in campum, ceruam iaculo prosternit, rem sanè pulchram ac magnam. Cyrus igitur plurimum lætabatur. At custodes adequitantes conuicio eum appetebant, dicentes, quòd in periculum deuenisset, subdiderantque eum se ad

auum

ὥστε ἐπιθυμεῖν ἄν τινα ἔτι πλείω ἀκούειν αὐτοῦ, ἢ σιωπῶντι παρεῖναι. ὡς δὲ προῆγεν ὁ χρόνος αὐτὸν σὺν τῷ μεγέθει εἰς ὥραν τοῦ πρόσηβον γενέσθαι, ἐν τούτῳ δὴ τοῖς μὲν λόγοις βραχυτέροις ἐχρῆτο, καὶ τῇ φωνῇ ἡσυχαιτέρᾳ· αἰδοῦς δὲ ἐνεπίμπλατο, ὥστε καὶ ἐρυθραίνεσθαι, ὁπότε συντυγχάνοι τοῖς πρεσβυτέροις. καὶ τὸ σκυλακῶδες τὸ πᾶσι προσπίπτειν, οὐκέτι ὁμοίως προπετῶς εἶχεν. οὕτω δὲ ἡσυχαίτερος μὲν ἦν, ἐν δὲ ταῖς συνουσίαις πάμπαν ἐπίχαρις. καὶ γὰρ ὅσα διαγωνίζονται πολλάκις ἥλικες πρὸς ἀλλήλους, οὐχ ἃ κρείσσων ᾔδει ὤν, ταῦτα προὐκαλεῖτο τοὺς συνόντας, ἀλλ' ἅπερ εὖ ᾔδει ἑαυτὸν ἥττονα ὄντα, ταῦτα ἐξῆρχε, φάσκων κάλλιον αὐτῶν ποιήσειν. καὶ κατῆρχεν ἤδη ἀναπηδῶν ἐπὶ τοὺς ἵππους, ἢ διακοντιούμενος, ἢ διατοξευσόμενος ἀπὸ τῶν ἵππων, οὔπω πάνυ ἔποχος ὤν. ἡττώμενος δὲ αὐτὸς ἐφ' ἑαυτῷ μάλιστα ἐγέλα. ὡς δ' οὐκ ἀπεδίδρασκεν ἐκ τοῦ ἡττᾶσθαι εἰς τὸ μὴ ποιεῖν ἃ ἡττῷτο, ἀλλ' ἐκαλινδεῖτο ἐν τῷ πειρᾶσθαι αὖθις βέλτιον ποιεῖν, ταχὺ μὲν εἰς τὸ ἴσον ἀφίκετο τῇ ἱππικῇ τοῖς ἡλικιώταις, ταχὺ δὲ παρήει διὰ τὸ ἐρᾶν τοῦ ἔργου, ταχὺ δὲ τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία ἀνηλώκει, διώκων καὶ βάλλων καὶ κατακαίνων, ὥστε ὁ Ἀστυάγης οὐκέτ' εἶχεν αὐτῷ συλλέγειν θηρία. καὶ ὁ Κῦρος αἰσθόμενος, ὅτι βουλόμενος οὐ δύναιτο οἱ ζῶντα παρέχειν, πολλάκις ἔλεγε πρὸς αὐτόν, ὦ πάππε, τί σε δεῖ θηρία ζητοῦντα πράγματα ἔχειν; ἀλλ' ἢν ἐμὲ ἐκπέμπῃς ἐπὶ θήραν σὺν τῷ θείῳ, νομιῶ ὅσα ἂν ἴδω θηρία, σέ μοι ταῦτα τρέφειν. ἐπιθυμῶν δὲ σφόδρα ἐξιέναι ἐπὶ τὴν θήραν, οὐκέθ' ὁμοίως λιπαρεῖν ἐδύνατο, ὥσπερ παῖς ὤν, ἀλλ' ὀκνηρότερον προσῄει. καὶ ἃ πρόσθεν τῷ Σάκᾳ ἐμέμφετο, ὅτι οὐ παρίει αὐτὸν πρὸς τὸν πάππον, αὐτὸς ἤδη Σάκας ἑαυτῷ ἐγίγνετο. οὐ γὰρ προσῄει, εἰ μὴ προίδοι, εἰ καιρὸς εἴη. καὶ τοῦ Σάκα ἐδεῖτο πάντως σημαίνειν αὐτῷ, ὁπότε ἐν καιρῷ εἴη εἰσιέναι, καὶ ὁπότε οὐκ ἐν καιρῷ. ὥστε ὁ Σάκας ἤδη ὑπερεφίλει αὐτόν, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες. ἐπεὶ δ' οὖν ἔγνω ὁ Ἀστυάγης σφόδρα αὐτὸν ἐπιθυμοῦντα τὰς ἔξω θήρας, ἐκπέμπει αὐτὸν σὺν τῷ θείῳ, καὶ φύλακας συμπέμπει ἐφ' ἵππων πρεσβυτέρους, ὅπως ἀπὸ τῶν δυσχωριῶν φυλάττοιεν αὐτόν, καὶ εἰ τῶν ἀγρίων τι φανείη θηρίων. ὁ οὖν Κῦρος τῶν ἑπομένων προθύμως ἐπυνθάνετο, ὁποίοις οὐ χρὴ θηρίοις πελάζειν, καὶ ὁποῖα χρὴ θαρροῦντα διώκειν. οἱ δ' ἔλεγον, ἄρκτοι τε πολλοὺς ἤδη πλησιάσαντας διέφθειραν καὶ λέοντες καὶ κάπροι καὶ παρδάλεις, αἱ δὲ ἔλαφοι καὶ δορκάδες καὶ ἄγριοι οἶες καὶ οἱ ὄνοι οἱ ἄγριοι, ἀσινεῖς εἰσιν. ἔλεγον δὲ καὶ τοῦτο, τὰς δυσχωρίας, ὅτι δέοι φυλάττεσθαι οὐδὲν ἧττον ἢ τὰ θηρία. πολλοὺς γὰρ ἤδη αὐτοῖς τοῖς ἵπποις κατακρημνισθῆναι. καὶ ὁ Κῦρος ταῦτα πάντα ἐμάνθανε προθύμως. ὡς δὲ εἶδεν ἔλαφον ἐκπηδήσασαν, πάντων ἐπιλαθόμενος ὧν ἤκουσεν, ἐδίωκεν οὐδὲν ἄλλο ὁρῶν, ἢ ὅποι ἔφευγε. καί πως διαπηδῶν αὐτῷ ὁ ἵππος, πίπτει εἰς γόνατα, καὶ μικροῦ κἀκεῖνον ἐξετραχήλισεν, οὐ μὴν, ἀλλ' ἐπέμεινεν ὁ Κῦρος μόλις πως, καὶ ὁ ἵππος ἐξανέστη. ὡς δὲ εἰς τὸ πεδίον ἦλθεν, ἀκοντίσας καταβάλλει τὴν ἔλαφον, καλόν τι χρῆμα καὶ μέγα. ὁ μὲν δὴ ὑπερέχαιρεν. οἱ δὲ φύλακες προσελάσαντες, ἐλοιδόρουν αὐτόν, καὶ ἔλεγον, εἰς οἷον κίνδυνον ἔλθοι. καὶ ἔφασαν, κατερεῖν αὐτοῦ τῷ πάππῳ.

πάππῳ. ὁ δ' οὖν Κῦρος ἑστήκει καταβεβηκώς, καὶ ἀκούων ταῦτα ἐλυπεῖτο. ὡς δ' ᾔσθετο κραυγῆς, ἀνεπήδησεν ἐπὶ τὸν ἵππον, ὥσπερ ἐνθουσιῶν. καὶ ὡς εἶδεν ἐκ τοῦ ἐναντίου κάπρον προσφερόμενον, ἀντίος ἐλαύνει, καὶ διατεινάμενος εὐστόχως, βάλλει εἰς τὸ μέτωπον, καὶ κατέσχε τὸν κάπρον. ἐνταῦθα μέντοι ἤδη καὶ ὁ θεῖος αὐτῷ ἐλοιδορεῖτο, τὴν θρασύτητα ὁρῶν. ὁ δ' αὐτοῦ λοιδορουμένου, ὅμως ἐδεῖτο ὅσα αὐτὸς ἔλαβε, ταῦτα ἐᾶσαι αὐτὸν δοῦναι εἰσκομίσαντα τῷ πάππῳ. τὸν δὲ θεῖον εἰπεῖν φασίν. ἀλλ' ἢν αἴσθηται ὅτι ἐδίωκες, οὐ σοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμοὶ λοιδορήσεται, ὅτι σε εἴων. καὶ ἢν βούληται φάναι αὐτόν, μαστιγωσάτω, ἐπειδάν γε ἐγὼ δῶ αὐτῷ, καὶ σύ γε εἰ βούλει, ἔφη, ὦ θεῖε, τιμωρησάμενος ὅ,τι βούλει, τοῦτο ὅμως χάρισαί μοι. καὶ ὁ Κυαξάρης μέντοι τελευτῶν εἶπε, ποίει ὅπως βούλει. σὺ γὰρ νῦν γε ἡμῶν ἔοικας βασιλεὺς εἶναι. οὕτω δὴ ὁ Κῦρος εἰσκομίσας τὰ θηρία, ἐδίδου τε τῷ πάππῳ, καὶ ἔλεγεν, ὅτι αὐτὸς ταῦτα θηράσειεν ἐκείνῳ, καὶ τὰ ἀκόντια ἐπεδείκνυε μὲν οὔ. κατετίθει δὲ ᾑματωμένα, ὅπου ᾤετο τὸν πάππον ὄψεσθαι. ὁ δὲ Ἀστυάγης ἄρα εἶπεν· ἀλλ' ὦ παῖ, δέχομαι μὲν ἔγωγε ἡδέως, ὅσα μοι δίδως. οὐ μέντοι δέομαί γε τούτων οὐδενός, ὥστε σε κινδυνεύειν. καὶ ὁ Κῦρος ἔφη· εἰ τοίνυν μὴ σὺ δέῃ, ἱκετεύω ὦ πάππε, ἐμοὶ δὸς αὐτά, ὅπως ἐγὼ διαδῶ τοῖς ἡλικιώταις. ἀλλ' ὦ παῖ, ἔφη ὁ Ἀστυάγης, καὶ ταῦτα λαβών, διαδίδου ὅτῳ σὺ βούλει, καὶ τῶν ἄλλων ὁπόσα ἐθέλεις. καὶ ὁ Κῦρος λαβών, ἐδίδου τε ἄρα τοῖς παισί, καὶ ἅμα ἔλεγεν· ὦ παῖδες, ὡς ἄρα ἐφλυαροῦμεν, ὅτε τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία ἐθηρῶμεν. ὅμοιον γάρ ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι, οἷόνπερ εἴ τις δεδεμένα ζῷα θηρῴη. πρῶτον μὲν γὰρ ἐν μικρῷ χωρίῳ ἦν, ἔπειτα καὶ μικρὰ καὶ ψωραλέα, καὶ τὸ μὲν αὐτῶν χωλὸν ἦν, τὸ δὲ κολοβόν. τὰ δ' ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ λειμῶσι θηρία, ὡς μὲν καλά, ὡς δὲ μεγάλα, ὡς δὲ λιπαρὰ ἐφαίνετο. καὶ αἱ μὲν ἔλαφοι ὥσπερ πτηναὶ ἥλλοντο πρὸς τὸν οὐρανόν, οἱ δὲ κάπροι, ὥσπερ τοὺς ἄνδρας φασὶ τοὺς ἀνδρείους, ὁμόσε ἐφέροντο. ὑπὸ δὲ τῆς πλατύτητος, οὐδὲ ἁμαρτεῖν οἷόν τε ἦν αὐτῶν. καλλίω δέ, ἔφη, ἔμοιγε δοκεῖ καὶ τεθνηκότα ταῦτα εἶναι, ἢ ζῶντα ἐκεῖνα τὰ περιῳκοδομημένα. ἀλλ' ἆρ' ἄν, ἔφη, ἀφεῖεν καὶ ὑμᾶς οἱ πατέρες ἐπὶ τὴν θήραν; καὶ ῥᾳδίως γ' ἄν, ἔφασαν, εἰ Ἀστυάγης κελεύοι. καὶ ὁ Κῦρος εἶπε· τίς ἂν οὖν ὑμῶν πρὸς Ἀστυάγην μνησθείη; τίς γὰρ ἄν, ἔφασαν, σοῦ γε ἱκανώτερος πεῖσαι; ἀλλὰ μὰ τὴν Ἥραν, ἔφη, ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδ' ὅστις ἄνθρωπος γεγένημαι. οὐδὲ γὰρ λέγειν οἷός τε εἰμί, οὐδ' ἀναβλέπειν πρὸς τὸν πάππον ἐκ τοῦ ἴσου δύναμαι. ἢν δὲ τοσοῦτον ἐπιδιδῶ, δέδοικα, ἔφη, μὴ παντάπασι βλάξ τις καὶ ἠλίθιος γένωμαι. παιδάριον δὲ ὤν, δεινότατος λαλεῖν ἐδόκουν εἶναι. καὶ οἱ παῖδες εἶπον· πονηρὸν λέγεις τὸ πρᾶγμα, εἰ μηδὲ ὑπὲρ ἡμῶν ἄν τι δέῃ δυνήσῃ πράττειν, ἀλλ' ἄλλου τινὸς ἡμᾶς τὸ ἐπὶ σοὶ ἀνάγκη δεῖσθαι. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Κῦρος ἐδήχθη, καὶ σιγῇ ἀπελθών, διακελευσάμενος ἑαυτῷ τολμᾶν, εἰσῆλθε, καὶ ἐπιβουλεύσας πῶς ἂν ἀλυπότατα εἴποι πρὸς τὸν πάππον, καὶ διαπράξειεν αὐτῷ τε καὶ τοῖς παισὶν ὧν ἐδέοντο, ἤρξατο ὧδε· εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ πάππε, ἤν τις ἀποδρᾷ σε τῶν οἰκετῶν,

καὶ

auum delaturos. Itaque Cyrus equo descendit, stabatq́; atq́; his auditis tristis erat: sed ubi clamorem sensisset, in equum tanquam lymphatus resiluit, uidensq́; aprum ex aduerso tendentem, ei obuius equũ agit: iaculoq́; contorto aprum rectißime in frontem ferit, ac detinet. Hic etiam iam auunculus uisa audacia, conuicio Cyrum afficit, qui cum quamuis obiurgantem, orabat tamen, ut has feras omnis quas cepisset, sineret portare se, atque auo dare. Sed auun-
10 culus fertur dixisse: At auus si te hasce insecutum senserit, nõ te modò acerrimè increpabit, sed etiam me, qui te id facere permiserim. Quinimò si libuerit, inquit Cyrus, meipsum uerberet, ubi has ego dedero. Et tu quoque, ait, auuncule crucia me ut libet, modò mihi hoc gratificeris. Ac Cyaxares tandem inquit: Facito ut uis, tu enim, ut uideris, hoc sane die geris in nos imperiũ. Ita igitur Cyrus portatis feris, & dabat eas auo, & illi se uenatum illas dicebat. Et iacula quidem minimè monstrabat, sed ea
20 cruore illita illic posuerat, ubi ab auo uisum iri arbitrabatur. At Astyages: Num, inquit, uerum ô fili: accipio equidem libenter quæcunque abs te dantur. sed nihilo horum egeo, quò ipse pericliteris. Et Cyrus inquit: Si igitur tu non eges, maiorem in modum te rogo, & oro aue, ut has feras des mihi in meos æqualis distribuendas. Cui Astyages respondit: Accipe fili has feras, & aliud quodcunque libuerit, & distribue pro tua uoluntate. Quibus Cyrus acceptis, eas distribuebat inter pueros, si-
30 mulq́; dicebat: O pueri, ut certè nugabamur, quando hortorum feras uenabamur. Nam id mihi simile uidetur, quemadmodum si quis ligata animalia uenaretur. Primum enim erant paruo in loco, deinde tenues & scabidæ, & alia earum clauda erat, alia manca. Sed quæ in montibus bestiæ sunt & pratis, ut sunt pulchræ, ut sunt magnæ, ut pingues apparebant. Atq; ceruæ quidem tanquam uolucres saltu tollebantur ad cœlum: apri uerò, ut uiri fortes traduntur, ferebantur aduersi: quorum tanta est lati-
40 tudo, ut ab his ictus aberrare nequeat. Pulchriores profectò hę mihi feræ uidẽtur uel mortuæ, quàm uiuæ illę munimine hortorũ muroq́; occlusæ. Num, inquit, permitterent uos parentes uenatum ire? Et facile quidem, illi respondebant, si Astyages permiserit. Quis igitur uestrum, inquit Cyrus, sit apud Astyagen internuncius? Quis enim, dixere, te alius persuadere melius poterit? At ego mediusfidius quî homo factus sim, nescio: neque enim facere possum uerbum, neque respicere ad auum iam ex æquo.
50 Quòd si tãtum creuero, uereor ne socors quispiam reddar & fatuus. Cum puellus essem, uidebar in loquendo acerrimus. Ad quod dicebant pueri: Malè habere negocium dicis, sine nostra quidem causa, ubi quid opus fuerit, poßis agere, sed alium quenquam id nos rogare oporteat quod in te sit. Quæ Cyrus audiens, animi angebatur, atque abiens cum silentio, seq́; ipse ad audendum hortatus, ad auum ingressus est: meditatus quæ illi sine ulla prorsus molestia loqueretur, perficeretq́; & sibi & pueris quæ rogabant. Hoc igitur eius fuit initium: Dic, inquit, mihi ô aue, si quis è famulis tuis effugerit,

&

& cum postea ceperis, quî eo uteris? Qui aliter, in/
quit, quàm ut eum uinctum cogam operis exercerit?
Quod si ultrò ad te reuerterit, quomodo facies?
Quid, inquit, aliud quàm ut uerberibus cæso, ne
hoc iterum faciat, utar ut antea? Tempus tibi fue/
rit, inquit Cyrus, parare quò me uerberes, quoniam
statui à te fugam facere, æquales capiens ad uenan/
dum. Atq;, inquit Astyages, pulchrè abs te factũ est
quòd prædixeris: extrinsecus ne mouearis, tibi ca/
ue. Pulchrum est enim si carniculatum gratia, filiæ 10
Mandanæ filium perdidero. Quibus auditis paruit
auo Cyrus, ac mansit. Cumq; tristis et mœstus esset,
tacitus degebat. Astyages uerò ubi eum nouit uehe/
mentius tristari, uelletq; ei rem gratam facere, edu
cit ad uenationem et pedites multos & equites, con
gregatis etiam pueris. Cumq; in campestrem regio/
nem feras compulisset, magnam fecit uenationem.
Atq; ipse regio more præsens uetabat quenquã be/
stias ferire, priusquam Cyrus feriendo expleretur.
At Cyrus impedire alios non sinebat. sed si uis aue, 20
inquit, libenter me uenari, permitte meos æquales
omnis & insequi & certare ut quisq; possit quam/
optimè. Hic igitur Astyages permittit, stansq; eos
spectabat, qui et æmularentur in bestias, & conten/
derent, & insequerentur, iacularenturq;. Ac Cyro
quidem delectabatur, quòd præ uoluptate silere non
posset, sed tanquã generosus catulus circuiret cum
propinquabat feræ, & quenq; nominatim uocans
hortaretur. Vidensq; Cyrum deridere alium, &
alium semiẽs laudare, ac nemini inuidere, plurimum 30
gaudebat. Abijt domum Astyages bestias plurimas
secum habens: cæterum uenatione est adeò tum dele
ctatus, ut semper cum per ocium liceret, unà cum
Cyro egrederetur, aliosq; quamplurimos pueros
Cyri gratia assumeret. Cyrus igitur plurimum tem
poris ita egit, sese omnibus uoluptatis boniq; cuius/
quam, nullius autẽ improbitatis autorem præstans.
Cum uerò quinũ sextumue ac decimum ageret æta
tis annum, regis Assyriorũ filius uxorem ducturus,
cupiuit etiam ipse per idem temporis uenari. Au/ 40
diens igitur in ijs locis, quæ Assyrios Medosq; diri/
munt, feras esse permultas, quoniam cessatum esset
ab illarum uenatione propter bellũ, cupiditate affe/
ctus est eò exeundi. Quò igitur tutius uenaretur, et
equites pluris assumpsit & scutatos, qui feras expel
lerẽt ex asperioribus syluis in locos cultos atq; spa
ciosos. Sed posteaquam eò uenit, ubi ijs erãt castella
& statio, hic cœnatus est, quò postridie uenaretur.
Vbi uerò tempus uespertinum iam esset, aduenerũt
ex urbe, qui priori stationi succederẽt & equites et 50
pedites. Is igitur arbitratus est multũ adesse exerci
tum, cum duæ stationes simul essent, & secum ipse
permultos adduxisse equites ac pedites: itaq; consi/
lium cœpit, optimum factu esse, ut prædã ageret ex
Medorũ solo, ita ratus & opus uenationis clarius
uisum iri, & uictimarũ copiam fore maximã. Manè
igitur surgens ita agebat agmẽ. Pedites liquit fre/
quentis intra fines. ipse uerò cũ equitatu immittens
uersus Medorũ castella, hic manebat, optimos secũ
habẽs atq; plures equites, ne præsidiarij Medorum
milites possent aduersus palãtes suos auxiliũ ferre.
Ido/

καὶ λάβοις αὐτόν, τί αὐτῷ χρῇ; τί δ' ἄλλο, ἔφη, ἢ δήσας,
ἐργάζεσθαι ἀναγκάζω. ἢν δὲ αὐτόματός σοι πάλιν ἐπέλ-
θῃ, πῶς ποιεῖς; τί δ', ἔφη, εἰ μὴ μαστιγώσας αὐτόν γε, ἵνα
μὴ αὖθις τοῦτο ποιῇ, ἔπειτα ἐξ ἀρχῆς πάλιν αὐτῷ χρῶ-
μαι. ὥρα ἄν, ἔφη ὁ Κῦρος, παρασκευάζεσθαί σοι εἴη, ὅπως
μαστιγώσεις με. ὡς βουλεύομαί γε πῶς σε ἀποδρῶ, λα-
βὼν τοὺς ἐμοὺς ἡλικιώτας ἐπὶ θήραν. καὶ ὁ Ἀστυάγης, κα-
λῶς ἔφη ἐποίησας προειπών. ἐντεῦθεν γὰρ ἀπαγορεύω
σοι μὴ κινεῖσθαι. χαρίεν, ἔφη, εἰ ἕνεκα κρεαδίων, τῇ θυγα- 10
τρὶ τὸν παῖδα ἀποβουκολῆσαί μοι. ἀκούσας ταῦτα ὁ Κῦ-
ρος, ἐπείθετο μὲν καὶ ἔμενεν. ἀνιαρὸς δὲ καὶ σκυθρωπὸς
ὢν, σιωπῇ διῆγεν. ὁ μέντοι Ἀστυάγης, ἐπεὶ ἔγνω αὐτὸν
λυπούμενον ἰσχυρῶς, βουλόμενος αὐτῷ χαρίζεσθαι, ἐξάγει
ἐπὶ θήραν, καὶ πεζοὺς πολλοὺς καὶ ἱππέας συναλίσας, καὶ
τοὺς παῖδας. καὶ συνελάσας εἰς τὰ ἱππάσιμα χωρία
τὰ θηρία, ἐποίησε μεγάλην θήραν. καὶ βασιλικῶς δὲ
αὐτὸς παρών, ἀπηγόρευε μηδένα βάλλειν, πρὶν Κῦ-
ρος ἐμπλησθείη βάλλων. ὁ δὲ Κῦρος οὐκ εἴα κωλύειν, 20
ἀλλ' εἰ βούλει, ἔφη, ὦ πάππε, ἡδέως με θηρᾶν, ἄφες
πάντας τοὺς κατ' ἐμέ, διώκειν καὶ διαγωνίζεσθαι, ὅπως
ἕκαστος τὰ κράτιστα δύναιτο. ἐνταῦθα δὴ ὁ Ἀστυάγης
ἀφίησι. καὶ στὰς ἐθεᾶτο τοὺς ἁμιλλωμένους ἐπὶ τὰ θηρία
καὶ φιλονεικοῦντας, καὶ διώκοντας καὶ ἀκοντίζοντας.
καὶ ἥδετο Κύρῳ οὐ δυναμένῳ σιγᾶν ὑπὸ τῆς ἡδο-
νῆς, ἀλλ' ὥσπερ σκύλακι γενναίῳ, ἀνακλάζοντι ὁπό-
τε πλησιάζοι θηρίῳ, καὶ παρακαλοῦντι ὀνομαστὶ ἕκαστον.
καὶ τὸν μὲν, καταγελῶντα αὐτὸν ὁρῶν, εὐφραίνετο. τὸν δέ 30
τινα καὶ ἐπαινοῦντα αὐτὸν ᾔσθετο, οὐδ' ὁπωστιοῦν
φθονερῶς. τέλος δ' οὖν πολλὰ θηρία ἔχων ὁ Ἀστυάγης
ἀπῄει. καὶ τὸ λοιπὸν, οὕτως ἥσθη τῇ τότε θήρᾳ, ὥστε ἀεί,
ὁπότε οἷόν τε εἴη, συνεξῄει τῷ Κύρῳ. καὶ ἄλλους τε πολ-
λοὺς παρελάμβανε, καὶ τοὺς παῖδας Κύρου ἕνεκα. τὸν μὲν δὴ
πλεῖστον χρόνον οὕτω διῆγεν ὁ Κῦρος, πᾶσιν ἡδονῆς μὲν
καὶ ἀγαθοῦ τινος συναίτιος ὤν, κακοῦ δὲ οὐδενί. ἀμφὶ
δὲ τὰ πέντε ἢ ἑκκαίδεκα ἔτη αὐτοῦ γενομένου, ὁ υἱὸς τοῦ
τῶν Ἀσσυρίων βασιλέως γαμεῖν μέλλων, ἐπεθύμησεν
αὐτὸς θηρᾶσαι εἰς τοῦτον τὸν χρόνον. ἀκούων οὖν ἐν τοῖς με- 40
θορίοις τοῖς τε αὐτοῦ καὶ τοῖς Μήδων πολλὰ θηρία εἶναι,
ἀθήρευτα ὄντα διὰ τὸν πόλεμον, ἐνταῦθα ἐπεθύ-
μησεν ἐξελθεῖν. ὅπως οὖν ἀσφαλῶς θηρῴη, ἱππέας τε
προσέλαβε πολλοὺς καὶ πελταστάς, οἵτινες ἔμελλον αὐτῷ
τὰ θηρία ἐξελᾶν εἰς τὰ ἐργάσιμά τε καὶ εὐήλατα. ἀφι-
κόμενος δὲ ὅπου ἦν αὐτῷ τὰ φρούρια καὶ ἡ φυλακή, ἐν-
ταῦθα ἐδειπνοποιεῖτο, ὡς πρῲ τῇ ὑστεραίᾳ θηράσων.
ἤδη δὲ ἑσπέρας γενομένης, ἡ διαδοχὴ τῇ πρόσθεν φυ-
λακῇ, ἔρχεται ἐκ πόλεως καὶ πεζοὶ καὶ ἱππεῖς. ἔδοξεν οὖν 50
αὐτῷ πολλὴ στρατιὰ παρεῖναι, δύο μὲν φυλακαὶ ὁμοῦ
οὖσαι, πολλοὶ δ' ὡς αὐτὸς ἔχων ἧκεν ἱππέας καὶ πεζούς.
ἐβουλεύσατο οὖν κράτιστον εἶναι, λεηλατῆσαι ἐκ τῆς Μηδι-
κῆς καὶ λαμπρότερόν τε ἂν φανῆναι τὸ ἔργον τῆς θήρας,
καὶ ἱερείων πολλὴν ἀφθονίαν ἐνόμιζε γενήσεσθαι. οὕτω δὴ
πρῲ ἀναστάς, ἦγε τὸ στράτευμα. καὶ τοὺς μὲν πεζοὺς κατέλι/
πεν ἀθρόους ἐν τοῖς μεθορίοις, αὐτὸς δὲ τοῖς ἵπποις προσε-
λάσας πρὸς τὰ τῶν Μήδων φρούρια, τοὺς μὲν βελτίστους καὶ
πλείστους ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ, ἐνταῦθα κατέμενεν, ὡς μὴ
βοηθοῖεν οἱ φρουροὶ τῶν Μήδων ἐπὶ τοὺς καταθέοντας.
τοὺς δὲ

τοὺς δ' αὖ τελείους ἀφῆκε κατὰ φυλὰς, ἄλλους ἄλλοσε καταθεῖν. καὶ ἐκέλευε περιβαλλομένους ὅτῳ τις ἐντυγχάνοι, ἐλαύνειν πρὸς ἑαυτόν. οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἔπραττον. σημανθέντων δὲ τῷ ἀστυάγῃ, ὅτι πολέμιοί εἰσιν ἐν τῇ χώρᾳ, ἐκβοηθεῖ καὶ αὐτὸς πρὸς τὰ ὅρια σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὡσαύτως σὺν τοῖς παρατυχοῦσιν ἱππόταις. καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ ἐσήμαινε πᾶσιν ἐκβοηθεῖν. ὡς δὲ εἶδον πολλοὺς ἀνθρώπους τῶν Ἀσσυρίων συντεταγμένους, καὶ τοὺς ἱππέας ἡσυχίαν ἄγοντας, ἔστησαν καὶ οἱ Μῆδοι. ὁ δὲ κῦρος ὁρῶν ἐκβοηθοῦντας καὶ τοὺς ἄλλους πασσυδὶ, ἐκβοηθεῖ καὶ αὐτός. πρῶτον τότε ὅπλα ἐνδὺς, οὔποτε οἰόμενος, οὕτως ἐπεθύμει αὐτοῖς ἐξοπλίσασθαι. καὶ γὰρ μάλα καλὰ ἦν, καὶ εὖ ἁρμόττοντα αὐτῷ, ἃ ὁ πάππος περὶ τὸ σῶμα ἐπεποιήκει. οὕτω δὴ ἐξοπλισάμενος προσήλασε τῷ ἵππῳ. καὶ ὁ ἀστυάγης ἰδὼν, ἐθαύμασε μὲν, τίνος κελεύσαντος ἥκοι. ὅμως δ' εἶπεν αὐτῷ, μένειν παρ' ἑαυτόν. ὁ δὲ κῦρος ὡς εἶδε πολλοὺς ἱππέας ἀντίους, ἤρετο· ἦ οὗτοι, ἔφη, ὦ πάππε πολέμιοί εἰσιν, οἳ ἐφεστήκασι τοῖς ἵπποις ἠρέμα; πολέμιοι μέντοι, ἔφη. ἦ καὶ ἐκεῖνοι, ἔφη, οἱ ἐλαύνοντες; καὶ ἐκεῖνοι μέντοι. νὴ τὸν Δί', ἔφη, ὦ πάππε, ἀλλ' οὖν πονηροί γε φαινόμενοι καὶ ἐπὶ πονηρῶν ἱππαρίων, ἄγουσιν ἡμῶν τὰ χρήματα. οὐκοῦν χρὴ ἐλαύνειν τινὰς ἡμῶν ἐπ' αὐτούς. ἀλλ' οὐχ ὁρᾷς, ἔφη, ὦ παῖ, ὅσον τὸ στῖφος τῶν ἱππέων ἕστηκε συντεταγμένον; οἳ ἢν ἐπ' ἐκείνους ἡμεῖς ἐλαύνωμεν, ὑποτεμοῦνται πάλιν ἡμᾶς ἐκεῖνοι, ἡμῖν δὲ οὔπω ἰσχὺς πάρεστιν. ἀλλ' ἢν σὺ μένῃς, ἔφη ὁ κῦρος, καὶ ἀναλαμβάνῃς τοὺς προσβοηθοῦντας, φοβήσονται, καὶ οὐ κινήσονται. οἱ δ' ἄγοντες, ἀφήσουσιν εὐθὺς τὴν λείαν, ἐπειδὰν ἴδωσί τινας ἐπ' αὐτοὺς ἐλαύνοντας. ταῦτ' εἰπόντος, ἔδοξέ τι λέγειν τῷ ἀστυάγῃ, καὶ ἅμα θαυμάζων, ὡς καὶ ἐφρόνει καὶ ἐγρηγόρει, κελεύει τὸν υἱὸν λαβόντα τάξιν ἱππέων ἐλάσαι ἐπὶ τοὺς ἄγοντας τὴν λείαν. ἐγὼ δὲ, ἔφη, ἐπὶ τούσδε ἢν ἐπὶ σὲ κινῶνται ἐλῶ. ὥστε ἀναγκασθήσονται ἡμῖν προσέχειν τὸν νοῦν. οὕτω δὴ ὁ κυαξάρης λαβὼν τῶν ἐρρωμένων ἱππέων τε καὶ ἀνδρῶν προσελαύνει. καὶ ὁ κῦρος ὡς εἶδεν ὁρμωμένους, συνεξορμᾷ εὐθύς. καὶ αὐτὸς πρῶτος ἡγεῖτο ταχέως. καὶ κυαξάρης μέντοι ἐφείπετο, καὶ οἱ ἄλλοι δὲ οὐκ ἀπελείποντο. ὡς δὲ εἶδον αὐτοὺς πελάζοντας οἱ λεηλατοῦντες, εὐθὺς ἀφέντες τὰ χρήματα, ἔφυγον. οἱ δ' ἀμφὶ τὸν κῦρον ὑπετέμνοντο, καὶ οὓς μὲν κατελάμβανον, εὐθὺς ἔπαιον, πρῶτος δὲ ὁ κῦρος. ὅσοι δὲ παραλλάξαντες αὐτῶν ἔφθασαν, κατόπιν τούτους ἐδίωκον, καὶ οὐκ ἀνίεσαν, ἀλλ' ᾕρουν τινὰς αὐτῶν. ὥσπερ δὲ κύων γενναῖος ἄπειρος, ἀπρονοήτως φέρεται πρὸς κάπρον, οὕτω καὶ ὁ κῦρος ἐφέρετο, μόνον ὁρῶν τὸ παίειν τὸν ἁλισκόμενον, ἄλλο δ' οὐδὲν προνοῶν. οἱ δὲ πολέμιοι ὡς ἑώρων πονοῦντας τοὺς σφετέρους, προυκίνησαν τὸ στῖφος, ὡς παυσομένους τοῦ διωγμοῦ, ἐπεὶ σφᾶς ἴδοιεν προορμήσαντας. ὁ δὲ κῦρος οὐδὲν μᾶλλον ἀνίει. ἀλλ' ὑπὸ τῆς χαρμονῆς, ἀνακαλῶν τὸν θεῖον, ἐδίωκε, καὶ ἰσχυρὰν τὴν φυγὴν τοῖς πολεμίοις ἐποίει κατέχων. καὶ ὁ κυαξάρης μέντοι ἐφείπετο· ἴσως μὲν καὶ αἰσχυνόμενος τὸν πατέρα. καὶ οἱ ἄλλοι δὲ εἵποντο προθυμότεροι ὄντες ἐν τῷ τοιούτῳ εἰς τὸ διώκειν. καὶ οἱ μὴ πάνυ πρὸς τοὺς ἐναντίους ἄλκιμοι ὄντες. ὁ δὲ ἀστυάγης ὡς ἑώρα τοὺς μὲν ἀπρο-

νοήτως

Idoneos uerò dimisit per tribus, alios aliò discurrentis: iubebatq; ut facta præda, prout quis incideret, ad sese equitarent: & hi quidem hæc agebant. Sed ubi Astyagi esset significatũ, in agro suo esse hostes, ipse cum suis auxilium tulit ad confinia: idemq; fecit filius simul cum præsenti equitatu: alijsq; omnibus ut ipsi quoq; auxilio essent, significat. Vbi autem uidisset Assyrios magna hominum multitudine instructos, & equites in ocio uersari, steterunt etiã Medi. Cyrus uerò intuitus totis uiribus alios auxilium ferre, ipse quoque auxiliator accedit, tum primum indutus arma, cum ne id quidem esset unquam suspicatus; usqueadeo armari ijs cupiebat. Ea enim arma quæ ab auo sunt facta, & perpulchra erant, & aptissima eius corpori. Ita ergo armatus equo adactus est. Quod uidens Astyages, non potuit non mirari cuius iussu uenisset, eique tamen dicebat, iuxta se ut maneret. At Cyrus cum uidisset multos aduersos equites, rogabat: Num hi aue, inquiens, hostes sunt, qui stant cum equis adeò quiete? Hostes, inquit Astyages. An etiam illi, ait, qui equitant? Illi quoque, respondit. Papæ, Cyrus ait, ô aue: ueruntamen & aspectu ignaui, & super equuleos ignauos res nostras abigunt: itaque opus est, ut ex nostris aliqui aduersus eos immittantur. At non aspicis, inquit, ô fili, quantus equitum globus stat cum equis instructus? qui si aduersus illos non agamur, rursus nos intercludent. Neque adhuc nobis adsunt copiæ. Verùm si tu manseris, inquit Cyrus, & auxilium ferenteis exceperis, metuent hi, neque se mouebunt: qui autem prædam agunt, cum uiderint aliquos in se impetus facienteis, eam dimittent. Talia cum, ille loqueretur uisus est, Astyagi aliquid dicere, simulq; admiratus uim acrimoniãq; ingenij, iubet Cyaxari filio, ut accepta equitum manu eos inuadat, qui prædam agunt. Ego autem in hos ferar, si aduersus te moueantur. Itaque nos cogentur obseruare. Ita ergo Cyaxares acceptis equis uirisq; robustissimis in hostes agitur: quos Cyrus moueri ut uidit, ipse etiam motus sese primus celeriter ducem præstitit: quem & Cyaxares sequebatur, & alij quoq;. Eos autem propinquantis ut uidere qui prædabantur, continuò dimissis rebus uertuntur in fugam. Cyri autem milites eos intercludentes, quoscunque assequerentur continuò feriebant, Cyrusq; in primis: eosq; post terga pertinacius insequentes, quotquot dilapsi sunt, cepere nonnullos. Et quemadmodum generosus canis ob ruditatem temerè fertur aduersus aprum, ita etiam Cyrus ferebatur, nil aliud uidens quàm captum percutere, atque aliud prouidens nihil. At hostes ut uidere suos laborantis, promouere globum, quò insequentis auerterent, cum eos intuerentur progredi. Cyrus autem nihilo remissior, quinimo auunculum præ gaudio cohortans insequebatur hostes, eosque acriter premens, uehementem fugam facere cogebat. Ac Cyaxares quidem sequebatur ob patris fortassis uerecundiam, atque alij quoque sequebantur. & erant ad fugandum hi tum etiam alacriores, quamuis essent hostibus non admodum pares uiribus. At Astyages ut uidit hos te-

merè

mere insequi, hostes autem frequenteis instructosq; occurrere, filio atque Cyro metuens ne ipsi imparati in illos paratos incidentes quicquam adversi paterentur, adversus hostes continuo agebat exercitum. Sed illi rursus ut Medos viderunt promoveri, intendentes alij tragulas, alij sagittas, constitere, perinde atque eos progredi prohibituri, cum ad iactum sagittae ventum foret, ut saepenumero facere consuerunt. Cum enim prope essent, hucusque se invicem adoriebantur, ferentarijsq; persaepe ad vesperam usque certabant. Sed ubi viderunt Assyrij & suos fuga recipere se ad exercitum, & Cyri milites ferri frequentis adversus eos, & Astyagen cum equitibus iam adesse intra iactum sagittae, inclinata acie vertuntur in fugam. Medi vero inde scilicet totis viribus insequentes, permultos fecere captivos: quosq; caperent, & equos feriebant & viros, cadentis verò interimebant. Nec stetere prius, quàm ad Assyriorum peditatum perventum esset. Hic veriti, ne insidiae aliquae subessent, substiterunt. Hinc igitur reduxit exercitum Astyages, equestri laetus victoria, nec obiurgandi Cyri rationem habens quem & eius operis autorem sciret, & audentia furentem nosset. Etenim caeteris abeuntibus domum, solus omnium ille tum aliud nihil quàm interemptos obequitans spectabat: ac vix eum qui huic rei praefecti erant abstrahentes, ad Astyagen adduxerunt: quos ille multo ante se praemisit, quoniam avi faciem intueretur in se spectando turbatam. Haec igitur gerebantur in Medis. Et cum alij omnes Cyrum haberent in ore, & oratione, & carminibus eius laudes praedicarent, tum Astyages quem antea honorabat, iam maximo stupore prosequebatur. At Cyri pater Cambyses his auditis laetabatur. Sed ubi accepisset iam res viro dignas ab eo geri, illum ad se revocavit, quo patris instituta discendo absolveret. Hic Cyrus dixisse traditur, sibi esse abeundum, ne quid pater moleste ferret, ac civitas vitio sibi daret. Itaque Astyagi visum est necessarium, ut eum remitteret. Quare datis ei equis, quos ipsi capere libuisset, cum alio multo apparatu, ab se dimisit: idq; tum quia illum charissimum haberet, tum etiam quia magnam in eo spem reponeret, ut qui vir satis futurus esset qui & prodesset amicis, & malefaceret inimicis. Cyrum autem abeuntem omnes in equis deducebant, & pueri, & aequales, & viri, & senes, & Astyages etiam ipse. Feruntque fuisse neminem, qui sine lachrymis reverteretur. Et ipse etiam Cyrus dicitur multis cum lachrymis decessisse. Qui cum dona plurima distribuisset inter aequales, quibus donatus fuerat ab Astyage, dedissetque ad postremum exutus stolam Medicam cuidam, hunc significans sibi esse charum & periucundum, ea illi cum accepissent, admisissentq;, detulerunt ad Astyagen. Quae Astyages accepta rursus misit ad Cyrum. At ea Cyrus iterum misit ad Medos, dicens: O ave, si vis me rursus audacter ad te ire, sine haec eos habere, quibus data à me sunt. Quibus Astyages auditis, Cyri voluntati est obsecutus. Quod si amatorij sermonis mentio est facienda, dicitur in Cyri abitione, cum

νόντας διώκοντας, τοὺς δὲ πολεμίους ἀθρόους τε καὶ παρατεταγμένους ἀπαντῶντας, δείσας περί τε τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ Κύρου, μὴ εἰς παρεσκευασμένους ἀτάκτως ἐμπεσόντες πάθοιέν τι, ἡγεῖτο εὐθὺς πρὸς τοὺς πολεμίους. οἱ δ' αὖ πολέμιοι ὡς εἶδον τοὺς Μήδους προκινηθέντας, διατεινάμενοι οἱ μὲν τὰ παλτά, οἱ δὲ τὰ τόξα, εἱστήκεσαν, ὡς ἂν ἐπειδὴ εἰς τόξευμα γένοιντο στησομένους, ὥσπερ τὰ πλεῖστα εἰώθασι ποιεῖν. μέχρι γὰρ τοσούτου, ὁπότε ἐγγύτατα γίγνοιτο, προσήλαυνον ἀλλήλοις, καὶ ἠκροβολίζοντο πολλάκις μέχρις ἑσπέρας. ἐπεὶ δὲ ἑώρων τοὺς μὲν σφετέρους φυγῇ εἰς αὐτοὺς φερομένους, τοὺς δ' ἀμφὶ Κῦρον ὁμοῦ ἐπ' αὐτοὺς ἑπομένους, τὸν δὲ Ἀστυάγην σὺν τοῖς ἵπποις ἐντὸς γιγνόμενον ἤδη τοξεύματος, ἐκκλίνουσι καὶ φεύγουσιν. οἱ δὲ, ἅτε ὁμόθεν διώκοντες, ᾕρουν πολλοὺς ἀνὰ κράτος· καὶ τοὺς μὲν ἁλισκομένους ἔπαιον καὶ ἵππους καὶ ἄνδρας· τοὺς δὲ πίπτοντας, ἔκαινον. καὶ οὐ πρόσθεν ἔστησαν, πρὶν ἢ πρὸς τοῖς πεζοῖς τῶν Ἀσσυρίων ἐγένοντο. ἐνταῦθα μέντοι δείσαντες μὴ καὶ ἐνέδρα τις μείζων ὑπείη, ἐπέσχον. ἐκ τούτου δὴ ἀνήγαγεν ὁ Ἀστυάγης, μάλα χαίρων τῇ ἱπποκρατίᾳ, καὶ τὸν Κῦρον οὐκ ἔχων λέγειν, ὅτι χρή. αἴτιον μὲν εἰδὼς ὄντα τοῦ ἔργου, μαινόμενον δὲ γιγνώσκων τῇ τόλμῃ. καὶ γὰρ τότε ἀπιόντων οἴκαδε τῶν ἄλλων, μόνος ἐκεῖνος οὐδὲν ἄλλο ἢ τοὺς πεπτωκότας περιελαύνων ἐθεᾶτο. καὶ μόλις αὐτὸν ἀφελκύσαντες οἱ ἐπὶ τοῦτο ταχθέντες, προσήγαγον τῷ Ἀστυάγει, μάλα ἐπίπροσθεν ποιούμενον τοὺς προσάγοντας, ὅτι ἑώρα τὸ πρόσωπον τοῦ πάππου ἠγριωμένον ἐπὶ τῇ θέᾳ τῇ ἑαυτοῦ. ἐν μὲν δὴ Μήδοις ταῦτα ἐγεγένητο. καὶ οἵ τε ἄλλοι πάντες τὸν Κῦρον διὰ στόματος εἶχον, καὶ ἐν λόγῳ, καὶ ἐν ᾠδαῖς, ὅ,τε Ἀστυάγης ὃς πρόσθεν ἐτίμων αὐτόν, τότε ὑπερεξεπέπληκτο ἐπ' αὐτῷ. Καμβύσης δὲ ὁ τοῦ Κύρου πατὴρ, ἥδετο μὲν πυνθανόμενος ταῦτα. ἐπειδὴ δὲ ἤκουσεν ἀνδρὸς ἤδη ἔργα διαπραττόμενον τὸν Κῦρον, ἀπεκάλει ὅπως τὰ ἐν Πέρσαις ἐπιχώρια ἀποτελοίη. καὶ τὸν Κῦρον δὲ ἐνταῦθα λέγεται εἰπεῖν, ὅτι ἀπιέναι βούλοιτο, μὴ ὁ πατήρ τι ἄχθοιτο, καὶ ἡ πόλις μέμφοιτο. τῷ οὖν Ἀστυάγει ἐδόκει ἀναγκαῖον εἶναι ἀποπέμπειν αὐτόν. ἔνθα δὴ ἵππους τε αὐτῷ δοὺς οὓς αὐτὸς ἐπεθύμει λαβεῖν, καὶ ἄλλα συσκευάσας παντοδαπὰ, ἀπέπεμπε, καὶ διὰ τὸ φιλεῖν αὐτόν, καὶ ἅμα ἐλπίδας μεγάλας ἔχων ἐν αὐτῷ, ἄνδρα ἔσεσθαι ἱκανόν, καὶ φίλους ὠφελεῖν, καὶ ἐχθροὺς ἀνιᾶν. ἀπιόντα δὲ τὸν Κῦρον, προὔπεμπον ἅπαντες καὶ παῖδες καὶ ἥλικες καὶ ἄνδρες καὶ γέροντες ἐφ' ἵππων, καὶ Ἀστυάγης αὐτός. καὶ οὐδένα ἔφασαν ὅντιν' οὐ δακρύοντ' ἀποστρέφεσθαι. καὶ Κῦρον δὲ αὐτὸν σὺν πολλοῖς δακρύοις λέγεται ἀποχωρῆσαι. πολλὰ δὲ δῶρα διαδοῦναι αὐτὸν φασὶ τοῖς ἡλικιώταις, ὧν Ἀστυάγης αὐτῷ ἐδεδώκει. τέλος δὲ καὶ ἣν εἶχε στολὴν Μηδικὴν ἐκδύντα, δοῦναί τινι, δηλοῦντα, ὅτι τοῦτον μάλιστα ἠσπάζετο. τοὺς μέντοι λαβόντας καὶ δεξαμένους τὰ δῶρα, λέγεται Ἀστυάγει ἐπανενεγκεῖν. Ἀστυάγην δὲ δεξάμενον, Κύρῳ ἀποπέμψαι. τὸν δὲ πάλιν τε ἀποπέμψαι εἰς Μήδους καὶ εἰπεῖν, ὦ πάππε, εἰ βούλει με καὶ πάλιν ἰέναι ὡς σὲ μὴ αἰσχυνόμενον, ἔα ἔχειν εἴ τῳ τι ἐγὼ δέδωκα. Ἀστυάγην δὲ ταῦτα ἀκούσαντα, ποιῆσαι, ὥσπερ ὁ Κῦρος ἐπέστειλεν. εἰ δὲ δεῖ καὶ παιδικοῦ λόγου μνησθῆναι, λέγεται, ὅτε Κῦρος ἀπῄει, καὶ

ἀπαλ-

ἀπαλλάττοιντο ἀπ' ἀλλήλων, τοὺς συγγενεῖς φιλοῦντας τὸν κῦρον τῷ στόματι, ἀποπέμπεσθαι αὐτὸν νόμῳ περσικῷ. καὶ γὰρ νῦν ἔτι τοῦτο ποιοῦσι πέρσαι. ἄνδρα δὲ δή τινα τῶν μήδων μάλα καλὸν κἀγαθὸν ὄντα ἐκπεπλῆχθαι πολὺν δή τινα χρόνον ἐπὶ τῷ κάλλει τοῦ κύρου. ἡνίκα δὲ ἑώρα τοὺς συγγενεῖς φιλοῦντας αὐτὸν, ὑπολειφθῆναι. ἐπεὶ δὲ οἱ ἄλλοι ἀπῆλθον, προσελθεῖν τῷ κύρῳ, καὶ εἰπεῖν, ἐμὲ μόνον οὐ γινώσκεις, ὦ κῦρε, τῶν συγγενῶν; τί δὲ, εἰπεῖν τὸν κῦρον, ἦ καὶ σὺ συγγενὴς εἶ; μάλιστα φάναι. ταῦτ' ἄρα, εἰπεῖν τὸν κῦρον, καὶ ἐνεώρας μοι. πολλάκις γὰρ δοκῶ σε γιγνώσκειν τοῦτο ποιοῦντα. προσελθεῖν γάρ σοι ἀεὶ βουλόμενος, ἔφη, νὴ τοὺς θεοὺς ᾐσχυνόμην. ἀλλ' οὐκ ἔδει, φάναι τὸν κῦρον, συγγενῆ γε ὄντα. ἅμα δὲ προσελθόντα, φιλῆσαι αὐτόν. καὶ τὸν μῆδον φιληθέντα ἐρέσθαι, ἦ καὶ ἐν πέρσαις νόμος οὗτός ἐστι, συγγενεῖς φιλεῖν; μάλιστα φάναι ὅταν γε ἴδωσιν ἀλλήλους διὰ χρόνου, ἢ ἀπίωσί ποι ἀπ' ἀλλήλων. ὥρα ἂν, ἔφη, εἴη σοι ὁ μῆδος, πάλιν φιλεῖν ἐμέ. ἀπέρχομαι γὰρ ὡς ὁρᾷς ἤδη. καὶ τὸν κῦρον πάλιν φιλήσαντα ἀποπέμπειν καὶ ἀπιέναι. καὶ ὁδὸν οὔπω πολλὴν διηνύσθαι αὐτοῖς, καὶ τὸν μῆδον ἥκειν πάλιν ἱδροῦντι τῷ ἵππῳ. καὶ τὸν κῦρον ἰδόντα, ἀλλ' ἦ φάναι ἐπελάθου τι ὧν ἐβούλου εἰπεῖν; οὐ μὰ Δία φάναι, ἀλλ' ἥκω διὰ χρόνου. καὶ τὸν κῦρον εἰπεῖν· νὴ Δί', ὦ σύγγενες, δι' ὀλίγου γε. ποίου ὀλίγου εἰπεῖν τὸν μῆδον. οὐκ οἶσθα, φάναι, ὦ κῦρε, ὅτι καὶ ὅσον σκαρδαμύττω χρόνον, πάνυ πολύς μοι δοκεῖ εἶναι, ὅτι οὐχ ὁρῶ σε τότε τοιοῦτον ὄντα; ἐνταῦθα δὴ τὸν κῦρον γελάσαι τε ἐκ τῶν πρόσθεν δακρύων, καὶ εἰπεῖν αὐτῷ, ἀπιόντα θαρρεῖν, ὅτι παρέσται αὐτοῖς ὀλίγου χρόνου. ὥστε ὁρᾶν σοι ἐξέσται, κἂν βούλῃ, ἀσκαρδαμυκτί. ὁ μὲν δὴ κῦρος οὕτως ἀπελθὼν εἰς πέρσας, ἐνιαυτὸν λέγεται ἐν τοῖς παισὶ γενέσθαι. καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἱ παῖδες ἔσκωπτον αὐτὸν ὡς ἡδυπαθεῖν μεμαθηκὼς ἐν μήδοις ἥκοι. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐσθίοντα αὐτὸν ἑώρων ὥσπερ αὐτοὶ ἡδέως καὶ πίνοντα, καὶ εἴ ποτ' ἐν ἑορτῇ εὐωχία προσγένοιτ' ἄν, ἐπιδιδόντα μᾶλλον αὐτὸν τοῦ ἑαυτοῦ μέρους ᾐσθάνοντο, ἢ προσδεόμενον. καὶ πρὸς τούτοις δὲ καὶ τἆλλα κρατιστεύοντα αὐτὸν ἑώρων πάντα ἑαυτῶν. ἐνταῦθα δὴ πάλιν ὑπέπτησσον αὐτῷ οἱ ἥλικες. ἐπεὶ δὲ διελθὼν τὴν παιδείαν ταύτην ἤδη εἰσῆλθεν εἰς τοὺς ἐφήβους, ἐν τούτοις αὖ ἐδόκει κρατιστεύειν. καὶ μελετῶν ἃ χρῆν, καὶ καρτερῶν ἃ ἔδει, καὶ αἰδούμενος τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ πειθόμενος τοῖς ἄρχουσι. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ὁ μὲν ἀστυάγης ἐν τοῖς μήδοις ἀποθνήσκει. ὁ δὲ κυαξάρης ὁ τοῦ ἀστυάγους παῖς, τῆς δὲ κύρου μητρὸς ἀδελφὸς, τὴν ἀρχὴν ἔλαβε τὴν μήδων. ὁ δὲ τῶν ἀσσυρίων βασιλεὺς, καταστρεψάμενος πάντας σύρους, φῦλον οὐ μικρὸν, ὑπήκοον δὲ πεποιημένος τὸν ἀραβίων βασιλέα, ὑπηκόους δὲ ἔχων ἤδη καὶ ὑρκανίους, πολιορκῶν δὲ βακτρίους, ἐνόμιζεν εἰ τοὺς μήδους ἀσθενεῖς ποιήσειε, πάντων γε αὖ τῶν πέριξ ῥᾳδίως ἄρξειν. ἰσχυρότατον γὰρ τῶν ἐγγὺς φύλων τοῦτο ἐδόκει εἶναι. οὕτω δὴ διαπέμπει πρός τε τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν πάντας, καὶ πρὸς κροῖσον τὸν λυδῶν βασιλέα, καὶ πρὸς τὸν καππαδοκῶν, καὶ πρὸς φρύγας ἀμφοτέρους, καὶ πρὸς κᾶρας καὶ παφλαγόνας, καὶ ἰνδοὺς δὲ καὶ πρὸς κίλικας. τὰ μὲν καὶ διαβάλλων πρὸς αὐτοὺς μήδους καὶ πέρσας, λέγων ὡς μεγάλα τε εἴη ταῦτα ἔθνη καὶ ἰσχυρὰ καὶ συνεστηκότα εἰς τὸ αὐτὸ, καὶ

ἐπιγα-

cum se inuicem seiungerent, cognatos per osculum oris cum ab sese amisisse lege Persarũ. Etenim hoc etiam tempore id faciunt Persæ. Medus autem quidam, qui & honestus ualde, et bonus uir esset, diu in stuporem adductus est ob Cyri formæ præstantiam. Hic cum uideret cognatos illum osculãtis, ipse subsistit. Vbi uerò alij abierunt, Cyrum adijt, atq; ait: Me solum ex cognatis Cyre ignoras? Cui respondit Cyrus: Num etiã tu cognatus es? Maximè, inquit. Pro- 10 pterea, inquit Cyrus, me intueris? Nã sæpe mihi hoc facere usus es. Adire enim te, inquit, cum usq; uellem, per deos immortalis me pudebat. At nullo, inquit Cyrus, te pudore teneri oportebat, cũ esses necessarius. simulq; adeuntem osculatus est. Et Medus post acceptum osculum quæsisse dicitur, num etiam inter Persas hæc esset consuetudo cognatos osculandi. Maxime, inquit, ubi aut post curriculum temporis se inuicem uideant, aut aliquò abinuicẽ eant. Hora esset admodum, inquit Medus, osculandi mei 20 rursus. Iam enim ut aspicis, ita abeo. Et Cyrus eum osculatus ab se dimittit. Qui cum abijsset, ac nõdum multum peregisset itineris, iterum uenit sudanti equo. Et Cyrus hunc intuitus, Num, ait, eorum aliquid es oblitus, quæ dicere mihi uelles? Non equidẽ, respondit, sed ueni post curriculum temporis. Cui Cyrus inquit: At mediusfidius breue, ô cognate. Quod breue, Medus respondit? An ignoras Cyre, quod quantulum etiam temporis oculos moueo, mihi uidetur esse permultũ, quòd tum te talem non aspi- 30 cio? Atq; hic Cyrus ex priorib. lachrymis primum risit, & abeunti illi, Confide, inquit, nam post parũ temporis uobis adero. Itaq; tibi si uolueris, aspicere me licebit uel fixis oculis. Cyrus igitur cum ita abisset in Persis traditur annũ etiã egisse inter pueros, qui primùm cauillis eum appetebant, tanquam redisset edoctus in Medis uoluptuosè uiuere. Sed ubi uiderent eum quemadmodum ipsos & comedentẽ suauiter & bibentem, & in festo die si quando epulatio fieret, de portione etiã sua alijs dantẽ potius quàm 40 quòd ipse egeret, cum sentirent: ad hæc alijs quoq; in rebus omnibus eundẽ sibi præstare cognoscerẽt, hic rursus eum æquales uerebantur. Cum hanc uerò pueritiæ disciplinam absoluisset, & pubertatem iam esset ingressus, inter puberes item usus est tenere principatum, tum ea exercens quæ par foret, & tolerans quæ oporteret, & reuerentia utens in seniores, & magistratibus parẽs. Temporis autẽ progressu moritur in Medis Astyages, & Cyaxares Astyagis filius, fraterq; Mandanes regnũ Medorũ 50 posidebat. At rex Assyriorũ Syris omnibus subiugatis, natione sanè maxima, & Arabũ rege in deditionem acto, ac subditis iam Hyrcanis, Bactrianisq; obsessis, cũ arbitraretur, si Medos fecisset imbecillos, futurũ ut finitimis omnib. facilè imperaret, cum hæc natio uideretur finitimorũ omniũ ualidissima: quare mittit & ad subditos suos omnis, & ad regem Lydorum Crœsum, & ad regẽ Cappadocum, & ad Phrygas utrosq;, & ad Pathlagonas & Indos, & ad Caras & Cilicas, tum apud eos insimulans Medos ac Persas, tum etiã dicens hasce gentes & magnas esse, et ualidas, et ad idẽ cõsentientis, &

Cognatos osculari lege Persarum.

 mutuis

mutuis inter sese matrimonijs coniunctas, atq; in unum cōuenientis: periclitariq; nisi quis eos anteuertēs debilitaret, ut singulas adortis nationes in seruitutem agant. Quare his uerbis alij persuasi, alij muneribus ac pecunijs inducti, quibus ille plurimū abundabat, faciebat cum illo societatē. At Cyaxares Astyagis filius cū accepisset & insidias eorū et apparatum aduersus sese, tum ipse continuò omnia parabat cōtra, quæ poterat, tū mittebat in Persas et ad rempublicam & ad Cambysen, qui & sororē haberet uxorem, & regnaret in Persis. mittebat etiā ad Cyrum, eum rogans, operā daret, ut si quos milites respublica Persarum in auxiliū sibi mitteret, eorum ipse iret imperator. Iam enim Cyrus impletis annis decē inter puberes erat in perfectæ ætatis uiris. Ita igitur cū rē Cyrus approbasset, seniores cōsultantes exercitus legunt cū imperatorē, qui mittebatur in Medos. Ad hæc ei dederūt, ut ducētos ex ijs legeret, qui ab honoris æqualitate homotimi uocātur: quibus item sigillatim dederunt electionem quaternorum uirorum, & horum quoq; homotimorum. Ac fiunt hi quidem mille. quibus etiā singulatim cōstituerūt electionem ex populo Persarum denorum scutatorū, et funditorū denorum, ac sagittariorum item denorū. Et ita fuere sagittarij decē millia, & scutati decā millia, & funditores quoq; decem millia. Præter hos autē erant ij mille homotimi. Tantus igitur exercitus Cyro datus est. Sed ubi electus est, simulac initiū fecit primum à dijs immortalibus, factáq; per id temporis litatione, legit ducētos illos: qui ubi etiā ipsi sigillatim quaternos legissent, eos conuocauit, et hæc tū primum in ijs ita loquutus est.

Homotimi.

CONCIO CYRI.

senserunt. At Cyrus, ut milites omnes conuenerunt, prandium praecepit. Qui ubi pranderunt, ipseq; didicisset, ubi speculae Chaldaeorũ erant, locum esse et munitum ac tutum, aquisq; abundantem, ibi continuò castellum muro circundabat, iubebatq; Tigrani ad patrem mitteret, iuberetq; ut ad se iret, secum adductis quotquot essent et fabris et architectis. Ad Armenium quidem abibat nũcius. Cyrus uerò cum ijs qui aderant murum struebat, cum per id temporis ad eum adducunt captiuos uinctos, & aliquos etiam uulneratos. Quos Cyrus ut uidit, uinctos continuò solui iussit: saucios autem uocatis medicis, curandos imperauit. Dein uerò dixit Chaldaeis, uenisse sese, neque quòd cuperet illos perdere, neq; quòd esset sibi opus bello, sed quoniam uellet inter Armenios pacem facere & Chaldaeos. Priusquam tenerentur cacumina, Scio, inquit, uobis pace opus nõ fuisse: securè enim habebãt res uestrae: sed Armeniorum bona agebatis ferebatisq;. Nunc autem uidetis utique, quae sit uestra conditione. Itaque ego uos dimitto domum, & reliquos captiuos: uobisq; alijs Chaldaeis tempus do consultandi, siue nobiscum uultis belligerare, siue amici esse. Et bellum si gerere optatis, nolite huc inermes ire, si sapitis. sin uobis arbitremini pace opus esse, uenite sine armis. Vt autem res uestrae bene habeant, si amici fueritis, mihi erit curae. Quibus auditis, Chaldaei Cyrũ multis laudibus extulerũt: cũq; essent eũ iucũdissimè complexi, domum abiere. Sed Armenius cum audisset à Cyro uocari sese, & quid ab eo ageretur, acceptis fabris & rebus alijs quotquot usui fore arbitrabatur, uenit ad eum quàm poterat celerrimè. Quo quidem uiso, dixit: Cyre, VT PAUCA de futuro cum nos homines prospicere possumus, multa agere aggredimur. Nunc enim ipse moliri libertatem aggressus, factus sum seruus, ut antea nunquam. Cum uerò capti sumus, certò perisse arbitrati, nunc ut aliàs nunquam salutem perspicuè sumus adepti. Qui enim nunquam cessabant multis nos malis afficere, his ego nunc esse uideo, ut optabam. Et hoc uelim, ne te lateat Cyre, fuisse me ad abigendos Chaldaeos ex his uerticibus, multò pluris daturum pecunias istis, quas tu nunc habes ab me. Et quibus bonis pollicebaris nos affectum iri cum accipiebas pecunias, ea iam praestitisti. Itaque nouimus alias tibi debere gratias, quas tibi si boni uelimus esse, pudeat nos sanè non referre: cui etiam si referamus, nihil tamen pro dignitate facere ne hoc quidem pacto erga uirum adeò beneficum reperiamur. Et Armenius quidem haec dixit. At Chaldaei rogatum uenerunt ad Cyrum, sibi ut pacem faceret. Quos Cyrus interrogabat inquiens: Ob aliud ne Chaldaei quicquã pacẽ cupitis, quàm ob huius rei causam, quod existimetis securius posse uitam agitare pace facta, quàm si bellũ geratis? Quoniam haec habemus, dixerunt Chaldaei. Et Cyrus inquit: Quid igitur si alia etiam bona uobis ex pace adueniant? Magis item laetemur, respondère. Sed quidnam aliud inquit? num quia boni agri caritudine pauperes nunc esse uos putatis? Etiam propter hoc, cõfessi sunt. Quid igitur, inquit Cyrus, uelletis'ne

ἐκ τῶν ἐγγὺς οἰκούντων. ὁ δὲ Κῦρος, ὡς πάντες οἱ στρατιῶται ὁμοῦ ἐγένοντο, ἀριστοποιήσασθαι παρήγγειλεν. ἐπεὶ δὲ ἠρίστησαν, καταμαθὼν ἔνθα σκοπαὶ ἦσαν αἱ τῶν χαλδαίων, ἐρυμνόν τε ὂν καὶ ἔνυδρον, εὐθὺς ἐτείχιζε φρούριον. καὶ τὸν τιγράνην ἐκέλευσε πέμπειν ἐπὶ τὸν πατέρα, καὶ κελεύειν παραγενέσθαι, ἔχοντα ὁπόσοι εἶεν τέκτονές τε καὶ λιθοτόμοι. ἐπὶ μὲν δὴ τὸν ἀρμένιον ᾤχετο ἄγγελος. ὁ δὲ κῦρος τοῖς παροῦσιν ἐτείχιζεν. ἐν δὲ τούτῳ προσάγουσι τῷ κύρῳ τοὺς αἰχμαλώτους δεδεμένους τοὺς δέ τινας καὶ τετρωμένους. ὡς δὲ εἶδεν, εὐθὺς λύειν μὲν ἐκέλευσε τοὺς δεδεμένους. τοὺς δὲ τετρωμένους, ἰατροὺς καλέσας, θεραπεύειν ἐκέλευσεν. ἔπειτα ἔλεξε τοῖς χαλδαίοις, ὅτι ἥκοι, οὔτε ἀπολέσαι ἐπιθυμῶν ἐκείνους, οὔτε πολεμεῖν δεόμενος, ἀλλ' εἰρήνην ποιῆσαι βουλόμενος ἀρμενίοις καὶ χαλδαίοις. πρὶν μὲν οὖν ἔχεσθαι τὰ ἄκρα, οἶδ' ὅτι οὐδὲν ἐδεῖσθε εἰρήνης. τὰ μὲν γὰρ ὑμέτερα ἀσφαλῶς εἶχε, τὰ δὲ τῶν ἀρμενίων ἤγετε καὶ ἐφέρετε. νῦν δὲ ὁρᾶτε δὴ, ἐν οἵῳ ἐστέ. ἐγὼ οὖν ἀφίημι ὑμᾶς οἴκαδε τοὺς εἰλημμένους, καὶ δίδωμι ὑμῖν σὺν τοῖς ἄλλοις χαλδαίοις βουλεύσασθαι, εἴτε βούλεσθε πολεμεῖν ἡμῖν, εἴτε φίλοι εἶναι. κἂν μὲν πόλεμον αἱρῆσθε, μηκέτι ἥκετε δεῦρο ἄνευ ὅπλων, εἰ σωφρονεῖτε. ἢν δὲ εἰρήνης δοκῆτε δεῖσθαι, ἥκετε. ὡς δὲ καλῶς ἕξει τὰ ὑμέτερα, ἢν φίλοι γένησθε, ἐμοὶ μελήσει. ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ χαλδαῖοι, πολλὰ μὲν ἐπαινέσαντες, πολλὰ δὲ δεξιωσάμενοι τὸν κῦρον, ᾤχοντο οἴκαδε. ὁ δὲ ἀρμένιος ὡς ἤκουσε τήν τε κλῆσιν τοῦ κύρου καὶ τὴν πρᾶξιν, λαβὼν τοὺς τέκτονας, καὶ τἆλλα ὅσων ᾤετο δεῖν, ἧκε πρὸς τὸν κῦρον ὡς ἐδύνατο τάχιστα. ἐπεὶ δὲ εἶδε τὸν κῦρον, ἔλεξεν· ὦ κῦρε, ὡς ὀλίγα δυνάμενοι προορᾶν ἄνθρωποι περὶ τοῦ μέλλοντος, πολλὰ ἐπιχειροῦμεν πράττειν. νῦν γὰρ δὴ καὶ ἐγὼ ἐλευθερίαν μὲν μηχανᾶσθαι ἐπιχειρήσας, δοῦλος ὡς οὐδεπώποτε ἐγενόμην. ἐπεὶ δ' ἑάλωμεν, σαφῶς ἀπολωλέναι νομίσαντες, νῦν ἀναφαινόμεθα σεσωσμένοι, ὡς οὐδεπώποτε. χαλδαῖοι γοῦν, οἳ οὐδὲ ἐπαύοντο πώποτε πολλὰ κακὰ ἡμᾶς ποιοῦντες, νῦν ὁρῶ τούτους ἔχοντας, ὥσπερ ἐγὼ ηὐχόμην. καὶ τοῦτο ἐπίστω, ἔφη, ὦ κῦρε, ὅτι ἐγώ, ὥστε ἀπελάσαι χαλδαίους ἀπὸ τούτων τῶν ἄκρων, πολλαπλάσια ἂν ἔδωκα χρήματα, ὧν σὺ νῦν ἔχεις παρ' ἐμοῦ. καὶ ἃ ὑπισχνοῦ ποιήσειν ἀγαθὰ ἡμᾶς, ὅτ' ἐλάμβανες τὰ χρήματα, ἀποτετέλεσταί σοι ἤδη. ὥστε καὶ προσοφείλοντές σοι ἄλλας χάριτας ἀναπεφήναμεν, ἃς ἡμεῖς γε, εἰ μὴ κακοὶ ἐσμέν, αἰσχυνοίμεθ' ἄν σοι μὴ ἀποδιδόναι. ἃ καὶ ἀποδιδόντες, οὐδ' ἐν ἄξιον, οὐδ' οὕτως πρὸς εὐεργέτην καταλαμβανόμεθα τοσοῦτον ποιοῦντες. ὁ μὲν ἀρμένιος ταῦτ' ἔλεξεν. οἱ δὲ χαλδαῖοι ἧκον δεόμενοι τοῦ κύρου, εἰρήνην σφίσι ποιῆσαι. καὶ ἐπήρετο αὐτούς· ἄλλο τι, ἔφη, ὦ χαλδαῖοι, ἢ τούτου γε ἕνεκα, εἰρήνης νῦν ἐπιθυμεῖτε, ὅτι νομίζετε ἀσφαλέστερον δύνασθαι ζῆν, εἰρήνης γενομένης, ἢ πολεμοῦντες. ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς ταῦτ' ἐλέγομεν. τἆλλα ἔχομεν, ἔφασαν οἱ χαλδαῖοι. καὶ ὅς· τί οὖν, ἔφη, εἰ καὶ ἄλλα ὑμῖν ἀγαθὰ προσγένοιτο διὰ τὴν εἰρήνην; ἔτι ἄν, ἔφασαν, μᾶλλον εὐφραινοίμεθα. ἄλλο τι οὖν, ἔφη, ἢ διὰ τὸ γῆς σπανίζειν ἀγαθῆς, νῦν πένητες νομίζετ' εἶναι; συνέφασαν καὶ τοῦτο. τί οὖν, ἔφη ὁ κῦρος, ἢ βούλοισθ'

λοιθ' ἂν ἀποτελοῦντες ὅσα περ οἱ ἀρμένιοι, ἐξεῖναι ὑ-
μῖν τῆς ἀρμενίας γῆς ἐργάζεσθαι, ὁπόσην ἂν βούλησθε; ἔ-
φασαν οἱ χαλδαῖοι, εἰ πιστεύοιμεν μὴ ἀδικήσεσθαι. τί δὲ
σύ, ἔφη, ὦ ἀρμένιε, βούλοιο ἂν τὴν νῦν ἀργὸν οὖσαν γῆν
ἐνεργὸν γενέσθαι, εἰ μέλλοιεν τὰ νομιζόμενα παρὰ σοὶ ἀπο-
τελεῖν οἱ ἐργαζόμενοι; ἔφη ὁ ἀρμένιος· πολλοῦ ἂν τοῦτο
πρίασθαι. πολὺ γὰρ ἂν αὐξάνεσθαι τὴν πρόσοδον. τί δ' ὑ-
μεῖς, ἔφη, ὦ χαλδαῖοι, ἐπεὶ ὄρη ἀγαθὰ ἔχετε, ἐθέλοιτ'
ἂν ἐᾶν νέμειν ταῦτα τοὺς ἀρμενίους, εἰ ὑμῖν μέλλοιεν οἱ νέ-
μοντες τὰ δίκαια ἀποτελεῖν; ἔφασαν οἱ χαλδαῖοι. πολ-
λὰ γὰρ ἂν ὠφελεῖσθαι οὐδὲν πονοῦντας. σὺ δέ, ἔφη, ὦ
ἀρμένιε, εἰ θέλοις ἂν ταῖς τούτων νομαῖς χρῆσθαι, εἰ μέλ-
λοις μικρὰ ὠφελῶν χαλδαίους, πολὺ πλείω ὠφεληθή-
σεσθαι; καὶ σφόδρα ἄν, ἔφη, εἰ ἡμῖν ἀσφαλὲς νέμειν. οὐ-
κοῦν, ἀσφαλῶς ἂν νέμοιτε, εἰ τὰ ἄκρα ἔχοιμεν σύμμα-
χα, ἔφη ὁ ἀρμένιος. ἀλλὰ μὰ δί', ἔφασαν οἱ χαλδαῖοι,
οὐκ ἂν ἡμεῖς ἀσφαλῶς ἐργαζοίμεθα, μὴ ὅτι τὴν τούτων,
ἀλλ' οὐδ' ἂν τὴν ἡμετέραν, εἰ οὗτοι τὰ ἄκρα ἔχοιεν. εἰ δ'
ὑμῖν αὖ, ἔφη, τὰ ἄκρα σύμμαχα εἴη; οὕτως ἄν, ἔφασαν,
ἡμῖν καλῶς ἔχοι. οὐκ ἂν ἡμῖν νῦν καλῶς ἔχοι, εἰ οὗτοι πα-
ραλήψονται τὰ ἄκρα, ἄλλως τε καὶ τετειχισμένα. καὶ
ὁ κῦρος εἶπεν· οὑτωσὶ τοίνυν ἐγὼ ποιήσω, ἔφη. οὐδ'
ἑτέροις ὑμῖν τὰ ἄκρα παραδώσω. ἀλλ' ἡμεῖς φυλάξο-
μεν αὐτά. κἂν ἀδικῶσιν ὑμῶν ὁπότεροι οὖν, σὺν τοῖς
ἀδικουμένοις ἐσόμεθα ἡμεῖς. ὡς δ' ἤκουσαν ταῦτα ἀμ-
φότεροι, ἐπῄνεσαν καὶ ἔλεγον· ὅτως ἂν εἴη μόνως εἰρή-
νη βεβαία. καὶ ἐπὶ τούτοις ἔδοσαν καὶ ἔλαβον πάν-
τες τὰ πιστά, καὶ ἐλευθέρους μὲν ἀμφοτέρους ἀπ' ἀλλή-
λων εἶναι συνετίθεντο, ἐπιγαμίας δ' εἶναι, καὶ ἐπεργασίας,
καὶ ἐπινομίας καὶ συμμαχίαν δὲ κοινήν, εἴ τις ἀδικοίη
ὁποτέρους. οὕτω μὲν τότε διεπράχθη, καὶ νῦν δὲ ἔτι οὕ-
τω διαμένουσιν, αἱ τότε γενόμεναι συνθῆκαι, χαλδαί-
οις, καὶ τοῖς τὴν ἀρμενίαν ἔχουσι. ἐπεὶ δὲ αἱ συνθῆκαι
ἐγένοντο, εὐθὺς συνετείχιζόν τε ἀμφότεροι προθύμως
ὡς κοινὸν φρούριον, καὶ τὰ ἐπιτήδεια συνεισῆγον. ἐπεὶ
δ' ἑσπέρα προσῄει, συνδείπνους ἔλαβεν ἀμφοτέρους
πρὸς ἑαυτόν, ὡς φίλους ἤδη. συνδειπνούντων δέ, εἶπέ
τις τῶν χαλδαίων· ὅτι τοῖς μὲν ἄλλοις σφῶν πᾶσιν, εὐκτὰ
ταῦτα εἴη. εἰσὶ δέ τινες τῶν χαλδαίων, οἳ λῃζόμενοι
ζῶσι, καὶ οὔτ' ἂν ἐπίσταιντο ἐργάζεσθαι, οὔτ' ἂν δύναιντο,
εἰθισμένοι ἀπὸ πολέμου βιοτεύειν. ἀεὶ γὰρ ἐλῄζοντο,
καὶ ἐμισθοφόρουν, καὶ πολλάκις μὲν παρὰ τῷ ἰνδῶν
βασιλεῖ. καὶ γὰρ ἔφασαν, πολύχρυσος ὁ ἀνήρ. πολλά-
κις δὲ καὶ παρ' ἀστυάγει. καὶ ὁ κῦρος ἔφη· τί οὖν οὐ καὶ
νῦν παρ' ἐμοὶ μισθοφοροῦσιν; ἐγὼ γὰρ δώσω, ὅσον τις καὶ
ἄλλος πλεῖστον δή ποτε ἔδωκε. συνέφασάν οἱ καὶ πολ-
λοὺς ἔσεσθαι ἔλεγον τοὺς ἐθελήσοντας. καὶ ταῦτα μὲν δὴ
οὕτω συνωμολογεῖτο. ὁ δὲ κῦρος ὡς ἤκουσεν, ὅτι πρὸς τὸν
ἰνδὸν πολλάκις οἱ χαλδαῖοι ἐπορεύοντο, ἀναμνησθείς,
ὅτι ἦλθον παρ' αὐτόν, κατασκεψάμενοι εἰς μήδους τὰ αὐ-
τῶν πράγματα, καὶ ᾤχοντο πρὸς τοὺς πολεμίους, ὅπως
αὖ καὶ τὰ ἐκείνων κατίδωσιν, ἐβούλετο μαθεῖν, τὰ αὐτῷ
πεπραγμένα. ἤρξατο οὖν λόγου τοιοῦδε· ὦ ἀρμένιε, ἔ-
φη, καὶ ὑμεῖς οἱ χαλδαῖοι, εἴπατέ μοι, εἴ τινα ἐγὼ τῶν
ἐμῶν ἀποστέλλοιμι πρὸς τὸν ἰνδόν, συμπέμψαιτ' ἄν μοι
τῶν ὑμετέρων, οἵτινες αὐτῷ τήν τε ὁδὸν ἡγοῖντο ἄν, καὶ
συμ-

letis'ne tantum soluentes tributi, quantum Armenij
soluunt, nobis liceret tantum colere agri Armenij,
quantum uelitis? Modò, respondere Chaldæi, creda
mus fore, ne quid iniuriæ patiamur. Quid uerò tu,
Cyrus inquit, Armenie, uelles'ne id agri quod nunc
est incultū, ab his coli, si cōstitutas apud te pecunias
soluerint? Respōdit Armenius: Pluris sanè hoc eme
rem, cum census multū augeretur. Quid autem uos
Chaldæi? quoniā uobis boni sunt montes, num sinere
uelletis Armenijs hos mōtis esse pasturæ si uobis pa
stores quæ iusta sunt soluerint? Valde, Chaldæi re-
sponderūt: nam sine ullo labore magnā ad sese utili
tatem peruētură. Tu aūt Armenie, uelles'ne pascuis
horū uti, si pro parua Chaldæorū utilitate, lōge ma
iorem ipse utilitatem esses cōsecuturus? Et ualde id
quidem, si pasturā mihi securā arbitrarer. Igitur, in
quit Cyrus, securè pasceretis, si uertices auxilio ha-
beretis. Ita est, inquit Armenius. At per Iouē, dixe-
re Chaldæi, nequaquā securè nos agrum coleremus,
& nō modò horū agrū, sed ne nostrū quidē, si hi ca
cumina possiderēt. Sed quid, rursus inquit, si cacu-
mina uobis essent auxilio? Ita nobis, Chaldæi respon
derunt, bene esset. Sed mediusfidius, inquit Arme-
nius, nobis rursus nequaquam bene foret, ubi hi rur
sus cacumina essent accepturi, præsertim cincta mu
ro. Atq; Cyrus inquit. Ita igitur ego faciā: neutris
uestrū uertices tradā, sed eos nos custodiemus, &
utri uestrûm alteris iniuriā faciāt, nos cum iniuriā
passis futuri sumus. His autē auditis utriq; rē lauda-
runt, dicētes hoc modo duntaxat pacē futurā stabi-
lem. Et ad hæc obseruanda dederunt omnes accepe-
runtq; fidei pignora, utq; utriq; ab alteris liberi es-
sent conuenerūt, uterenturq; inter sese connubijs, et
culturis, & pasturis, & cōmuni societate, si quis in
alteroscunq; esset iniustus. Ita per id tēporis est per
actum: atq; hac etiā tempestate, quæ tū fœdera sunt
percussa inter Chaldæos & regē Armeniorum, ita
perdurant. Cæterum posteaquā fœdera sunt percus
sa, utriq; cōtinuò castellum tanquam cōmune muro
impigrè cingebāt, & in id res necessarias congere
bant. Sed ubi aduenit uespera, Cyrus utrosq; apud
se cœnaturos ut iam amicos, cōuiuio excipiebat. Iis
autem unà discūbentibus, dixit unus ex Chaldæis:
hæc alijs quidē suis omnib. optabilia existere, uerum
esse Chaldæos quosdam qui uiuerēt ex præda, nesci-
rentq; terrā colere, ac ne possent quidē, assueti ex
reb. bellicis uitā degere. Prædabātur enim semper,
merebantq; stipendio sæpe apud Indorū regē: nam
illū aiebant uirū esse opulentissimū: sæpe etiam apud
Astyagen. Et Cyrus inquit: Quid igitur nō etiā nūc
apud me stipendio merēt? Ipse enim dabo quantum
quis alius plurimū unquam stipendiū dedit. Cui con
sensere, multos etiā fore qui uelint. Et hæc quidē tan
dem ita conuenta sunt. At Cyrus cum audisset Chal
dæos sæpe ad regē Indorū proficisci, recordatus ue
nisse quos ab eo speculatū in Medos res Medicas, ab
ijsq; ad hostes quò rursus res eorū explorarēt, uo-
lebat ut quas ipse res gessisset, Indus disceret. Itaque
cœpit ita loq. O Armenie, et uos Chaldæi dicite mi
hi, si quē ego ex meis ad Indū mitterē, mitteretis'ne
mea causa e uestris aliquos, qui et itineris duces essēt,

unà agerent, ut quæ uolo, nobis ab Indo fierent? Ego enim uellem ut grandior etiam pecunia nobis fieret, quo & stipendium dare possim abunde quibus debeam, & milites honorare atq; munerare pro dignitate. Horum igitur causa mihi sit uolo maxima pecuniarum copia. His autē opus esse duco, si uelim quod libenter cupio, pecunijs uestris parcere. Amicos enim uos mihi iam arbitror. Ab Indo autē libēter acciperem, si daret. Itaq; nūcius cui uos iubeo dari duces, essēq; adiutores gerendi negocij, illò cum uenerit, ita dicet: Inde Cyrus me ad te misit, qui ait: Quoniam alium exercitum domo ex Persis opperitur, maiore sibi pecunia opus esse. Etenim eū, inquit, opperior. Quare si ad eum miseris quantum pecuniæ possis commode, si deus ei bonum exitum dederit, enitetur ita facere ut existimes bene tibi esse consultum, quod munificus in se fueris. Et hæc sane uerbis meis exponet. Vos autem mandate uestris nuncijs, quod ad rem conducere arbitramini. Et si quidem ab eo pecunias ceperimus, his utemur copiosius. Sin minus ceperimus, intelligemus nullā à nobis ei gratiā deberi: quinimò licebit nobis illius causa omnia facere ad nostrum emolumentum. Hæc Cyrus locutus est, futurum putans ut Armenij Chaldæiq; nūcij eiusmodi uerba de sese facerent, qualia de se ipse cupiebat ab omnibus hominibus & dici & audiri. Et tum tandem cum res bene haberet, soluto conuiuio dederunt se quieti. Sed postero die tum Cyrus nuncium mittebat, ei mandans quæcunq; dixerat. Tum Armenius Chaldæiq; unà miserūt quos maxime idoneos existimabant, & ad agendum pro Cyro, & ad dicendum quæ conuenirent. Deinceps autē Cyrus cum muniisset castellū, & præsidio, quantū sat erat, & rebus necessarijs omnibus, atq; ijs principē reliquisset Medum, quē Cyaxari putasset maxime gratificaturum esse, abiuit abducto secum exercitu, & quantum habuerat ueniens, & quem ab Armenijs assumpsit, & quos milites acceperat à Chaldæis ad quatuor millia, qui putabātur cunctis alijs præstare. Vt autem descendit in agrum habitatum, Armenius nemo neq; uir neq; mulier intra ædis se cōtinuit, sed omnes obuiam facti sunt, lætitia ob pacē exultātes, ferentesq; & agentes quod quisq; habebat precio sum. Neq; Armenio hæc molesta erant, quoniā existimaret ita Cyrum delectari magis, quod honoraretur ab omnibus. Sed ad postremū Armenij etiā uxor occurrit, filias secū habens & iuniorem filium, quæ unà cum alijs donis portabat etiā aurū, quod prius accipere Cyrus noluerat. Id Cyrus ubi uidit: Vos me, inquit, nō facietis ut mercedis gratia obequitās sim beneficus: sed tu, ò mulier, abi, et quas ad me fers pecunias, tibi habe, easq; nolito amplius Armenio defodiendas dare. tuū autē filium pulcherrime istis à te ornatum, in expeditionem emitte. At reliquis pecunijs comparato, & tibi ipsi & uiro, et filiabus ac filijs ea, quæ adepti, & quibus ornati, elegantius & iucundius ætatem agatis. Nam in terrā satis sit corpora defodere, cum quisq; diem obierit. Cyrus hæc locutus abequitauit. quem Armenius & reliqui omnes homines deducebant, cum beneficum iterum atque iterum appellantes, & uirum bonum. Hæcq; facie-

συμπράττοιεν, ὥστε γενέσθαι ἡμῖν παρὰ τοῦ ἰνδοῦ ἃ ἐγὼ βούλομαι; ἐγὼ γὰρ χρήματα μὲν προσγενέσθαι ἂν βουλοίμην ἡμῖν, ὅπως ἔχω καὶ μισθὸν ἀφθόνως διδόναι οἷς ἂν δέῃ, καὶ τιμᾶν, καὶ δωρεῖσθαι τῶν στρατευομένων τοὺς ἀξίους. τούτων μὲν δὴ ἕνεκα βούλομαι ὡς ἀφθονώτατα χρήματα ἔχειν. δεῖσθαι δὲ τούτων νομίζω. τῶν μὲν ὑμετέρων, ἡδύ μοι φείδεσθαι. φίλους γὰρ ὑμᾶς ἤδη νομίζω. παρὰ δὲ τοῦ ἰνδοῦ, ἡδέως ἂν λάβοιμι, εἰ διδοίη. ὁ οὖν ἄγγελος, ᾧ κελεύω ὑμᾶς ἡγεμόνας δοῦναι καὶ συμπράκτορας γενέσθαι, ἐλθὼν ἐκεῖσε, λέξει ὧδε. ἔπεμψέ με κῦρος, ὦ ἰνδὲ πρὸς σέ. φησὶ δὲ προσδεῖσθαι χρημάτων, προσδεχόμενος καὶ ἄλλην στρατιὰν οἴκοθεν ἐκ περσῶν, καὶ γὰρ προσδέχομαι, ἔφη. ἢν οὖν αὐτῷ πέμψῃς ὁπόσα σοι προχωρεῖ φησιν, ἢν θεὸς ἀγαθὸν τέλος διδῷ αὐτῷ, πειρᾶσθαι ποιῆσαι, ὥστε σε νομίζειν καλῶς βεβουλεῦσθαι χαρισάμενον αὐτῷ. ταῦτα μὲν ὁ παρ' ἐμοῦ λέξει. τοῖς δὲ παρ' ὑμῶν, ὑμεῖς αὖ ἐπιστέλλετε, ὅ,τι ὑμῖν δοκεῖ συμφέρον εἶναι. καὶ ἢν μὲν λάβωμεν παρ' αὐτοῦ, ἀφθονωτέροις χρησόμεθα· ἢν δὲ μὴ λάβωμεν, εἰσόμεθα, ὅτι οὐδεμίαν αὐτῷ χάριν ὀφείλομεν, ἀλλ' ἐξέσται ἡμῖν ἐκείνου ἕνεκα, πρὸς τὸ ἡμέτερον συμφέρον πάντα τίθεσθαι. ταῦτ' εἶπεν ὁ κῦρος νομίζων τοὺς ἰόντας ἀρμενίων καὶ χαλδαίων τοιαῦτα λέξειν περὶ αὐτοῦ, οἷα αὐτὸς ἐπεθύμει πάντας ἀνθρώπους, καὶ λέγειν, καὶ ἀκούειν περὶ αὐτοῦ. καὶ τότε μὲν δὴ ὁπότε καλῶς εἶχε διαλύσαντες τὴν σκηνὴν, ἀνεπαύοντο. τῇ δ' ὑστεραίᾳ, ὅτε κῦρος ἔπεμπε τὸν ἄγγελον ἐπιστείλας, ὅσα περ ἔφη. καὶ ὁ ἀρμένιος, καὶ οἱ χαλδαῖοι συνέπεμπον οὓς ἱκανωτάτους ἐνόμιζον εἶναι, καὶ συμπρᾶξαι, καὶ εἰπεῖν περὶ τοῦ κύρου τὰ προσήκοντα. ἐκ δὲ τούτου ὁ κῦρος ἐπιτελέσας τὸ φρούριον, καὶ φύλαξιν ἱκανοῖς, καὶ τοῖς ἐπιτηδείοις πᾶσι, καὶ ἄρχοντα αὐτῶν καταλιπὼν μῆδον, ὃν ᾤετο κυαξάρει ἂν μάλιστα χαρίσασθαι, ἀπῄει συλλαβών τε τὸ στράτευμα, ὅσον τε ἦλθεν ἔχων, καὶ ὃ παρ' ἀρμενίων προσέλαβε. καὶ τοὺς παρὰ χαλδαίων εἰς τετρακισχιλίους, οἳ ᾤοντο καὶ συμπάντων τῶν ἄλλων κρείττονες εἶναι. ὡς δὲ κατέβη εἰς τὴν οἰκουμένην, οὐδεὶς ἔμενεν ἔνδον ἀρμενίων, οὔτε ἀνὴρ, οὔτε γυνή. ἀλλὰ πάντες ἀπήντων, ἡδόμενοι τῇ εἰρήνῃ, καὶ φέροντες, καὶ ἄγοντες, εἴ τι ἕκαστος ἄξιον εἶχε. καὶ ὁ ἀρμένιος τούτοις οὐκ ἤχθετο, οὕτως ἂν νομίζων, καὶ τὸν κῦρον μᾶλλον ἥδεσθαι τῇ ὑπὸ πάντων τιμῇ. τέλος δὲ ἀπήντησε καὶ ἡ γυνὴ τοῦ ἀρμενίου, τὰς θυγατέρας ἔχουσα, καὶ τὸν νεώτερον υἱὸν, καὶ σὺν ἄλλοις δώροις καὶ τὸ χρυσίον ἐκόμιζεν, ὃ πρότερον οὐκ ἤθελε λαβεῖν ὁ κῦρος. καὶ ὁ κῦρος ἰδὼν, εἶπεν· ὑμεῖς ἐμὲ οὐ ποιήσετε μισθοῦ περιιόντα εὐεργετεῖν. ἀλλὰ σὺ, ὦ γύναι, ἔχουσα ταῦτα τὰ χρήματα ἃ φέρεις, ἄπιθι, καὶ τῷ ἀρμενίῳ μηκέτι δῷς αὐτὰ κατορύξαι. ἔκπεμψον δὲ τὸν σὸν υἱὸν ὡς κάλλιστα ἀπ' αὐτῶν κατασκευάσασα ἐπὶ τὴν στρατείαν. ἀπὸ δὲ τῶν λοιπῶν, κτῶ καὶ σαυτῇ, καὶ τῷ ἀνδρὶ, καὶ ταῖς θυγατράσι, καὶ τοῖς υἱοῖς, ὅ,τι κεκτημένοι καὶ κεκοσμημένοι, κάλλιον καὶ ἥδιον τὸν αἰῶνα διάξετε. εἰς δὲ τὴν γῆν, ἔφη, ἀρκείτω τὰ σώματα, ὅταν ἕκαστος τελευτήσῃ, κατακρύπτειν. ὁ μὲν ταῦτα εἰπὼν, παρήλαυνεν. ὁ δὲ ἀρμένιος συμπροὔπεμπε, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι, ἀνακαλοῦντες τὸν εὐεργέτην, τὸν ἄνδρα τὸν ἀγαθόν. καὶ ταῦτ' ἐποί-

ἐποίουν, ἕως ἐκ τῆς χώρας ἐξέπεμψαν. συναπέστειλε δὲ αὐτῷ ὁ ἀρμένιος καὶ στρατιὰν πλείονα, ὡς εἰρήνης οἴκοι οὔσης. οὕτω δὴ ὁ Κῦρος ἀπῄει κεχρηματισμένος, οὐχ ἃ ἔλαβε μόνον χρήματα, ἀλλὰ πολὺ πλείονα τούτων ἐπιπορισάμενος διὰ τὸν τρόπον, ὥστε λαμβάνειν ὁπότε δέοιτο. καὶ τότε μὲν ἐστρατοπεδεύσατο ἐν τοῖς μεθορίοις. τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὸ μὲν στράτευμα καὶ τὰ χρήματα ἔπεμψε πρὸς Κυαξάρην. ὁ δὲ πλησίον ἦν, ὥσπερ ἔφησεν. αὐτὸς δὲ σὺν Τιγράνῃ καὶ Περσῶν τοῖς ἀρίστοις ἐθήρα ὅπου ἐντυγχάνοιεν θηρίοις, καὶ ηὐφραίνετο. ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο εἰς Μήδους, τὰ χρήματα ἔδωκε τοῖς ἑαυτοῦ ταξιάρχοις, ὅσα ἐδόκει ἑκάστῳ ἱκανὰ εἶναι. ὅπως καὶ ἐκεῖνοι ἔχοιεν τιμᾶν, εἴ τινας ἄγοιντο τῶν ὑφ' ἑαυτούς. ἐνόμιζε γάρ, εἰ ἕκαστος τὸ μέρος ἀξιέπαινον ποιήσειε, τὸ ὅλον αὐτῷ καλῶς ἔχειν. καὶ αὐτὸς δὲ, ὅ, τι που καλὸν ἴδοι εἰς τὴν στρατιάν, τοῦτο κτώμενος ἐδωρεῖτο τοῖς ἀξιωτάτοις τῶν νομίζων, ὅτι καλὸν κἀγαθὸν ἔχοι τὸ στράτευμα, τούτοις ἅπασιν αὐτὸς κεκοσμῆσθαι. ἡνίκα δὲ αὐτοῖς διεδίδου ὧν ἔλαβεν, ἔλεξεν ὧδέ πως εἰς τὸ μέσον τῶν ταξιάρχων καὶ λοχαγῶν, καὶ πάντων ὅσους ἐτίμα.

faciebant, donec eum ex Armenia emiserunt. Misit item ad eum Armenius maioris copias, quoniam domi pax esset. Ita igitur abijt Cyrus, non solum ditatus pecunijs quas accepit, sed multo pluribus paratis ob suos mores, quas cum opus foret acciperet. Et tum quidem intra confinia est castrametatus. Postridie uero illius diei & agmē & pecunias ad Cyaxarem misit. Nam is propinquus erat, ut dixerat. Ipse autem unà cum Tigrane, optimatibusq; Persarum uenabatur, ubi feras offenderet, atq; lætabatur. Sed ubi uenit in Medos, ex pecunijs dedit suis ordinum centurionibus, ut existimabat cuiq; satis esse, quo etiam ipsi honorare possent, si quos suorū admirarentur. Putabat enim si quisq; partem faceret laude dignam, totum sibi pulchre habere. Atq; ipse quoq; si quid usquam uideret pulchrū pro exercitu, hoc adeptus, uiris dignißimis dono dabat: ratus ille quidē, ea sibi omnia ornamento esse, quicquid pulchri milites boniq; haberent. Cum uerò militibus ijs tribueret quæ ceperat, in medium centurionum ordinem, primipilorum, & omnium quotquot honorabat, his fermè uerbis est usus:

ΔΗΜΗΓΟΡΙΑ ΚΥΡΟΥ.

Ἄνδρες φίλοι, δοκεῖ ἡμῖν εὐφροσύνη τις νῦν παρεῖναι, καὶ ὅτι εὐπορία τις προσγεγένηται, καὶ ὅτι ἔχομεν ἀφ' ὧν τιμᾶν ἕξομεν, οὓς ἂν βουλώμεθα, καὶ τιμᾶσθαι ὡς ἂν ἕκαστος ἄξιος ᾖ. πάντως δὴ ἀναμιμνησκώμεθα τὰ ποῖα ἄττα ἔργα τούτων τῶν ἀγαθῶν ἦν αἴτια. σκοπούμενοι γὰρ εὑρήσετε, τό, τε ἀγρυπνῆσαι ὅπου ἔδει, καὶ τὸ πονῆσαι, καὶ τὸ σπεῦσαι, καὶ τὸ μὴ εἶξαι τοῖς πολεμίοις. οὕτως οὖν χρὴ καὶ τὸ λοιπὸν ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι γιγνώσκοντας, ὅτι τὰς μεγάλας ἡδονάς, καὶ τὰ ἀγαθὰ τὰ μεγάλα, ἡ πειθὼ καὶ ἡ καρτερία, καὶ οἱ ἐν τῷ καιρῷ πόνοι, καὶ κίνδυνοι παρέχονται. κατανοῶν δὲ ὁ Κῦρος, ὡς εὖ μὲν αὐτῷ εἶχον τὰ σώματα οἱ στρατιῶται, πρὸς τὸ δύνασθαι στρατιωτικοὺς πόνους φέρειν, εὖ δὲ τὰς ψυχὰς πρὸς τὸ καταφρονεῖν τῶν πολεμίων, ἐπιστήμονες δὲ ἦσαν τὰ προσήκοντα τῇ ἑαυτῶν ἕκαστος ὁπλίσει, καὶ πρὸς τὸ πείθεσθαι δὲ τοῖς ἄρχουσιν ἑώρα πάντας εὖ παρεσκευασμένους. ἐκ τούτων οὖν ἐπεθύμει τι ἤδη τῶν πρὸς τοὺς πολεμίους πράττειν, γιγνώσκων, ὅτι ἐν τῷ μέλλειν πολλάκις τοῖς ἄρχουσι, καὶ τῆς καλῆς παρασκευῆς ἀλλοιοῦται. ἔτι δ' ὁρῶν, ὅτι φιλοτίμως ἔχοντες ἐν οἷς ἀντηγωνίζοντο, πολλοὶ καὶ ἐπιφθόνως εἶχον πρὸς ἀλλήλους τῶν στρατιωτῶν, καὶ τοῦδε ἕνεκα ἐξάγειν αὐτοὺς ἐβούλετο εἰς τὴν πολεμίαν ὡς τάχιστα. ὅτι οἱ κοινοὶ κίνδυνοι, φιλοφρόνως ποιοῦσιν ἔχειν τοὺς συμμάχους πρὸς ἀλλήλους. καὶ οὐκέτι ἐν τούτῳ, οὔτε τοῖς ἐν ὅπλοις κοσμουμένοις φθονοῦσιν, οὔτε τοῖς τῆς δόξης ἐφιεμένοις. ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐπαινοῦσι, καὶ ἀσπάζονται οἱ τοιοῦτοι τοὺς ὁμοίους, νομίζοντες συνεργοὺς αὐτοὺς τοῦ κοινοῦ ἀγαθοῦ εἶναι. οὕτω δὴ πρῶτον μὲν ἐξώπλισε τὴν στρατιάν, καὶ κατέταξεν ὡς ἐδύνατο κάλλιστά τε καὶ ἄριστα. ἔπειτα δὲ συνεκάλεσε μυριάρχους, καὶ χιλιάρχους, καὶ ταξιάρχους, καὶ λοχαγούς. οὗτοι γὰρ ἀπολελυμένοι τοῦ καταλέγεσθαι ἦσαν ἐν τοῖς τακτικοῖς ἀριθμοῖς. καὶ ὁπότε δέοι ἢ ὑπακούειν τῷ στρατηγῷ, ἢ παραγγέλλειν τι, οὐδ' ὣς οὐδὲν ἄναρχον κατελείπετο. ἀλλὰ δωδεκαδάρχοις καὶ ἑξαδάρχοις πάντα

τὰ

CYRI ORATIO.

Viri amicißimi, uidetur nobis quædam nunc adesse letitia, & quòd opulentia quædam est addita, & quòd ea habemus, quibus honorare poterimus quos uelimus, & honorari quoq; pro dignitate cuiusq;. Omnino autem reminiscamur, quæ qualiaq; opera horum fuere bonorum causa. Nam si nobiscum uelitis animo uolutare, inuenietis & uigilasse ubi oportebat, & laborasse acceleraßeq;, & hostibus non cessisse, fuisse in causa. Sic igitur est opus, præstetis uosmetipsos in posterum uiros fortis: illud sanè intelligentes, magnas uoluptates, maximaq; bona præberi obedientia, constantia, tempestiuisq; & laboribus & periculis. Et cum Cyrus intelligeret milites robustis esse corporibus ad militiæ labores tolerandos, esseq; animis infractis ad hostis cōtemnendos, scire etiā singulos quæ suæ forēt armaturæ accōmodata, cumq; omnis intueretur paratißimos ad parendū superioribus: hinc igitur cupiebat iam res aliquas præclaras in hostis gerere, præsertim cum nosset in cunctando sæpe solere principibus ex pulchro etiā apparatu aliquid uariari. Vidēs præterea quibusdā in rebus milites cōcertarēt, illos habere ambitiose, pluris quoq; inuicē sibi inuidere, ob hac etiā eos in hostium agrū uolebat quamprimū educere, quippe qui nosset communibus periculis fieri, ut socij benignè inter sese habeant, & non amplius hac in re neq; armis uiris ornatis inuident, neq; gloriæ cupidis: quin potius huiusmodi milites & laudāt illos, & amplectuntur, qui sui sint similes, quòd eos existiment boni publici adiutores. Sic igitur primum armauit exercitū, instruxitq; quàm potuit et pulcherrimè et optimè. Dein conuocauit prætores, qui militibus decē millibus præsunt, & militū tribunos, & ordinū centuriones, & primipilos. hi enim absoluti erant ab exercitus ordinarij numero. Cūq; aut imperatori audire, aut quicquam præcipere oporteret, nihil sine superiore relinquebatur, sed per duodenarios & sexuriones relicta omnia

componebantur. Sed ubi tempestiui qui uocantur, conuenerũt, ijs Cyrus preteriẽs ostẽdebat quæ bene haberẽt, docebatq; qui, queq; res ad mutuũ auxiliũ esset ualida. Et illos posteaquã amore incendit iam ad aliquid faciundũ, ait eis abeundũ nũc esse ad suos ordines, & ut quisq; suos edoceret quæ à se illi didicissent, omnisq; accendere studerent cupiditate bellandi, quò ingenti omnes animo ad iter mouerẽtur, utq; adessent mane ad Cyaxaris ianuas. Tum igitur abeuntes egerunt ita. Sed postero die ubi illuxit, adfuerunt tẽpestiui ipsi ad ianuas. Vnà cum his Cyrus ingressus ad Cyaxarẽ, cœpit ita loqui. Nõ equidem nescius sum Cyaxares, quæ à me dicenda sunt, ea tibi iamdiu nihilominus uisa esse quàm nobis. Sed pudet te fortassis ea dicere, ne uidearis idcirco de educendo exercitu facere mentionem, quoniam molestè feras nos alere. Quare posteaquã ipse taces, loquar ego & tua et nostra causa. Nobis enim uidetur omnibus, ne posteaquam parati sumus, tum pugnemus, cum hostes in agrum tuum impetum fecerint: neq; in amico sedentes solo, hostis expectemus, sed in illorum potius regionem ipsi irruamus. Nunc enim cum in tuo sumus agro, magnum rebus tuis uel inuiti detrimentum inferimus. Quòd si in hostilem camus terram, male res eorum quamlibentissime afficiemus. Preterea abs te ipsi nũc alimur, magna tua cum impensa. Si aduersus hostis eduxerimus exercitum, ex illorum agro alimenta capiemus. Insuper si maius nobis illic quam hic periculum impenderet, fortassis id esset expetẽdum quod securius foret. Sed nunc pares illi futuri sunt, siue hic expectemus, seu in illorum agrum ijs obuij eamus: & nos item pares sumus pugnaturi, siue eamus nos pugnatum aduersus illos, seu hic illos adoriẽtis excipiamus. Sed multò profectò præstantioribus robustioribusq; utemur militum animis, si eamus aduersus inimicos, neq; inuiti hostis aspicere uideamur. Longè etiam illi magis nos metuent, ubi audierint nos nequaquam suo terrore tanquam exanimatos domi sedere: sed posteaquam eos sentimus aduenientis, & ipsis occurrere quamcelerrimè manum conserturos, & minimè expectare donec noster ager detrimentũ patiatur, sed anteuertentis potius uastare iam illorum solum. Ac si quidem maiorem illis metũ iniecerimus, & nosipsos alacriores fecerimus ad audendum, hoc ego nobis maximo lucro cessurum puto. Et hoc itẽ modo periculi nobis minus, hostibus uerò plus fore censeo. Nam ut & meus pater dicere semper solet, & tu dixisti, & alij omnes consentiunt, PRAELIA animis longè magis, quàm uiribus corporum iudicantur. Cyrus ita locutus est. Ad quem Cyaxares ita respondit: Verùm quòd uos alere mihi molestum sit, nolo Cyre uosq; alij Persæ suspicemini. Enimuero ire iam in hostilem terram, uidetur etiam mihi ad omnia esse melius. Ergo, inquit Cyrus, posteaquam eadem nobis mens est, iam instruamur licet. & si per deorum sacrificia quamprimum nobis consentitur, exeamus celerrimè. Exhinc militibus instrui iussis, Cyrus sacrificabat primũ Ioui regi, dein alijs dijs, petebatq; ut propitij ac mites exercitum ducerent, utq; boni forent & fautores & socij.

Prælia animis magis quam uiribus cẽseri.

τὰ καταλειπόμενα διεκοσμεῖτο. ἐπεὶ δὲ συνῆλθον οἱ ἐπικαίριοι, παράγων αὐτοὺς, ἐπεδείκνυέ τε αὐτοῖς τὰ καλῶς ἔχοντα, καὶ ἐδίδασκεν, ᾗ ἕκαστον ἰσχυρὸν ἦν τοῦ συμμαχικοῦ. ἐπεὶ δὲ κἀκείνους ἐποίησεν ἐρωτικῶς ἔχειν τοῦ ἤδη ποιεῖν τι, εἶπεν αὐτοῖς, νῦν μὲν ἀπιέναι ἐπὶ τὰς τάξεις, καὶ διδάσκειν ἕκαστον τοὺς ἑαυτοῦ, ἅπερ αὐτοὺς ἐκεῖνος, καὶ πειρᾶσθαι αὐτοὺς ἐπιθυμίαν ἐμβαλεῖν πᾶσι τοῦ στρατεύεσθαι, ὅπως εὐθυμότατα πάντες ἐξορμῷντο. πρῲ δὲ παρεῖναι ἐπὶ τὰς κυαξάρου θύρας. τότε μὲν δὴ ἀπιόντες οὕτως ἐποίουν. τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ παρῆσαν οἱ ἐπικαίριοι ἐπὶ τὰς θύρας. σὺν τούτοις οὖν ὁ κῦρος εἰσελθὼν πρὸς τὸν κυαξάρην, ἤρξατο λόγου τοιοῦδε. οἶδα μὲν, ἔφη, ὦ κυαξάρη, ὅτι ἃ μέλλω λέγειν, σοὶ πάλαι δοκεῖ οὐδὲν ἧττον ἡμῖν. ἀλλ᾽ ἴσως αἰσχύνῃ λέγειν ταῦτα, μὴ δοκῇς ἀχθόμενος, ὅτι τρέφεις ἡμᾶς, ἐξόδου μεμνῆσθαι. ἐπεὶ οὖν σὺ σιωπᾷς, ἐγὼ λέξω ὑπὲρ σοῦ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν. ἡμῖν γὰρ δοκεῖ πᾶσιν, ἐπείπερ παρεσκευάσμεθα, μὴ ἐπειδὰν ἐμβάλλωσιν οἱ πολέμιοι εἰς τὴν σὴν χώραν, τότε μάχεσθαι, μηδ᾽ ἐν τῇ φιλίᾳ καθημένους ἡμᾶς ὑπομένειν, ἀλλ᾽ ἰέναι ὡς τάχιστα εἰς τὴν πολεμίαν. νῦν μὲν γὰρ ἐν τῇ σῇ χώρᾳ ὄντες, πολλὰ τῶν σῶν σινόμεθα ἄκοντες. ἢν δ᾽ εἰς τὴν πολεμίαν ἴωμεν, τὰ ἐκείνων κακῶς ποιήσομεν ἡδόμενοι. ἔπειτα νῦν μὲν σὺ ἡμᾶς τρέφεις πολλὰ δαπανῶν. ἢν δ᾽ ἐκστρατευώμεθα, θρεψόμεθα ἐκ τῆς πολεμίας. εἰ δὲ ἦν μὲν μείζων τις ἡμῖν κίνδυνος ἔμελλεν ἔσεσθαι ἐκεῖ ἢ ἐνθάδε, ἴσως τὸ ἀσφαλέστερον ἦν ἂν αἱρετέον. νῦν δὲ ἴσοι μὲν ἐκεῖνοι ἔσονται, ἐάν τε ἐνθάδε ὑπομένωμεν αὐτοῖς μαχούμεθα, ἐάν τε εἰς τὴν ἐκείνων ἰόντες, ὑπαντῶμεν αὐτοῖς. ἴσοι δὲ ἡμεῖς ὄντες μαχούμεθα, ἦν τε ἐνθάδε ἐρχομένους αὐτοὺς δεχώμεθα, ἦν τε ἐπ᾽ ἐκείνους ἰόντες, τὴν μάχην συνάπτωμεν. πολὺ μέντοι ἡμεῖς βελτίοσι καὶ ἐρρωμενεστέραις ταῖς ψυχαῖς τῶν στρατιωτῶν χρησόμεθα, ἢν ἴωμεν ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς. καὶ μὴ ἄκοντες δοκῶμεν ὁρᾶν τοὺς πολεμίους. πολὺ δὲ κἀκεῖνοι μᾶλλον ἡμᾶς φοβηθήσονται, ὅταν ἀκούσωσιν ὅτι οὐχ ὡς φοβούμενοι πτήσσομεν αὐτοὺς οἴκοι καθήμενοι· ἀλλ᾽ ἐπεὶ αἰσθανόμεθα, προσιόντας ἀπαντῶμέν τε αὐτοῖς, ἵν᾽ ὡς τάχιστα συμμίξωμεν, καὶ οὐκ ἀναμένομεν, ἕως ἂν ἡ ἡμετέρα χώρα κακῶται. ἀλλὰ φθάνοντες ἤδη, δῃοῦμεν τὴν ἐκείνων γῆν. καί τοι, ἔφη, εἴ τι ἐκείνους μὲν φοβερωτέρους ποιήσομεν, ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς θαρραλεωτέρους, πολὺ τοῦτο ἡμῖν ἐγὼ πλεονέκτημα νομίζω. καὶ τὸν κίνδυνον οὕτως ἡμῖν μὲν ἐλάττω λογίζομαι, τοῖς δὲ πολεμίοις μείζω, πολὺ ἂν μᾶλλον. καὶ ὁ πατὴρ ἀεὶ λέγει, καὶ σὺ φῂς, καὶ οἱ ἄλλοι δὲ πάντες ὁμολογοῦσιν, ὡς αἱ μάχαι κρίνονται μᾶλλον ταῖς ψυχαῖς, ἢ ταῖς τῶν σωμάτων ῥώμαις. ὁ μὲν οὕτως εἶπε. κυαξάρης δὲ ἀπεκρίνατο· ἀλλ᾽ ὅπως μὲν, ὦ κῦρε, καὶ οἱ ἄλλοι πέρσαι, ἐγὼ ἄχθομαι τρέφων ὑμᾶς, μηδὲ ὑπονοεῖτε. τό γε μέντοι ἰέναι εἰς τὴν πολεμίαν, ἤδη καὶ ἐμοὶ βέλτιον εἶναι δοκεῖ πρὸς πάντα. ἐπεὶ τοίνυν, ἔφη ὁ κῦρος, ὁμογνωμονοῦμεν, συσκευαζώμεθα. καὶ ἢν τὰ τῶν θεῶν ἡμῖν θᾶττον συγκαταινῇ, ἐξίωμεν ὡς τάχιστα. ἐκ τούτου τοῖς μὲν στρατιώταις εἰπὼν συσκευάζεσθαι, ὁ κῦρος ἔθυε πρῶτον μὲν διῒ βασιλεῖ, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς. καὶ ᾐτεῖτο, ἵλεως καὶ εὐμενεῖς ὄντας, ἡγεμόνας γενέσθαι τῇ στρατιᾷ, καὶ παραστάτας ἀγαθοὺς, καὶ συμμάχους

χους, καὶ συμβούλους τῶν ἀγαθῶν. συμπαρεκάλει δὲ καὶ ἥρωας γῆς Μηδίας οἰκήτορας καὶ κηδεμόνας. ἐπεὶ δ' ἐκαλλιέρησέ τε καὶ ἀθρόον ἦν αὐτῷ τὸ στράτευμα πρὸς τοῖς ὁρίοις, τότε δὴ οἰωνοῖς χρησάμενος αἰσίοις, ἐνέβαλεν εἰς τὴν πολεμίαν. ἐπεὶ δὲ τάχιστα διέβη τὰ ὅρια, ἐκεῖ αὖ καὶ τὴν γῆν ἱλάσκετο χοαῖς καὶ θεοὺς θυσίαις, καὶ ἥρωας Ἀσσυρίας οἰκήτορας εὐμενίζετο. ταῦτα δὲ ποιήσας, αὖθις αὖ Διὶ πατρῴῳ ἔθυε, καὶ εἴ τις ἄλλος θεῶν ἐφαίνετο, οὐδενὸς ἠμέλει. ἐπεὶ δὲ ταῦτα καλῶς εἶχεν, εὐθὺς τοὺς μὲν πεζοὺς προαγαγόντες, οὐ πολλὴν ὁδὸν ἐστρατοπεδεύσαντο. τοῖς δ' ἵπποις καταδρομὴν ποιησάμενοι, περιεβάλοντο πολλὴν καὶ παντοίαν λείαν. καὶ τὸ λοιπὸν δὲ μεταστρατοπεδευόμενοι καὶ δῃοῦντες τὴν χώραν, ἀνέμενον τοὺς πολεμίους. ἡνίκα δὲ προσιόντες ἐλέγοντο οὐκέτι δέχ' ἡμερῶν ἀπέχειν ὁδόν, τότε δὴ ὁ Κῦρος λέγει· ὦ Κυαξάρη, ὥρα δὴ ἀπαντᾶν, καὶ μήτε τοῖς πολεμίοις δοκεῖν, μήτε τοῖς ἡμετέροις φόβον μένειν, μὴ ἀντιπροσιέναι, ἀλλὰ δῆλοι ὦμεν, ὅτι οὐκ ἄκοντες μαχούμεθα. ἐπεὶ ταῦτα συνεδόκει τῷ Κυαξάρῃ, οὕτω δὴ ἀεὶ συντεταγμένοι προῄεσαν, τοσοῦτον καθ' ἡμέραν, ὅσον ἐδόκει αὐτοῖς καλῶς ἔχειν. καὶ δεῖπνον μὲν ἀεὶ κατὰ φῶς ἐποιοῦντο. πυρὰ δὲ νύκτωρ οὐκ ἔκαιον ἐν τῷ στρατοπέδῳ. ἔμπροσθεν μέντοι τοῦ στρατοπέδου ἔκαιον, ὅπως ὁρῷεν μὲν εἴ τινες νυκτὸς προσίοιεν διὰ τὸ πῦρ, μὴ ὁρῷντο δὲ ὑπὸ τῶν προσιόντων. πολλάκις δὲ καὶ ὄπισθεν τοῦ στρατοπέδου ἐπυρπόλουν ἀπάτης ἕνεκα τῶν πολεμίων. ὥστ' ἔστιν ὅτε καὶ κατάσκοποι ἐνέπιπτον εἰς τὰς προφυλακὰς αὐτῶν, διὰ τὸ ὄπισθεν τὰ πυρὰ εἶναι, ἔτι πόρρω τοῦ στρατοπέδου οἰόμενοι εἶναι. οἱ μὲν οὖν Ἀσσύριοι καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς, ἐπειδὴ ἐγγὺς ἀλλήλων τὸ στράτευμα ἐγίγνετο, τάφρον περιεβάλλοντο. ὅπερ καὶ νῦν ἔτι ποιοῦσιν οἱ βάρβαροι βασιλεῖς, ὅπου ἂν στρατοπεδεύωνται, τάφρον περιβάλλονται εὐπετῶς διὰ τὴν πολυχειρίαν. ἴσασι γὰρ ὅτι ἱππικὸν στράτευμα ἐν νυκτὶ ταραχῶδές ἐστι, καὶ δύσχρηστον, ἄλλως τε καὶ βάρβαρον. πεποδισμένους γὰρ ἔχουσι τοὺς ἵππους ἐπὶ ταῖς φάτναις. καὶ εἴ τις ἐπ' αὐτοὺς ἴοι, ἔργον μὲν νυκτὸς λῦσαι ἵππους, ἔργον δὲ χαλινῶσαι, ἔργον δ' ἐπισάξαι, ἔργον δὲ καὶ θωρακίσασθαι, ἀναβάντας δ' ἐφ' ἵππων ἐλάσαι διὰ τοῦ στρατοπέδου, παντάπασιν ἀδύνατον. τούτων δὴ ἕνεκα πάντων, καὶ οἱ ἄλλοι καὶ ἐκεῖνοι τὰ ἐρύματα περιβάλλονται. καὶ ἅμα αὐτοῖς δοκεῖ τὸ ἐν ἐχυρῷ εἶναι, καὶ ἐξουσίαν παρέχειν ὅταν βούλωνται μάχεσθαι. τοιαῦτα μὲν δὴ ποιοῦντες ἐγγὺς ἀλλήλων ἐγίγνοντο. ἐπεὶ δὲ προσιόντες ἀπεῖχον ὅσον παρασάγγην, οἱ μὲν Ἀσσύριοι οὕτως ἐστρατοπεδεύοντο ὥσπερ εἴρηται, ἐν περιτεταφρευμένῳ μέν, καταφανεῖ δέ. ὁ δὲ Κῦρος ὡς ἐδύνατο ἐν ἀφανεστάτῳ, κώμας τε καὶ γηλόφους ἐπίπροσθεν ποιησάμενος, νομίζων πάντα τὰ πολεμικά, ἐξαίφνης ὁρώμενα φοβερώτερα τοῖς ἐναντίοις εἶναι. καὶ ἐκείνην μὲν τὴν νύκτα ὥσπερ ἔπρεπε προφυλακὰς ποιησάμενοι, ἑκάτεροι ἐκοιμήθησαν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὁ μὲν Ἀσσύριος καὶ ὁ Κροῖσος, καὶ οἱ ἄλλοι ἡγεμόνες, ἀνέπαυον τὰ στρατεύματα ἐν τῷ ἐχυρῷ. Κῦρος δὲ καὶ Κυαξάρης συνταξάμενοι, περιέμενον, ὡς εἰ προσίοιεν οἱ πολέμιοι μαχούμενοι. ὡς δὲ δῆλον ἐγένετο, ὅτι οὐκ ἐξίοιεν οἱ πολέμιοι ἐκ τοῦ ἐρύματος, οὐδὲ μάχην ποιήσοιντο ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὁ μὲν Κυαξά-

cij, consultoresq; bonorum. Simul etiam rogabat & heroas soli Mediæ habitatores & curatores. Vbi uerò & litauisset, & frequens ei esset agmen iuxta fines, tum demum secundis usus augurijs, solum inuadebat hostile: superatisq; illicò finibus, illic iterum propitiam libationibus reddebat Tellurem, & sacrificijs deos ac heroas qui Assyriam incolunt, placabat. Quæ cum fecisset, rursus Ioui patrio sacrificabat & si quis alius deus ostenderetur, nullum negligebat. His actis, continuò haud multum itineris, peditatu ducto, locabant castra: equitatu autem discurrentes, magnam multiplicemq; prædam complectebantur. Cæterũ castra metati habentesq; res necessarias assatim, & uastantes agrum, hostis expectabant. Qui cum aduentare dicerentur, nec iam distare iter dierum decem, tum ait Cyrus: Iam tempus est Cyaxares obuiam eundi, ne & hostibus uideamur & nostris metu eis non occurrere: quin potius pateat non inuitos nos pugnaturos. Hæc ubi Cyaxari quoque uisa sunt, ita instructi procedebant, semper tantum quotidie, quantum satis esse ipsis uideretur: faciebantq; cœnam semper cum luce. Neque ignis in castris noctu accendebant, sed ante castra: quò si qui noctu procederent, propter ignem aspicerent, neque ab aduenientibus uiderentur. Sæpe etiam post castra ignis faciebant ad fallendos hostis. Quare interdum speculatores quoq; incidebāt in eorum procubitores, quoniam ignes essent post castra; cum illi tamen arbitrarentur esse à castris sese admodum procul. Itaq; Assyrij, et qui cum ijs erant, ubi iam proxima inuicem agmina fierent, fossa circundabantur: id quod hoc etiam tempore faciunt reges barbari, qui in locatione castrorum quamprimum ob hominum multitudinem circundantur fossa. Norunt enim equestre agmen noctu facile turbari, esseq; usu difficile, præsertim barbarum. Habent enim in præsepio equos ligatis pedibus, ad quos si quis eat, eos & soluere noctu & frenare laboriosum sit. Operosum est etiam eosdem ephippijs sternere atq; loricis induere: & cum equum ascenderis, eum agere per castra nullo pacto poteris. Itaq; ob hæc omnia cùm alij barbari, tum illi, fossa munitiones circundant: simulq; existimant cum in loco sunt munito, potestatem præstare pugnādi cum uelint. Cum hæc igitur facerent, inuicē proximi fiebant. Sed ubi appropinquantes distarent circiter parasangam, Assyrij ita locabant castra, ut dictum est, in loco fossa circundato, sed aperto. At Cyrus quàm poterat in loco occultißimo, oppositis ante castra pagis et terreis tumulis, ratus res omnis bellicas quæ repentè aspiciantur, esse aduersis formidabiliores. Atque illa quidem nocte, ut par erat, ab utrisque procubitoribus constitutis, quieti se dederũt. Postridie uero illius diei Assyrius, Crœsusq;, atq; alij duces intra munitionem agmina in tuto continuere. Cyrus autem et Cyaxares instructa acie expectabant pugnaturi, ubi hostes inuaderent. Sed ut est exploratum, neq; exituros eo die hostis ex munitione, neque pugnam facturos,

Cyaxares uocato Cyro atque omnibus tempestiuis, huiusmodi uerba locutus est: Videtur mihi, amici uiri, uti ita instructi ut sumus, eamus ad aduersariorũ munitionẽ, eisq; declaremus uelle nos pugnam. Ita enim ubi illi contrà in pugnam non exeant, tum nostri omnibus in rebus audentiores futuri sunt, tum hostes timidiores nostram intuiti audentiam. Cyaxares ita sentiebat. At Cyrus: Nullo modo, inquit, per deos immortalis, ô Cyaxares. Nam si ita profecti apparuerimus ut tu iubes, tunc profectò hostes nos aduenientis spectabunt sine ulla formidine, cum nõ sint nescij se esse in tuto, ne quid patiantur: cumq; abeuntes nihil omnino fecerimus, rursus aspicientes copias nostras eis numero admodum cedere, nos contemnent, tum cras exibũt animis longè firmioribus. Nunc autem cum adesse nos norunt, neque nos uident, tibi perspicuum debet esse, nullos nos illis esse contemptui, sed cogitant potius, quid nam hoc sit: deque de nobis differere, certò scio eos nunquam cessare. Cum uerò exierint, tum ijs simul appareamus oportet, continuoq; obuij eamus, eos offendentes ubi olim uolebamus. Quæ Cyri oratio postea quam & Cyaxari & alijs est probata, per id quidem temporis ubi cœnati sunt, constituissentq; excubias, & ignis multos ante illas accendissent, dederunt se quieti. Postero autem die mane Cyrus coronatus sacrificabat, præcipiebatq; alijs optimatibus, ut coronati sacrificijs adessent. Sacrificio finito; Cyrus his conuocatis tali oratione usus est.

CYRI ORATIO.

Viri amici, dij immortales quemadmodum & augures dicunt, & mihi etiam uidetur, tum pugnam fore pronunciant, tum dant uictoriam, & salutem in sacrificijs pollicentur. Quales autem uos esse oportet, pudeat me sanè admonere. Noui enim æquè uobis hæc esse cognita ac mihi, & hæc uos exercuisse quæ & audisse, audireq; assiduè, quæ etiam ego. Itaque non absurdè alios doceatis. Sed hæc nunc si minus considerastis, audite. Quos enim nouissimè & habemus socios, & enitimur facere nobis similis, hi nobis admonendi sunt, & quorum gratia à Cyaxare alebamur, & quæ ipsi exercebamus, & ad quas res eos inuitauimus, quapropter dixere se nobis auditores fore. Et huius rei admonitos eos reddite, quòd hic dies demonstraturus est, quæ quisque mereatur. Nam quas res homines serò discunt, non est mirandum si qui ipsorum admonitoris quoq; indigent. Verùm satis fuerit, ubi etiam ex admonitione se fortiter gerant. Quæ quidem agentes de uobis quoque unà periculum facietis. Nam qui potest in huiusmodi re facere alios melioris, sibi iam meritò conscius sit absolutæ suæ probitatis. Qui autem horum admonitionem habet duntaxat, estque hac contentus, se iure semiperfectum existimet. Quamobrem haud ego ijs dico, sed iubeo, uos dicatis quo etiam uobis obsequi studeant. Vos enim ijs estis proximi suæ quisq; parti. Neq; uos lateat, donec istis uestram fiduciam ostenderitis, & bis

κυαξάρης καλέσας τὸν κῦρον, καὶ πάντας τοὺς ὁμοτίμους, ἔλεξε τοιάδε· δοκεῖ μοι, ἔφη, ὦ ἄνδρες, ὥσπερ τυγχάνομεν συντεταγμένοι, οὕτως ἰέναι πρὸς τὸ τῶν ἀνδρῶν ἔρυμα, καὶ δηλοῦν, ὅτι θέλομεν μάχεσθαι. οὕτω γάρ, ἔφη, ἐπειδὰν μὴ ἀντεπεξίωσιν ἐκεῖνοι, οἱ μὲν ἡμέτεροι μᾶλλον θαρρήσουσιν ἐν πᾶσι. οἱ πολέμιοι δὲ τὴν τόλμαν ἰδόντες ἡμῶν, μᾶλλον φοβηθήσονται. τοῦτο μὲν δὴ οὕτως ἐδόκει. ὁ δὲ κῦρος ἔφη· μηδαμῶς πρὸς τῶν θεῶν, ὦ κυαξάρη, οὕτω ποιήσωμεν. εἰ γὰρ ἤδη ἐκφανέντες πορευσόμεθα ἣ σὺ κελεύεις, νῦν τε προσιόντας ἡμᾶς οἱ πολέμιοι θεάσονται, οὐδὲν φοβούμενοι, εἰδότες ὅτι ἐν ἀσφαλεῖ εἰσι τοῦ μηδὲν παθεῖν. ἐπειδάν τε μηδὲν ποιήσαντες ἀπίωμεν, πάλιν καθορῶντες ἡμῶν τὸ πλῆθος, πολὺ ἐνδεέστερον τοῦ ἑαυτῶν καταφρονήσουσι. καὶ αὔριον ἐξίασι, πολὺ ἐρρωμενεστέραις ταῖς γνώμαις. νῦν δ᾽, ἔφη, εἰδότες μὲν ὅτι πάρεσμεν, οὐχ ὁρῶντες δὲ ἡμᾶς, εὖ τοῦτο ἐπίστω, οὐ καταφρονοῦσιν, ἀλλὰ φροντίζουσι, τί ποτε τοῦτ᾽ ἐστί. καὶ διαλεγόμενοι περὶ ἡμῶν, ἐγὼ οἶδ᾽, ὅτι οὐδὲν παύονται. ὅταν δ᾽ ἐξίωσι, τότε δεῖ ἡμᾶς αὐτοῖς ἅμα φανερούς τε γενέσθαι, καὶ ἰέναι εὐθὺς ὁμόσε, εἰληφότας αὐτούς, ἔνθα πάλαι ἐβουλόμεθα. λέξαντος δ᾽ οὕτω κύρου, συνέδοξε καὶ ταῦτα κυαξάρῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις. καὶ τότε μὲν δειπνοποιησάμενοι, καὶ φυλακὰς καταστησάμενοι, καὶ πυρὰ πρὸ τῶν φυλακῶν καύσαντες, ἐκοιμήθησαν. τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ πρωῒ, κῦρος μὲν ἐστεφανωμένος ἔθυε, παρήγγελε δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοτίμοις ἐστεφανωμένοις πρὸς τὰ ἱερὰ παρεῖναι. ἐπεὶ δὲ τέλος εἶχεν ἡ θυσία, συγκαλέσας αὐτούς, ἔλεξεν.

ΔΗΜΗΓΟΡΙΑ ΚΥΡΟΥ.

Ἄνδρες, οἱ μὲν θεοὶ ὡς οἵ τε μάντεις φασί, καὶ ἐμοὶ συνδοκεῖ, μάχην τ᾽ ἔσεσθαι προαγγέλλουσι, καὶ νίκην διδόασι, καὶ σωτηρίαν ὑπισχνοῦνται ἐν τοῖς ἱεροῖς. ἐγὼ δὲ ὑμῖν παραινῶν ὁποίους τινὰς χρὴ εἶναι ἐν τῷ τοιῷδε, αἰσχυνοίμην ἄν. οἶδα γὰρ ὑμᾶς ταῦτα ἐμοὶ ἐπισταμένους, καὶ ταῦτα μεμελετηκότας τε καὶ ἀκηκοότας καὶ ἀκούοντας διὰ τέλους, ἅπερ ἐγώ. ὥστε κἂν ἄλλους εἰκότως ἂν διδάσκοιτε. τάδε δὲ εἰ μὴ τυγχάνετε κατανενοηκότες, ἀκούσατε. οὓς γὰρ νεωστὶ συμμάχους τε ἔχομεν, καὶ πειρώμεθα ἡμῖν αὐτοῖς ὁμοίους ποιεῖν, τούτους δεῖ ἡμᾶς ὑπομιμνήσκειν, ἐφ᾽ οἷς τε ἐτρεφόμεθα ὑπὸ κυαξάρους, ἅ τε ἠσκοῦμεν, ἐφ᾽ ἅ τε αὐτοὺς παρακεκλήκαμεν, ὧν τε ἄσμενοι ἀνταγωνισταὶ ἡμῖν ἔφασαν ἔσεσθαι. καὶ τοῦτο δὲ αὐτοὺς ὑπομιμνήσκετε, ὅτι ἥδε ἡ ἡμέρα δείξει, ὧν ἄξιος ἕκαστος. ὧν γὰρ ἂν ὀψιμαθεῖς γένωνται ἄνθρωποι, οὐδὲν θαυμαστόν, εἴ τινες αὐτῶν, καὶ τοῦ ὑπομιμνήσκοντος δέοιντο. ἀλλ᾽ ἀγαπητόν, εἰ καὶ ἐξ ὑποβολῆς δύναιντο ἄνδρες ἀγαθοὶ εἶναι. καὶ ταῦτα μέντοι πράττοντες, ἅμα καὶ ὑμῶν αὐτῶν πεῖραν λήψεσθε. ὁ μὲν γὰρ δυνάμενος ἐν τῷ τοιῷδε καὶ ἄλλους βελτίους ποιεῖν, εἰκότως ἂν ἤδη καὶ ἑαυτῷ συνειδείη, τελέως ἀγαθὸς ἀνὴρ ὤν. ὁ δὲ τὴν τούτων ὑπόμνησιν αὐτὸς μόνος ἔχων, καὶ τοῦτο ἀγαπῶν, εἰκότως ἂν ἡμιτελῆ αὐτὸν νομίζοι. τούτου δ᾽ ἕνεκα, οὐκ ἐγώ, ἔφη, αὐτοῖς λέγω, ἀλλ᾽ ὑμᾶς κελεύω λέγειν, ἵνα καὶ ἀρέσκειν ὑμῖν πειρῶνται. ὑμεῖς γὰρ καὶ πλησιάζετε αὐτοῖς, ἕκαστος τῷ ἑαυτοῦ μέρει. εὖ δ᾽ ἐπίστασθε, ἔφη, ὡς ἂν θαρροῦντας τούτοις ὑμᾶς αὐτοὺς ἐπιδεικνύητε, καὶ τούτους

τούτους καὶ ἄλλους πολλοὺς, οὐ λόγῳ, ἀλλ' ἔργῳ θαῤῥεῖν δεδάξατε. τέλος εἶπεν ἀπιόντες ἀριστᾶτε, ἐστεφανωμένοι καὶ σπονδὰς ποιησάμενοι, ἥκετε εἰς τὰς τάξεις αὐτοῖς στεφάνοις. ἐπεὶ δὲ οὗτοι ἀπῆλθον, αὖθις τοὺς οὐραγοὺς προσεκάλεσε, καὶ τούτοις αὖ τοιάδε ἔλεξεν· ἄνδρες Πέρσαι, ὑμεῖς καὶ τῶν ὁμοτίμων γεγόνατε, καὶ ἐπιλελεγμένοι ἐστέ, οἳ δοκεῖτε τὰ μὲν ἄλλα τοῖς κρατίστοις ὅμοιοι εἶναι, τῇ δ' ἡλικίᾳ καὶ φρονιμώτεροι. καὶ τοίνυν χώραν ἔχετε, οὐδὲν ἧττον ἔντιμον τῶν πρωτοστατῶν. ὑμεῖς γὰρ ὄπισθεν ὄντες, τούς τ' ἀγαθοὺς ἂν ἐφορῶντες, καὶ ἐπικελεύοντες αὐτοῖς, ἔτι κρείττους ποιοῖτε. εἴ τέ τις μαλακίζοιτο, καὶ τοῦτον ὁρῶντες, οὐκ ἂν ἐπιτρέποιτε αὐτῷ. συμφέρει δ' ὑμῖν, εἴπερ τῳ καὶ ἄλλῳ, τὸ νικᾶν, καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν, καὶ διὰ τὸ βάρος τῆς στολῆς. ἂν δ' ἄρα ὑμᾶς, καὶ οἱ ἔμπροσθεν ἀνακαλοῦντες ἕπεσθαι παρεγγυῶσιν, ὑπακούετε αὐτοῖς. καὶ ὅπως μηδ' ἐν τούτῳ αὐτῶν ἡττηθήσεσθε, ἀντιπαρακελευόμενοι αὐτοῖς, θᾶττον ἡγεῖσθαι ἐπὶ τοὺς πολεμίους. καὶ ἀπιόντες, ἔφη, ἀριστήσαντες, καὶ ὑμεῖς ἥκετε σὺν τοῖς ἄλλοις ἐστεφανωμένοι εἰς τὰς τάξεις. οἱ μὲν δὴ ἀμφὶ Κῦρον ἐν τούτοις ἦσαν. οἱ δὲ ἀσσύριοι καὶ δὴ ἠριστηκότες, ἐξῇσάν τε θρασέως, καὶ παρετάττοντο ἐῤῥωμένως. παρέταττε δὲ αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς, ἐφ' ἅρματος παρελαύνων, καὶ τοιάδε παρεκελεύετο· ἄνδρες ἀσσύριοι, νῦν δεῖ ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι. νῦν γὰρ περὶ ψυχῶν τῶν ὑμετέρων ὁ ἀγών· καὶ περὶ γῆς, ἐν ᾗ ἔφυτε· καὶ περὶ οἴκων, ἐν οἷς ἐτράφητε· καὶ περὶ γυναικῶν δὲ καὶ τέκνων, καὶ περὶ πάντων ὧν κέκτησθε ἀγαθῶν. νικήσαντες μὲν γὰρ ἁπάντων τούτων ὑμεῖς ὥσπερ πρόσθεν κύριοι ἔσεσθε· εἰ δ' ἡττηθήσεσθε, εὖ ἴστε ὅτι παραδώσετε ταῦτα πάντα τοῖς πολεμίοις. ἅτε οὖν νίκης ἐρῶντες, μένοντες μάχεσθε. μῶρον γὰρ, τὸ κρατεῖν βουλομένους, τὰ τυφλὰ τοῦ σώματος καὶ ἄοπλα καὶ ἄχειρα ταῦτα, ἐναντία τάττειν τοῖς πολεμίοις φεύγοντας. μῶρος δὲ καὶ εἴ τις ζῆν βουλόμενος, φεύγειν ἐπιχειροίη. εἰδὼς οἱ μὲν νικῶντες σῴζονται, οἱ δὲ φεύγοντες ἀποθνήσκουσι μᾶλλον τῶν μενόντων. μῶρος δὲ καὶ εἴ τις χρημάτων ἐπιθυμῶν, ἧτταν προσίεται. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι οἱ μὲν νικῶντες, τά τε ἑαυτῶν σῴζουσι, καὶ τὰ τῶν ἡττωμένων προσλαμβάνουσιν, οἱ δ' ἡττώμενοι ἅμα ἑαυτούς τε καὶ τὰ ἑαυτῶν πάντα ἀποβάλλουσιν; ὁ μὲν δὴ ἀσσύριος ἐν τούτοις ἦν. ὁ δὲ κυαξάρης πέμπων πρὸς τὸν Κῦρον ἔλεγεν, ὅτι ἤδη καιρὸς ἄγειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. εἰ γὰρ νῦν, ἔφη, ἔτι ὀλίγοι εἰσὶν οἱ ἔξω τοῦ ἐρύματος, ἐν ᾧ ἂν προσίωμεν, πολλοὶ ἔσονται. μὴ οὖν ἀναμείνωμεν, ἕως ἂν πλείους ἡμῶν γένωνται. ἀλλ' ἴωμεν ἕως ἔτι οἰόμεθα εὐπετῶς αὐτῶν κρατῆσαι ἄν. ὁ δ' αὖ Κῦρος ἀπεκρίνατο· ὦ κυαξάρη, εἰ μὴ ὑπὲρ ἥμισυ αὐτῶν ἔσονται οἱ ἡττηθέντες, εὖ ἴσθι ὅτι ἡμᾶς μὲν ἐροῦσι φοβουμένους τὸ πλῆθος, τοῖς ὀλίγοις ἐπιχειρῆσαι, αὐτοὶ δὲ οὐ νομίσουσιν ἡττῆσθαι. ἄλλης σοι συμμαχίας δεήσειν, ἣ ἂν ἄμεινον ἴσως βουλεύσαιντο, ἢ νῦν βεβούλευνται, παραδόντες ἑαυτοὺς ἡμῖν ταμιεύεσθαι, ὥσθ' ὁπόσοις ἂν βουλώμεθα αὐτῶν μάχεσθαι. οἱ μὲν δὴ ἄγγελοι ταῦτα ἀκούσαντες ᾤχοντο. ἐν τούτοις δ' ἦλθε χρυσάντας ὁ πέρσης, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν ὁμοτίμων αὐτομόλους ἄγοντες. καὶ ὁ Κῦρος ὡς εἰκὸς, ἠρώτα τοὺς αὐτομόλους τὰ ἐκ τῶν πολεμίων. οἱ δ' ἔλεγον, ὅτι ἐξίοιέν τε ἤδη σὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ

his, & alijs multis audendi non uerbo, sed opere doctores futuri estis. Dixitq; ad postremũ, ut pransum abirent coronati, utq; uenirent in ordines cum coronis. Vt hi abiere, rursus subsidiarios duces ad se uocauit, quibus ita quoq; locutus est: Viri Persæ uos facti estis & homotimi & electi, qui uidemini alijs quidẽ in rebus uiris fortissimis esse similes, ætate uero etiam prudẽtiores: habetisq; locum nihilominus honestum quàm præfecti. Vos enim cum in postremo estis agmine, uiros fortis obseruãtes, ipsosq; adhortantes, redditis etiã fortioris. Quòd si quis mollιorem se præstiterit, hunc quoq; uidentes, nequaquam ei assentiamini. Conducit autẽ uobis uictoria, quantum alteri cuiquam, tum propter ætatem, tum propter grauitatem stolæ. Quare si uos etiã qui anteriores sunt acciuerint, sequiq; hortentur, ipsis audite. Et quò ne hac quidem in re sitis illis inferiores, ipsos adhortamini ut celerrimè antecedant aduersus hostis. Atq; abite, inquit, quò et ipsi prandeatis: deniq; unà cũ alijs coronati in ordines itote. Igitur Cyrus cũ suis in his erat. At Assyrij iam etiã pransi & exierant audaciter, instruebanturq; constanter ac robustè. Parabat autẽ eos rex deuectus in curru, & talem adhibebat adhortationem. Viri Assyrij nũc opus est uiros fortißimos uos præstetis. Per hoc temporis de uita uobis propositum est certamen, de solo ubi orti estis, de ædibus in quibus estis et alti et educati, de uxoribus, de liberis, ac de bonis omnib. uestris. Si quidem uiceritis, estis harum omnium rerum domini futuri, ut antea: sin uicti fueritis, hæc omnia tradetis hostibus. Quare si uictoriã amatis, manete ac pugnate. Stultum est enim qui potiri uolũt uictoria, hos terga, et eas corporis partis quæ et armis uacant & manibus, per fugã aduersarijs opponere. Stultus etiam est si quis uitæ appetens se fugæ commiserit, cum non sit ignarus uictoris parari salutem, at mortem fugientis magis quàm manentis occumbere. Atq; ille quoq; stultus est, qui pecuniarum cupidus uinci æquo animo patiatur. Quis enim ignorat, uictores & suas sibi res saluas facere, & succumbentiũ bona etiam capere: uictos autem, & seipsos unà & sua omnia amittere? Hæc ab Assyrio gerebantur. At Cyaxares ad Cyrũ mittens, aiebat iam tempus esse agendi aduersus hostis aciẽ. Si enim, inquit, nunc pauci adhuc sunt, qui sese extra munitionem egerint, in quo tum tempore aggrediemur, erunt permulti. Ne igitur expectemus donec nos superent numero, sed eamus potius dum adhuc putamus eos quamprimum à nobis superatum iri et quàm facillime. Cui respondit Cyrus: Cyaxares, nisi uicti fuerint supra dimidiũ ipsorum, dicturi sunt nos metu multitudinis aggressos esse paucitatem, ac ne uictos quidem se putabunt. Itaq; rursus pugnandũ erit: qua quidem in pugna melius fortasse sibi consulant, quam nunc consuluerint, tradentes se nobis dispensandos, ut cum quanto uellemus eorum numero pugnaremus. Nuncij his auditis abibant: cum interea temporis uenit Chrysantas Perses, & alij quidam homotimi, qui transfugas agerent. quos Cyrus prudenter interrogabat, quæ ab hostibus gererentur. Illi autem dicebant eos exisse iam cum armis, dispo-

factas, amicos omnis inuitabat, et principes quos habebat secū. Vbi uerò intus fuere, Gobryas extulit phialas aureas, & urceos, & peluis, uariumq; ornatum, & innumeros quosdā daricos, et omnia ualde pulchra: ad postremū etiā filiā educens mirabili quadā pulchritudine atq; magnitudine, quæ luctuose haberet propter fratris obitū, ita inquit: Ego tibi Cyre hasce quidē pecunias dono do, hanc autē filiā concedo, ut de ipsa pro uoluntate deliberes. Te autem suppliciter rogamus, ego quidē etiā ante, ut filij mei, ipsa autē nūc, ut fratris sui sis ultor. Ad quæ Cyrus respondit. Sed ego tibi etiā hæc tum promisi me ultorem pro uiribus fore, ubi tu uerus esses. Nūc uerò cum te talem esse intueor, iam tibi debeo promissum: & tuæ huic filiæ eadē cum deorū ope promitto me facturū: atq; hasce sane pecunias ipse quidem admitto, quas filiæ huic tuæ, atq; illi do qui eam in uxorem capiet. Vnū autē donū habens abs te abibo, pro quo nec ea quæ Babylone sunt, etsi ibi sunt plurima, nec etiam quæ ubiq; sunt, pro hoc uno quo donatus abs te sum, suauius habēs sim habiturus. Et Gobryas miratus quidnā hoc esset, suspicatusq; ne filiam diceret, ita est percunctatus, Et quidnam hoc est, inquit, Cyre? Ad quē ille respōdit: Quoniā ego, Gobrya, multos homines esse reor, qui neq; impietati sese uelint, neq; iniustitiæ obnoxios facere, neque sponte mentiātur: sed quia nemo his uelit præferre neq; pecunias multas, neq; regnū, neq; oppida munita, neq; filios charissimos, moriuntur prius quàm declarent quales essent. Tu autē mihi nunc et munitiones tutissimas, & diuitias multiplices, et uires tuas, & filiam dignissimā largitus, clarū reddidisti mortalibus omnibus, cū me esse, qui neq; in hospites impius esse uelim, neq; iniustus pecuniarū gratia, neq; ultro mendax in seruandis promissis. Horū ego obliuiscar sane nunquam, donec uir iustus sim, talisq; esse uisus lauder ab hominibus: quin enitar te cōtrà bonis omnibus honorare. Neq; tibi uerendum est ne careas digno uiro pro hac filia tua. Nam & multi mihi & boni amici sunt, quorū cui nuptura sit hæc, si quidem tantas sit habiturus pecunias, quantæ abs te dantur, uel ijs etiam alias multò plures nequeam dicere. Cæterum scito quosdam eorum esse, qui ob pecunias tuas ne paulo quidem magis te sint admiraturi. me autem hoc tempore adamant, optantq; ut deorū benignitate possint aliquando demonstrare, se nihilo minus quàm me fideles esse in amicos: hostibus autem ut nunquam sint quandiu uiuūt inferiores, modo deus aliquis nō aduersetur. VIRTVTE uero atq; bona gloria, ne bona quidem omnia Syrorum Assyriorumq; tuis addita bonis præferant. Tales esse uiros qui hic sedent, nolo te lateat. Et Gobryas ridens: Per deos immortales, inquit, Cyre, ostēde mihi ubi hi sunt, quo abs te petā horum mihi aliquē fieri filium. Atq; Cyrus ait: Nihilo tibi opus erit ut me percuncteris, si unà nobiscū etiam sis, ipse tu poteris alij ipsorum quenq; demōstrare. Tantū loquutus uerborū, apprehensa Gobryæ dextera, atq; surgens abijt, suosq; secū eduxit omnis. Cumq; multum à Gobrya rogaretur ut intus cœnaret, haud uoluit, sed cœnabat in castris, & Gobryam ipsum conui-

uam

uam assumpsit: cumq; in uimineis toris discüberet, ita eum interrogabat: Gobrya, dic mihi, utrum tibi putas plura esse strata, an cuiq; nostrûm? Ad quê ille respondit. Vobis sane plura & strata sunt, & lecti, atq; aedes multo maiores quàm meae, qui pro aedibus & terra utimini, et caelo. Lecti etiã uobis sunt, quotquot cubicula sunt in terra: strata uero existimatis nõ quot lanae oriũtur ex pecudibus, sed quaecunq; materiam & montes & campi germinant. Primum igitur, dum unà cum his Gobryas caenaret, uideretq; appositorum esculentorum uilitatem, putabat seipsos multò esse liberaliores quàm Persas: sed ubi animo uolutauit, ciborum moderationem (in nullo etiam neq; esculento, neq; potulento uir Perses, ex his qui bene instituti sunt, neq; oculis commotus appareat, neq; rapina, neq; mente quo minus ea prospiciat, quae si in cibo non esset: sed quemadmodum equestres, quoniam in equis non turbantur, possint simul dum equitant & uidere, & audire, & dicere, quod sit opus: sic item illi inter epulas existimant oportere & prudentes apparere, & moderatos: at moueri esculentis & potulentis, uidetur his esse porcinum admodum & immane) cogitauit etiã ut hi inuicem talia quaedam interrogabant, qualia interrogari suauius esset, quàm non interrogari. et ut cauillabãtur, qualia cauillari suauius erat, quàm non cauillari. Et quae iocabãtur, ut admodum à contumelia aberant, & à re turpi factu, & à mutua molestia. Maximum uerò ei uisum est, quod his qui essent in exercitu, nihilo plura existimarent oportere apponi, quàm illis qui in diem periculum intrarent: sed hoc arbitrarentur lautissimum esse conuiuium, si ita pararent socios, ut futuri essent quam optimi. Vbi autem Gobryas surrexit domum abiturus, fertur dixisse: Non amplius miror Cyre, si pocula, & amictus, & aurum nos possidemus quàm uos maiori copia, at nos sumus minoris faciendi quàm uos. Nos enim operam damus, ut sint nobis quamplurima: at uobis ea diligentia est, ut mihi uidetur, ut futuri sitis quam optimi. Et ille quidem haec loquutus est. At Cyrus: Age, inquit, Gobrya, quò mane adsis tecum equitatum habens armatum, quo etiam tuum exercitum uideamus: simulq; nos age per agrum tuum, quò intueamur quae & nobis amica, & quae hostilia sunt existimanda. Tum igitur haec loquuti, utrique abierunt ad res conuenientes. Sed ubi dies aduenit, affuit Gobryas habens equitatum suum, ac ducebat. Cyrus autem, ut par est uiro principi, non solum mentem adhibebat itineri faciundo, sed procedens simul considerabat, si fieri posset ut redderet hostes imbecilliores, aut etiam seipsos ualidiores. Itaque uocato Hyrcanio atque Gobrya, hos enim existimabat nosse maxime quae ipse discenda sibi arbitrabatur: Ego, inquit, uiri amici, existimo si uobiscum, qui fidelissimi estis, consulto de hoc bello, nequaquam errare. Video enim uobis magis quàm mihi esse considerandum, ut Assyrius uobis non dominetur. Nam mihi si ab his rebus errauero, est fortassis aliud perfugium. At à uobis, si hic uicerit, uideo nostra omnia fieri aliena. Etenim hic mihi hostis est, qui me odio

Persarum in cibo modestia

πνον περίλαβε· καὶ ἔνθα στιβάδος κατακλιθεὶς, ἤρετο αὐτὸν ὧδε· εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ γωβρύα, πότερον οἴει εἶναι σοὶ πλείω ἢ ἡμῶν ἑκάστῳ στρώματα; ὑμῖν νὴ τὸν δί' εὖ οἶδ' ὅτι στρώματα πλείω ἐστὶ καὶ κλῖναι. καὶ οἰκία γε πολλῶν μείζων ἡ ὑμετέρα τῆς ἡμῶν, οἵ γε οἰκίᾳ μὲν χρῆσθε γῇ τε καὶ οὐρανῷ. κλῖναι δ' ὑμῖν εἰσιν ὁπόσαι γένοιντ' ἂν εὐναὶ ἐπὶ γῆς. στρώματα δὲ νομίζετε, οὐχ ὁπόσα πρόβατα φύει ἔρια, ἀλλ' ὁπόσα φρύγανα ὄρη τε καὶ πεδία ἀνίησι. τότε μὲν δὴ πρῶτον ὁ γωβρύας συνδειπνῶν αὐτοῖς ὁρῶν τὴν φαυλότητα τῶν παρατιθεμένων βρωμάτων, πολὺ σφᾶς ἐνόμιζεν εἶναι ἐλευθεριωτέρους αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ κατενόησε τὴν μετριότητα τῶν σίτων, ἐπ' οὐδενὶ γὰρ βρώματι οὐδὲ πώματι πέρσης ἀνὴρ τῶν πεπαιδευμένων, οὔτε ὄμμασιν ἂν ἐκπεπληγμένος καταφανὴς γένοιτο, οὔτε ἁρπαγῇ, οὔτε νῷ, μὴ οὐχὶ προνοεῖν, ἅπερ ἂν καὶ μὴ ἐν σίτῳ ὤν. ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἱππικοὶ διὰ τὸ μὴ ταράττεσθαι ἐπὶ τῶν ἵππων, δύνανται ἅμα ἱππεύοντες καὶ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ λέγειν τὸ δέον, οὕτω καὶ ἐκεῖνοι ἐν τῷ σίτῳ οἴονται δεῖν φρόνιμοι καὶ μέτριοι φαίνεσθαι. τὸ δὲ κεκινῆσθαι ὑπὸ τῶν βρωμάτων καὶ τῶν πομάτων, πάνυ αὐτοῖς ὑωικὸν καὶ θηριῶδες δοκεῖ εἶναι. ἐνενόησε δὲ αὐτῶν καὶ ὡς ἐπηρώτων ἀλλήλους τοιαῦτα, οἷα ἐρωτηθῆναι ἥδιον ἦν ἢ μή, καὶ ὡς ἔσκωπτον, οἷα σκωφθῆναι ἥδιον ἦν ἢ μή, καὶ ὡς ἔπαιζον, ὡς πολὺ μὲν ὕβρεως ἀπῆν, πολὺ δὲ τοῦ αἰσχρόν τι ποιεῖν, πολὺ δὲ τοῦ χαλεπαίνεσθαι πρὸς ἀλλήλους. μέγιστον δ' αὐτῷ ἔδοξεν εἶναι, τὸ ἐν στρατείᾳ ὄντας τῶν εἰς τὸν αὐτὸν κίνδυνον ἐμβαινόντων, μηδενὸς οἴεσθαι δεῖν πλείω παρασκευάζεσθαι. ἀλλὰ τοῦτο νομίζειν ἡδίστην εὐωχίαν εἶναι, τοὺς συμμαχεῖσθαι μέλλοντας, ὅτι βελτίστους παρασκευάζειν. ἡνίκα δὲ ὁ γωβρύας εἰς οἶκον ἀπιὼν ἀνίστατο, εἰπεῖν λέγεται· οὐκέτι θαυμάζω, ὦ κῦρε, εἰ ἐκπώματα μὲν καὶ ἱμάτια καὶ χρυσίον ἡμεῖς ὑμῶν πλείονα κεκτήμεθα, αὐτοὶ δὲ ἐλάττονος ὑμῶν ἄξιοί ἐσμεν. ἡμεῖς γὰρ ἐπιμελούμεθα, ὅπως ἡμῖν ταῦτα ὡς πλεῖστα ἔσται. ὑμεῖς δέ μοι δοκεῖτε ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως αὐτοὶ ὡς κράτιστοι ἔσεσθε. ὁ μὲν ταῦτ' εἶπεν. ὁ δὲ κῦρος, ἔφη, ὦ γωβρύα, ὅπως πρωῒ παρέσῃ, ἔχων τοὺς ἱππέας ἐξωπλισμένους, ἵνα καὶ τὴν δύναμίν σου ἴδωμεν, καὶ ἅμα διὰ τῆς χώρας ἄξεις ἡμᾶς, ὡς ἂν εἰδῶμεν ἅ τε δεῖ φίλια καὶ πολέμια ἡμᾶς νομίζειν. τότε μὲν δὴ ταῦτα εἰπόντες, ἀπῆλθον ἑκάτερος ἐπὶ τὰ προσήκοντα. ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, ἧκεν ὁ γωβρύας ἔχων τοὺς ἱππέας καὶ ἡγεῖτο. ὁ δὲ κῦρος ὥσπερ προσήκει ἀνδρὶ ἄρχοντι, οὐ μόνον τῷ πορεύεσθαι τὴν ὁδὸν προσεῖχε τὸν νοῦν, ἀλλ' ἅμα προϊὼν ἐπεσκοπεῖτο εἴ τι δυνατὸν εἴη, τοὺς μὲν πολεμίους ἀσθενεστέρους ποιεῖν, αὑτοὺς δὲ ἰσχυροτέρους. καλέσας οὖν τὸν ὑρκάνιον καὶ τὸν γωβρύαν, τούτους γὰρ ἐνόμιζε μάλιστα εἰδέναι ὧν αὐτὸς ᾤετο δεῖσθαι μαθεῖν, ἐγώ τοι, ἔφη, ἄνδρες φίλοι, οἶμαι σὺν ὑμῖν ὡς πιστοῖς βουλευόμενος περὶ τοῦ πολέμου τοῦδε, οὐκ ἂν ἐξαμαρτάνειν. ὁρῶ γὰρ ὑμῖν ἔτι μᾶλλον ἢ ἐμοὶ σκεπτέον ὅπως ὁ ἀσσύριος ἡμῶν μὴ ἐπικρατήσει. ἐμοὶ μὲν γάρ, ἔφη, τῶνδε ἀποσφαλέντι, ἔστιν ἴσως τις ἄλλη ἀποστροφή. ὑμῖν δὲ εἰ οὗτος ἐπικρατήσει, ὁρῶ ἅπαντα τὰ ὄντα ἀλλότρια γιγνόμενα. καὶ γὰρ ἐμοὶ μὲν πολέμιός ἐστιν, οὐκ ἐμὲ μισῶν,

μισῶν, ἀλλ' οἰόμενος ἀσύμφορον εἶναι αὐτῷ, ὑμᾶς μεγάλους εἶναι. καὶ ἐστράτευσε διὰ τοῦτο ἐφ' ὑμᾶς. ὑμᾶς δὲ καὶ μισεῖ, καὶ ἀδικεῖσθαι νομίζει ὑφ' ὑμῶν. πρὸς ταῦτα ἀπεκρίναντο ἀμφότεροι καὶ ταὐτὰ περαίνειν ὅτι μάλλιστα, ὡς ταῦτα εἰδόσι σφίσι, καὶ μέλλον αὐτοῖς ἰσχυρῶς, ὅπη τὰ νῦν παρόντα ἀποβήσονται. ἐνταῦθα δὴ ἤρχετο ὧδε· λέξατέ μοι, ἔφη, ὑμᾶς μόνους νομίζει πολεμίζειν ὁ Ἀσσύριος πρὸς ἑαυτὸν, ἢ ἐπίστασθε καὶ ἄλλον αὐτῷ πολέμιον; ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Ὑρκάνιος, πολεμιώτατοι μέν εἰσιν αὐτῷ Καδούσιοι, ἔθνος μάλα πολὺ καὶ ἄλκιμον. Σάκαι γε μὴν ὅμοροι ἡμῖν. οἳ πολλὰ κακὰ πεπόνθασιν ὑπὸ τοῦ Ἀσσυρίου. ἐπειρᾶτο γὰρ καὶ ἐκείνους, ὥσπερ καὶ ἡμᾶς, καταστρέψασθαι. οὐκοῦν οἴεσθε, ἔφη, νῦν αὐτοὺς ἀμφοτέρους ἡδέως ἂν ἐπεμβῆναι σὺν ἡμῖν τῷ Ἀσσυρίῳ; ἔφασαν καὶ σφόδρα γε, εἴ πῃ δύναιντο συμμίξαι. τί δ' ἐν μέσῳ ἔφη, ἐστὶ τοῦ συμμίξαι; Ἀσσύριοι, ἔφασαν, τὸ αὐτὸ ἔθνος, δι' οὗπερ νῦν πορεύῃ. ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἤκουσεν ὁ Κῦρος. τί γάρ, ἔφη, ὦ Γωβρύα, οὐ σὺ τοῦ νεανίσκου τούτου, ὃς νῦν εἰς τὴν βασιλείαν καθέστηκεν, ὑπερηφανίαν πολλήν τινα τοῦ τρόπου κατηγορεῖς; τοιαῦτα γὰρ οἶμαι, ἔφη ὁ Γωβρύας, ἔπαθον ὑπ' αὐτοῦ. πότερα δ', ἔφη ὁ Κῦρος, εἰς σὲ μόνον ἐγένετο τοιοῦτος ἢ καὶ εἰς ἄλλον τινά; νὴ Δί', ἔφη ὁ Γωβρύας, καὶ εἰς ἄλλους πολλούς. ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀσθενοῦντας οἷα ὑβρίζει, τί δεῖ λέγειν; ἑνὸς δὲ ἀνδρὸς πολὺ δυνατωτέρου ἢ ἐγὼ υἱόν, καὶ ἐκείνου ἑταῖρον, ὥσπερ τὸν ἐμόν, συμπίνοντα παρ' ἑαυτῷ συλλαβὼν, ἐξέτεμεν. ὡς μέν τινες ἔφασαν, ὅτι ἡ παλλακὴ αὐτοῦ ἐπῄνεσεν αὐτόν, ὡς καλὸς εἴη, καὶ ἐμακάρισε τὴν μέλλουσαν αὐτῷ γυναῖκα ἔσεσθαι. ὡς δὲ οὗτος νῦν λέγει, ὅτι ἐπείρασεν αὐτοῦ τὴν παλλακίδα. καὶ νῦν οὗτος εὐνοῦχος μέν ἐστι. τὴν δὲ ἀρχὴν ἔχει, ἐπεὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐτελεύτησεν. οὐκοῦν, ἔφη, οἴει ἂν καὶ τοῦτον ἡμᾶς ἰδεῖν ἡδέως, εἰ οἴοιτο αὐτῷ βοηθοὺς ἂν γενέσθαι; εὖ μὲν οὖν οἶδα, ἔφη ὁ Γωβρύας, ἀλλ' ἰδεῖν τοι αὐτὸν, χαλεπόν ἐστιν, ὦ Κῦρε. πῶς; ἔφη ὁ Κῦρος; ὅτι εἰ μέλλοι τις ἐκείνῳ συμμίξειν, παρ' αὐτὴν τὴν Βαβυλῶνα δεῖ παριέναι. τί οὖν, ἔφη, τοῦτο χαλεπόν; ὅτι νὴ Δί', ἔφη ὁ Γωβρύας, οἶδα ἐξελθοῦσαν δύναμιν αὐτόθεν πολλαπλασίαν, ἧς σὺ νῦν ἔχεις. εὖ δ' ἴσθι, ὅτι διὰ ταῦτα ἧττον νῦν ἢ τὸ πρόσθεν οἱ Ἀσσύριοι καὶ τὰ ὅπλα ἀποφέρουσι, καὶ τοὺς ἵππους ἀπάγουσιν, ὅτι τοῖς ἰδοῦσιν αὐτὴν ὀλίγη ἔδοξεν ἡ δύναμις. καὶ οὗτος ὁ λόγος πολὺς ἤδη διέσπαρται. δοκεῖ δέ μοι, ἔφη, βέλτιον εἶναι, φυλαττομένους πορεύεσθαι. καὶ ὁ Κῦρος ἀκούσας τοῦ Γωβρύου τοιαῦτα, τοιάδε πρὸς αὐτὸν ἔλεξε· καλῶς μοι δοκεῖς, ὦ Γωβρύα, λέγειν, κελεύων ὡς ἀσφαλέστατα τὰς πορείας ποιεῖσθαι. ἐγὼ γ' οὖν σκοπῶν, οὐ δύναμαι ἐννοῆσαι ἀσφαλεστέραν οὐδεμίαν πορείαν ἡμῖν τῆς πρὸς αὐτὴν Βαβυλῶνα πορείας, εἰ ἐκεῖ τῶν πολεμίων ἐστὶ τὸ κράτιστον. πολλοὶ μὲν γάρ εἰσιν ὡς σὺ φής. εἰ δὲ καὶ θαρρήσουσι, καὶ δεινοὶ ἡμῖν ὡς ἐγώ φημι ἔσονται. μὴ ὁρῶντες μὲν οὖν ἡμᾶς, ἀλλ' οἰόμενοι ἀφανεῖς εἶναι διὰ τὸ φοβεῖσθαι ἐκείνους, σάφ' ἴσθι, ἔφη, ὅτι τοῦ μὲν φόβου ἀπαλλάξονται, ὃς αὐτοῖς ἐγένετο. θάρσος δὲ ἐμφύσεται ἀντὶ τούτου τοσούτῳ μεῖζον, ὅσῳ ἂν πλείονα χρόνον ἡμᾶς μὴ ὁρῶσιν. ἢν δὲ καὶ ἤδη ἴωμεν ἐπ' αὐτούς, πολλοὺς μὲν αὐτῶν εὑρήσομεν ἔτι κλαίοντας τοὺς ἀποθανόντας ὑφ' ἡμῶν.

πολλοὺς

odio non habet, sed putet detrimētosum esse sibi, nos esse magnos: & ob hāc rem exercitū agit aduersus nos. Vos aūt idcirco est iam exosus, quòd existimet à uobis pati iniuriam. Ad hæc ambo eademq; responderūt, ut perficeret quod facturus esset: quippe se ea scire, & magnopere sollicitos esse, quò casurum esset præsens negotiū. Hic igitur ita incœpit: Dicite igitur mihi, utrum uos solos Assyrius putat habere hostes aduersus sese, an scitis aliū item quenquā, qui ei sit hostis? Ita mehercle, inquit Hyrcanius. Hostes ei sunt maximi Cadusij, gens quidem & magna, & robusta. Itemq; Sacæ finitimi nobis sunt, quos Assyrius multis affecit malis, qui enixus sit illos, quemadmodū etiā nos euertere. Ergo existimatis, inquit, nunc eos utrosq; libenter nobiscū Assyrium inuasuros? Qui responderunt: Et uehementer hos quidē, si quidem coniungi nobiscū possint. Quid est, Cyrus inquit, in medio, quo minus coniungātur? Assyrij, responderunt: Eadē gens per quam nūc pergis. Quæ cum Cyrus audisset: Quid enim, inquit, ô Gobrya, non tu hunc adolescentem, qui nunc in regnū constitutus est, moribus esse accusas admodū insolentem? Talia enim, inquit Gobryas, ab eo sum passus. Verùm ita, inquit Cyrus, in te dūtaxat, an etiā in alios quosdā talē se gessit? Et in alios mediusfidius, inquit Gobryas. Verùm quibus cōtumelijs afficit imbecillos, quid dicere oportet? Vnius autē uiri qui multò erat quàm ego potentior filium, qui illi etiā sodalis esset quemadmodū filius meus, compotantem apud se comprehendit atq; excidit: & id quidem quoniā, ut aliqui dixere, pellex eius eum laudauit à pulchritudine, eamq; beatam fore dixit, quæ uxor illi futura esset: sed ut ipse rex nunc dicit, quoniā tentasset ille suam pellicem, atq; hic nunc spado est, habetq; imperium, quoniam eius pater diem obijt. Putas igitur fore, inquit Cyrus, ut hic item libenter nos uideat, si putet sibi futuros auxilio? Bene equidē scio, inquit Gobryas, sed eum uidere difficile est Cyre. Qui, inquit Cyrus? Quoniam si quis uelit illum conuenire, necesse est ut præter ipsam Babylonē trāseat. Quid igitur, inquit Cyrus, hoc est difficile? Quoniam, inquit Gobryas, scio multò maiores uires ex ea exijsse quàm hæ quas nunc tu habes. Nec enim debes esse nescius, ob hoc ipsum minus nunc tibi quàm antea Assyrios arma deferre, equosq; adducere, quoniam uires tuæ his inuentibus uisæ sunt paruæ, & rumor hic iam disseminatus est permultus. Itaq; mihi uidetur esse melius, ut cautè proficiscaris. Et ubi Cyrus huiusmodi uerba dixisse Gobryan audiuit, ita ad eum loquutus est: Perpulchrè mihi dicere Gobrya uideris, qui iubeas iter fieri quàm tutissime. Quare cogitanti mihi, nullum uidetur iter securius, quàm quod ad ipsam ducit Babylona, si ibi sunt maximæ hostium uires. Sunt enim illi multi, ut ais: qui si confidunt, erunt etiā in nos acerrimi. Itaq; si nos non uideant, sed existiment nos euanuisse, quoniam illos metuamus, liberabuntur eo metu in quo sunt: capientq; pro metu eò maiorem fiduciam, quò plus temporis nos non uideant. Quòd si nunc eamus aduersus eos, reperiemus eorū permultos qui adhuc illos fleant, quos ipsi interemerimus.

b Multos

Multos item qui habeā: obligata uulnera, quibus à nostris militibus sunt affecti. Omnes praeterea qui adhuc meminere, tum huius exercitus audentiam, tum sui ipsorum & fugam, et cladem. Nec te latère hoc debet Gobrya, HOMINES PLVRES quando confidant, esse animi constanti erectione: cum uerò timeant, quò plures fuerint, eò maiore formidabilioreq; metu detineri. Ex multis enim malisq; rumoribus is auctus est metus, ex multis etiam malisq; hominum coloribus, ex multis item atq; ignauis exanimatisq; personis coactus est. Itaq; ob magnitudinem is non facile extinguere potest furorem uerbis, neq; si ad hostes illū adigat, uim potest inijcere, neq; si abigat, elationem excitare: sed quanto magis iubeat audere, tanto existimabunt in maiore se esse discrimine. Itaq; illud consideremus ut certò habet. Nam si post hoc tempus uictoriae sunt futurae in bellicis eorum operibus, utrutri maiorem turbā numeraturi sint, rectè etiam tu de nobis metuis, & nos uerò in rebus sumus formidolosis. Sin quemadmodū antea pugnae iudicatur, etiā nūc propter bene pugnantes, ubi audeas nihil haberes: multò enim, ope deorum, plures inuenies apud nos eos qui libenter pugnent, quàm apud illos. Vt etiam magis audeas, hoc tecum cogita. Hostes enim longe nūc sunt pauciores, quàm cum antea uicti à nobis sunt: longe item minore numero, quàm quando nos effugere. Nos uerò & maiores nunc sumus quàm antea, quoniam uicimus. & ualidiores, quoniam rebus usi sumus secundis: ac itē plures, quoniā uos additi nobis estis. Noli enim ne tuos quidem contemnere, postquam unà nobiscum sunt. Nam cum uincentibus, Gobrya, etiam qui sequūtur audēt. Neq; te hoc lateat, licere hostibus per hoc temporis quoq; nos uidere. Formidabiliores autē nullo modo eis appareamus, si adhuc expectemus, quàm si eamus aduersus illos. Itaq; haec mihi quoniam cognita sunt, rectà nos age ad Babylona. Ita igitur pergentes ad quartū diem peruenere ad Babylonis confinia. Vt aūt fuit in terra hostili, assumpsit cōstituitq́; secum in ordine cum pedites, tum ex equitibus quotquot ei uisi sunt bene habere. Alios uero equites permisit fines depopulari, iussitq; ut hos qui arma haberēt, interficerēt: alij uero ut pecudes, et quaecūq; alia cepissent, ad sese agerēt. Iussit etiā Persis ut ipsi quoq; depopularētur. Venerūtq; eorū multi qui ab equis deuoluti cecidissent: multi item qui praedā plurimā agerēt. Quae ubi affuit, conuocatis Medorum Hyrcaniorumq; principibus atq; homotimis Persarū, haec loquutus est.

CYRI ORATIO.

Viri amici, Gobryas multis bonis hospitaliter nos omnis donauit. Si igitur ubi dijs immortalib. quae iusta sunt delegerimus, et exercitui quae sunt satis, dederimus, aliā praedā huic demus, certe rē honestā faciamus, quoniā statim declaremus nos eniti, ut bene merētes quoq; uincamus beneficijs. Quod ubi auditum est, & laudauerūt omnes, et praedicarūt. Vnus praeterea ita locutus est: Rectè admodū, inquit, Cyre hoc à nobis factū fuerit: Gobryas enim uidetur mihi mendicos nos quosdā existimare, quoniam daricis referti non uenimus, neque phialis potamus aureis. Quòd

πολλοὺς δ᾽ ἔτι τραύματα ἐπιδεδεμένους, ἃ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων ἔλαβον. πάντας δὲ ἔτι μεμνημένους, τῆς τόδε μὲν τοῦ στρατεύματος τόλμης, τῆς δ᾽ αὐτῶν φυγῆς τε καὶ συμφορᾶς. εὖ δ᾽ ἴσθι, ὦ Γωβρύα, ἔφη, καὶ τοῦτο εἰδέ, ὡς οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι, ὅταν μὲν θαρρήσωσιν, ἀνυπόστατον φρόνημα παρέχονται· ὅταν δὲ δείσωσιν, ὅσῳ ἂν πλείους ὦσι, τοσούτῳ μείζω καὶ ἐκπεπληγμένον μᾶλλον τὸν φόβον κέκτηνται. ἐκ πολλῶν μὲν γὰρ καὶ κακῶν λόγων ηὐξημένος αὐτοῖς πάρεστιν, ἐκ πολλῶν δὲ καὶ πονηρῶν σχημάτων, ἐκ πολλῶν δὲ καὶ δυσθύμων τε καὶ ἐξεστηκότων προσώπων ἀθροίζεται. ὥσθ᾽ ὑπὸ τοῦ μεγέθους, οὐ ῥᾴδιον αὐτὸν εἶναι, οὔτε λόγοις ἀποσβέσαι, οὔτε προσάγοντα, πολεμίοις μένος ἐμβαλεῖν, οὔτ᾽ ἀπάγοντα, ἀναθρέψαι τὸ φρόνημα. ἀλλ᾽ ὅσῳ ἂν μᾶλλον αὐτοὺς θαρρεῖν παρακελεύῃ, τοσούτῳ ἐν δεινοτέροις ἡγοῦνται εἶναι. ἐκεῖνο μέντοι ἤδη σκεψώμεθα ἀκριβῶς ὅπως ἔχει. εἰ μὲν γὰρ τὸ ἀπὸ τοῦδε αἱ νῖκαι ἔσονται ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις, ὁπότεροι ἂν πλείονα ὄχλον ἀριθμήσωσιν, ὀρθῶς καὶ σὺ φοβῇ περὶ ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἐν δεινοῖς ἐσμέν. εἰ μέντοι ὥσπερ πρόσθεν διὰ τοὺς εὖ μαχομένους, ἔτι καὶ νῦν αἱ μάχαι κρίνονται, θαρρῶν οὐδὲν ἂν σφαλείης. πολὺ μὲν γὰρ σὺν θεοῖς παρ᾽ ἡμῖν, πλείονας εὑρήσεις τοὺς θέλοντας μάχεσθαι, ἢ παρ᾽ ἐκείνοις. ὡς δ᾽ ἔτι μᾶλλον θαρρῇς, καὶ τόδε κατανόησον. οἱ μὲν γὰρ πολέμιοι, πολὺ μᾶλλον ἐλάττονές εἰσι, πρὶν ἡττηθῆναι ὑφ᾽ ἡμῶν. πολὺ δὲ μᾶλλον ἐλάττονες, ἢ ὅτε ἀπέδρασαν ἡμᾶς. ἡμεῖς δὲ καὶ μείζονες νῦν ἐπεὶ νενικήκαμεν, καὶ ἰσχυρότεροι, ἐπεὶ ὑμεῖς ἡμῖν προσγεγένησθε. μὴ γὰρ ἀτίμαζε μηδὲ τοὺς σούς, ἐπεὶ σὺν ἡμῖν εἰσι. σὺν γὰρ τοῖς νικῶσι, σάφ᾽ ἴσθι, ὦ Γωβρύα, θαρροῦντες καὶ οἱ ἀκόλουθοι ἕπονται. λανθανέτω δέ σε μηδὲ τοῦτ᾽, ἔφη, ὅτι ἔξεστι μὲν τοῖς πολεμίοις καὶ νῦν ἰδεῖν ἡμᾶς. γοργότεροι δὲ σάφ᾽ ἴσθι οὐδαμῶς ἂν αὐτοῖς φανείημεν, ἢ ἰόντες ἐπ᾽ ἐκείνους. ὡς οὖν ἐμοῦ ταῦτα γιγνώσκοντος, ἄγε ἡμᾶς εὐθὺ τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα. οὕτω μὲν δὴ πορευόμενοι, τεταρταῖοι ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τῆς Γωβρύα χώρας ἐγένοντο. ὡς δὲ ἐν τῇ πολεμίᾳ ἦν, κατέστησε λαβὼν ἐν τάξει μεθ᾽ ἑαυτοῦ, τούς τε πεζούς, καὶ τῶν ἱππέων ὁπόσους ἐδόκει αὐτῷ καλῶς ἔχειν. τοὺς δ᾽ ἄλλους ἱππέας ἀφῆκε καταθεῖν. καὶ ἐκέλευσε τοὺς μὲν ὅπλα ἔχοντας, κατακαίνειν· τοὺς δὲ ἄλλους καὶ πρόβατα ὅσα ἂν λάβωσιν, ἄγειν πρὸς αὐτόν. ἐκέλευσε δὲ καὶ τοὺς Πέρσας συγκαταθεῖν. καὶ ἧκον πολλοὶ μὲν αὐτῶν, κατακεκυλισμένοι ἀπὸ τῶν ἵππων. πολλοὶ δὲ καὶ λείαν πλείστην ἄγοντες. ὡς δὲ παρῆν ἡ λεία, συγκαλέσας τούς τε τῶν Μήδων ἄρχοντας καὶ τῶν Ὑρκανίων, καὶ τοὺς ὁμοτίμους, ἔλεξεν ὧδε.

ΔΗΜΗΓΟΡΙΑ ΚΥΡΟΥ.

Ἄνδρες φίλοι, ἐξένισεν ἡμᾶς ἅπαντας πολλοῖς ἀγαθοῖς ὁ Γωβρύας. εἰ οὖν, ἔφη, τοῖς θεοῖς ἀφελόντες τὰ νομιζόμενα, καὶ τῇ ἄλλῃ στρατιᾷ τὰ ἱκανά, δοίημεν τὴν ἄλλην τούτῳ λείαν, ἆρ᾽ ἄν, ἔφη, καλὸν ποιήσαιμεν τῷ εὐθὺς φανεροὶ εἶναι, ὅτι καὶ τοὺς εὖ ποιοῦντας πειρώμεθα νικᾶν εὖ ποιοῦντες. ὡς δὲ τοῦτ᾽ ἤκουσαν πάντες, πάντες μὲν ἐπῄνουν, πάντες δ᾽ ἐνεκωμίαζον. εἷς δὲ καὶ ἔλεξεν ὧδε. πάνυ μὲν, ἔφη, ὦ Κῦρε, τοῦτο ποιήσωμεν. καὶ γάρ ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη, ὁ Γωβρύας, πτωχούς τινας νομίζειν ἡμᾶς, ὅτι οὐ δαρεικῶν μεστοὶ ἥκομεν, οὐδ᾽ ἐκ χρυσῶν φιαλῶν πίνομεν.

εἰ δὲ

ἂν δὲ τοῦτο ποιήσαιμεν, γνοίη ἄν, ἔφη, ὅτι ἐλευθερίους εἶναι καὶ ἄνευ χρυσίου δεῖν. ἔπειτα δή, ἔφη, τὰ τῶν θεῶν ἀποδόντες τοῖς μάγοις, καὶ ὅσα τῇ στρατιᾷ ἱκανὰ ἐξελόντες, τὰ ἄλλα καλέσαντες τὸν γωβρύαν, δότε αὐτῷ. οὕτω δὴ λαβόντες ἐκεῖνοι ὅσα ἔδει, τὰ ἄλλα ἔδοσαν τῷ γωβρύᾳ. ἐκ τούτου δὴ ἄγει πρὸς αὐτὴν Βαβυλῶνα παραταξάμενος, ὥσπερ ὅτε ἡ μάχη ἦν. ὡς δ' οὐκ ἀντεξῄεσαν οἱ ἀσσύριοι, ἐκέλευσεν ὁ κῦρος τὸν γωβρύαν προσελάσαντα, εἰπεῖν ὅτι εἰ βούλεται ἐξιὼν ὁ βασιλεὺς ὑπὲρ τῆς χώρας μάχεσθαι, κἂν αὐτὸς σὺν ἐκείνῳ μάχοιτο. εἰ δὲ μή, ἀμυνεῖν τῇ χώρᾳ, ὅτι ἀνάγκη τοῖς κρατοῦσι πείθεσθαι. ὁ μὲν δὴ γωβρύας προσελάσας ἔνθα ἀσφαλὲς ἦν ταῦτα εἶπεν. ὁ δὲ αὐτῷ ἐξέπεμψεν ἀποκρινούμενον τοιάδε· δεσπότης ὁ σὸς λέγει ὦ γωβρύα, οὐχ ὅτι ἀπέκτεινά σου τὸν υἱὸν μεταμέλει μοι, ἀλλ' ὅτι οὐ καὶ σὲ προσαπέκτεινα. μάχεσθαι δ' ἂν βούλησθε, ἥκετε εἰς τὴν τριακοστὴν ἡμέραν. νῦν δ' ἡμῖν οὔπω σχολή, ἔτι γὰρ παρασκευαζόμεθα. ὁ δὲ γωβρύας εἶπεν· ἀλλὰ μήποτέ σοι λήξειεν αὕτη ἡ μεταμέλεια. δῆλον γάρ, ὅτι ἀνιῶ σέ τι ἐγώ, ἐξ οὗ αὕτη σε ἡ μεταμέλεια ἔχει. ὁ μὲν δὴ γωβρύας ἀπήγγελλε τὰ τοῦ ἀσσυρίου. ὁ δὲ κῦρος ἀκούσας ταῦτα, ἀπήγαγε τὸ στράτευμα. καὶ καλέσας τὸν γωβρύαν, εἰπέ μοι, ἔφη, οὐκ ἔλεγες μέντοι σύ, ὅτι τὸν ἐκτμηθέντα ὑπὸ τοῦ ἀσσυρίου, οἴει ἂν σὺν ἡμῖν γενέσθαι; εὖ μέντοι, ἔφη, δοκῶ εἰδέναι. πολλὰ γὰρ ἤδη ἔγωγε καὶ ἐκεῖνος ἐπαρρησιασάμεθα πρὸς ἀλλήλους. ὁπότ' οὖν καλῶς σοι δοκεῖ ἔχειν, πρόσιθι πρὸς αὐτόν. καὶ πρῶτον μὲν οὕτω ποίει, ὅπως ἂν αὐτοί, ὅ,τι ἂν λέγῃ εἰδῆτε. ἐπειδὰν δὲ συγγένῃ αὐτῷ, ἐὰν μὲν γνῷς αὐτὸν φίλον ἡμῖν βουλόμενον εἶναι, τοῦτ' ἤδη μηχανᾶσθαι, ὅπως λάθῃ φίλος ὢν ἡμῖν. οὔτε γὰρ ἂν φίλους τις ποιήσειεν ἄλλως πως, πλεῖστα ἀγαθὰ ἐν πολέμῳ, ἢ πολέμιος δοκῶν εἶναι. οὔτ' ἂν ἐχθροὺς πλείω τις βλάψειεν ἄλλως πως, ἢ φίλος δοκῶν εἶναι. καὶ μήν, ἔφη ὁ γωβρύας, οἶδ' ὅτι κἂν πρίαιτο γαδάτας, τὸ μέγα τι ποιῆσαι κακόν, τὸν νῦν βασιλέα ἀσσυρίων. ἀλλ' ὅ,τι ἂν δύναιτο, τοῦτο καὶ ἡμᾶς δεῖ σκοπεῖν. λέγε δή μοι, ἔφη ὁ κῦρος, εἰς τοῦτο τὸ φρούριον τὸ τῆς χώρας, ὅ φατε ὑρκανίοις τε καὶ σάκαις ἐντετειχίσθαι, τῇδε τῇ χώρᾳ πρόβολον εἶναι τοῦ πολέμου, ἆρ' οἴει, ἔφη, ὑπὸ τοῦ φρουράρχου παρεθῆναι τὸν εὐνοῦχον ἐλθόντα σὺν δυνάμει; σαφῶς γε, ἔφη ὁ γωβρύας, εἴπερ ἀνύποπτος ὢν ὥσπερ νῦν ἐστιν, ἀφίκοιτο πρὸς αὐτόν. οὐκοῦν, ἔφη, ἀνυποπτότατος ἂν εἴη εἰ προσβάλλοιμι ἐγὼ πρὸς τὰ χωρία αὐτοῦ, ὡς λαβεῖν βουλόμενος, ἀντιμάχοιτο δ' ἐκεῖνος ἀνὰ κράτος. καὶ λάβοιμι μέν τι αὐτοῦ ἐγώ, ἀντιλάβοι δὲ κἀκεῖνος ἡμῶν τι καὶ ἄλλους τινάς, ἢ καὶ ἀγγέλους πεμπομένους ὑπ' ἐμοῦ πρὸς τούτους, οὕς φατε πολεμίους τῷ ἀσσυρίῳ εἶναι. καὶ οἱ μὲν ληφθέντες λέγοιεν, ὅτι ἐπὶ στράτευμα ἀπέρχονται, καὶ κλίμακας ὡσπερεὶ τὸ φρούριον ἔξοντες. ὁ δὲ εὐνοῦχος ἀκούσας, προσποιήσαιτο προαγγεῖλαι βουλόμενος ταῦτα παρεῖναι. καὶ ὁ γωβρύας εἶπεν· οὕτω μὲν γιγνομένων σαφῶς οἶδα, ὅτι παρείη ἂν αὐτόν, καὶ δέοιτό γ' ἂν αὐτοῦ μένειν ἔστε σὺ ἀπέλθοις. οὐκοῦν ἄν, ἔφη ὁ κῦρος, εἴγε ἅπαξ εἰσέλθοι, δύναιτ' ἂν ἡμῖν ὑποχείριον ποιῆσαι τὸ χωρίον. εἰκὸς γοῦν, ἔφη ὁ γωβρύας. τὰ μὲν ἔνδον ἐκείνου συμπαρασκευάζοντος, τὰ δ' ἔξωθεν σοῦ ἰσχυρότερα προσάγοντος.

ἴθι

Quod si hoc fecerimus, cognoscet liberalis nos esse etiam sine auro. Age igitur, inquit Cyrus, quæ deorum sunt, detis Magis, & quæcunq; exercitui satis delegeritis: alia Gobrya uocato ei date. Sic igitur cum illi cepissent quæcunque opus fuerat, dederunt alia Gobryæ. Exhinc ad Babylona profectus est acie ordinata, quemadmodum cum est pugnandum. Vt autem contrà Assyrij egressi non sunt, Gobryæ iussit Cyrus, ut adequitans diceret, si uellet rex egredi pro regione pugnaturus, saltē ut ipse cum illo pugnaret. Sin id minus, ut agrum defenderet, quoniam necesse est parēre uincentibus. Gobryas igitur eò progressus ubi tutum erat, ea dixit. Rex autē misit, qui talia ei respōderet: Herus tuus dicit, ô Gobrya: Non solum me pœnitet quòd filiū tuum occiderim, sed quòd non item te interemerim. Pugnare autem si uelitis, uenite ad trigesimā diem. Nunc enim nondum ocium nobis est, quippe qui adhuc paramur. Ad quem inquit Gobryas: Verùm hæc pœnitentia tibi nunquam desinat. Perspicuum est enim te à me affici adhuc molestia, ex quo hac pœnitentia detineris. Et Gobryas quidem renūciauit Cyro, quæ Assyrius respondisset. Quibus auditis, Cyrus amouit exercitum, Gobryaq; uocato: Dic, inquit, mihi, nónne dixisti tu, putare te futurum, ut excisus ab Assyrio unà nobiscū esset? Bene, inquit, mihi uideor nosse. Multa enim ego atque ille inuicem fidenter loquuti sumus. Quando igitur, inquit Cyrus, tibi uidetur bene habere, procede ad eum, ac primùm quidem ita facito utcunque ille dixerit. Vbi autem unà cum eo fueris, si noueris eum uelle amicum esse, hoc moliendum est, ut clàm nobis amicus sit. NEC ENIM AMICOS quisquam aliter quodammodo pluribus in bello bonis affecerit, quàm si hostis esse uideatur. Neque inimicis magis alio quodammodo nocuerit, quàm si putetur amicus esse. Atqui, inquit Gobryas, non sum nescius quanti emeret Gadatas, ut magno aliquo malo regem hunc Assyriorum afficeret. Sed quicquid possit, hoc nobis considerandum est. Narra igitur mihi, inquit Cyrus, in castellum quod est ante regionem, quodq; uos dicitis Hyrcanijs Sacisq; fabricatum propugnaculum esse belli huic regioni, num putas à castelli præfecto permitti ut spado ueniat cum exercitu? Indubitatò, inquit Gobryas si quidem minimè suspectus sicuti nūc est, ad eum ueniat. Ergo, inquit Cyrus, minimè sit suspectus, si quidem ego adortus fuero eius castella, perinde atque uelim capere, ille autem repugnet pro uiribus: atque ego aliquid eius capiam, & ille contrà è nostris captiuos faciat, aut alios quospiam, aut etiam nuncios quos ad hosce mittam, qui à nobis dicuntur hostes esse Assyrio, dicantque captiui abire se ad exercitum tanquam acturi ad castellum scalas: spado uerò his auditis simulet idcirco adesse, quoniam uelit hæc nunciare. Atque, inquit Gobryas, quòd si ita res gerantur, certò futurum scio, ut & adsit ille, atque eum roget ibi manere, donec transieris. Ergo, inquit Cyrus, si quidem ingrediatur, facere queat ut castellum capiamus. Consentaneum est, inquit Gobryas, ubi ille interius rem paret, tu autē extrinsecus ualidius adoriaris.

Agè

Age igitur, inquit Cyrus, ito, atq; enitere ubi hæc
docueris, ac peregeris, huc adesse. Fidem autem ei
haud maiorē neq; dicas, neq; demōstres, quàm eam
quam tu à nobis accepisti. Exhinc abijt Gobryas:
quē spado libēter uidēs, & cōsentiebat omnia, et pa
ciscebatur quæ oportebat. Ubi autem nūciauit Go-
bryas, uideri spadonē quæ Cyrus iusserat, omnia ua
lide habere, exhinc postridie Cyrus adortus est, Ga-
datas autē repugnabat. Nūcios uerò quos Cyrus mi
serat admonitos quò pergerent, alios Gadatas diffu
gere permisit, quo agerēt copias, scalasq; portarēt.
Quos uerò captiuos fecit, corā multis examinās, u-
bi audiuit quorū gratia se proficisci dixere, conti-
nuò instructus tanquā rem nunciaturus noctu perge
bat. Postremò autē fide dictis eius adhibita, ut auxi
lium ferens castellū ingreditur, & tum quidem unà
cum præfecto castelli parabatur ut poterat. Ubi au-
tem uenit Cyrus, capit castellū, adiutoribus usus his
etiam captiuis quos Cyrus miserat. Quod ubi factū
est, continuò Gadatas spado intus rebus constitutis
ad Cyrum egressus est. quem ubi pro more adoras-
set, ait. Salue Cyre. Ceterùm facio hæc, inquit, quo-
niam tu pro diuina ope non iubes solum, uerumetiā
cogis me saluum esse. Non enim debes nescius esse,
inquit Cyrus, me magnifacere, quod hoc castellum
amicum relinquam præsentibus socijs. Tibi autē Ga
data ne filios faceres, ut uidetur, Assyrius abstulit: à
quo minimè es priuatus, ut possis tibi amicos com-
parare. At uolo tibi bene persuadeas: fecisse te nos
amicos tuo hoc præsenti opere: qui ibi profectò, si
facultas detur, operā dabimus ne deteriores auxilia
tores simus, quàm si uel filios uel nepotes adeptus es
ses. Et Cyrus quidem hæc dicebat. Hic uerò Hyrca-
nius cū nuper rē sensisset, accessit ad Cyrum, eiusq;
dextra apprehensa inquit. O magnū bonum es ami-
cis tu Cyre. Ut magnā me facis gratiā dijs immorta
libus debere, qui me tibi coniunxerunt. Ito nunc, in
quit Cyrus, & accepto castello, cuius gratia mihi
gratularis, ita illud gubernato, ut amico uestro di-
gnissimum sit atq; alijs socijs: maximè autem hoc Ga
datæ, qui id cepit atq; nobis tradidit. Quid igitur?
inquit Hyrcanius, postea quam uenerint Cadusij, ac
Sacæ, atq; ciues mei, uocemus etiam hunc ut omnes
simul consultemus quorumcunque interest, ut quàm
utilissimè utamur castello. Quæ agenda ita consen-
sit Cyrus. Ubi uerò conuenerunt hi quorum de ca-
stello intererat, consultauerunt ab his omnibus unà
custodiendum esse castellum, quibus conduceret il-
lud amicum esse, quo foret illis belli propugnaculū,
aduersus Assyrios autem munimentum. Quibus ge-
stis, multo iam alacriores ac plures & Cadusij, &
Sacæ, et Hyrcanij ibant in exercitū. Coactusq; hinc
est exercitus, ex Cadusijs quidem scutati ad uiginti
millia, et equites ad quatuor millia. ex Sacis uerò sa
gittarij ad decem millia, & equites item sagittarij
ad duo millia. Et Hyrcanij miserunt rursus & pedi
tes, quotquot poterant, & equites explerūt ad duo
millia. Antea enim relicti fuerant domi plures equi-
tes, quoniam & Cadusij, & Sacæ, hostes erant As-
syrijs. Quanto autem tempore sedit Cyrus circa
castelli machinationem fabricandam, Assyrij multi
circa

ἴθι νῦν, ἔφη, καὶ πειρῶ ταῦτα διδάξας καὶ διαπραξάμε-
νος ἥκειν. πιστὰ δὲ αὐτῷ οὐκ ἂν μείζω ὅτι εἴποις ἄν, ὅ-
τι διδάξαις, ὧν αὐτὸς σὺ τυγχάνεις παρ' ἡμῶν εἰληφώς. ἐκ
τούτου ᾤχετο μὲν ὁ Γωβρύας. ἄσμενος δὲ ἰδὼν αὐτὸν
ὁ εὐνοῦχος, συνωμολόγει τε πάντα, καὶ συνετίθετο ἃ ἔδει.
ἐπεὶ δὲ ἀπήγγειλεν ὁ Γωβρύας, ὅτι πάντα δοκοίη ἰσχυ-
ρῶς ὑπὸ τοῦ εὐνούχου ἔχειν τὰ ἐπεσταλμένα, ἐκ τούτου τῇ ὑστε-
ραίᾳ προσέβαλλε μὲν ὁ Κῦρος, ἀπεμάχετο δὲ ὁ Γαδά-
10 τας. ἦν δὲ καὶ ὃ ἔλαβε χωρίον ὁ Κῦρος, ὁποῖον ἔφη ὁ Γαδά-
τας. τῶν δὲ ἀγγέλων οὓς ἔπεμψεν ὁ Κῦρος προειπὼν ᾗ πορεύ-
οιντο, τοὺς μὲν εἴασεν ὁ Γαδάτας διαφυγεῖν, ὅπως ἄ-
γοιεν τὰ στρατεύματα, καὶ τὰς κλίμακας κομίζοιεν. οὓς δ'
ἔλαβε, βασανίζων ἐναντίον πολλῶν, ὡς δ' ἤκουσεν ἐφ'
ἃ ἔφασαν πορεύεσθαι, εὐθέως συσκευασάμενος ὡς ἐξ-
αγγελῶν τῆς νυκτὸς ἐπορεύετο. τέλος δὲ πιστευθεὶς ὡς βοη-
θὸς εἰσέρχεται εἰς τὸ φρούριον. καὶ τέως μὲν συμπαρεσκεύα-
ζεν ὅτι ἐδύνατο τῷ φρουράρχῳ. ἐπεὶ δὲ ὁ Κῦρος ἐπῆλ-
20 θε, καταλαμβάνει τὸ χωρίον, συνεργοὺς ποιησάμενος
καὶ τοὺς παρὰ Κύρου αἰχμαλώτους. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐγένετο, εὐ-
θὺς Γαδάτας ὁ εὐνοῦχος τὰ ἔνδον καταστήσας, ἐξῆλθε
πρὸς τὸν Κῦρον. καὶ τῷ νόμῳ προσκυνήσας, εἶπε· χαῖρε ὦ
Κῦρε. ἀλλὰ ποιῶ ταῦτ', ἔφη. σὺ γάρ με σὺν τοῖς θεοῖς οὐ
κελεύεις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀναγκάζεις χαίρειν. εὖ γὰρ ἴσθι,
ἔφη, ὅτι ἐγὼ μέγα ποιοῦμαι φίλον τοῦτο τὸ χωρίον, τοῖς
ἐνθάδε συμμάχοις καταλιπεῖν. σὲ δ', ἔφη, ὦ Γαδάτα
ὁ Ἀσσύριος, παῖδας μὲν ὡς ἔοικε τὸ ποιεῖν ἀφείλετο. οὐ
μέντοι τό γε φίλους κτᾶσθαι σε δύνασθαι ἀπεστέρησεν.
30 ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὅτι ἡμᾶς τῷ ἔργῳ τούτῳ φίλους πεποίησαι,
οἵ σοι ἢν δυνώμεθα, πειρασόμεθα μὴ χείρους βοηθοὶ παρε-
στάναι, ἢ εἰ παῖδας ἐκγόνους ἐκτήσω. ὁ μὲν ταῦτ' ἔλε-
γεν. ἐν δὲ τούτῳ ὁ Ὑρκάνιος ἄρτι ᾐσθημένος τὸ γεγε-
νημένον, προσθεὶς τῷ Κύρῳ, καὶ λαβὼν τὴν δεξιὰν αὐτοῦ,
εἶπεν· ὦ μέγα ἀγαθὸν σὺ τοῖς φίλοις Κῦρε, ὡς πολλήν με
τοῖς θεοῖς ποιεῖς χάριν ὀφείλειν, ὅτι σοί με συνήγαγον. ἴθι
τοίνυν, ἔφη ὁ Κῦρος, καὶ λαβὼν τὸ χωρίον, οὗπερ ἕνεκά με ἀ-
σπάζῃ, διατίθει αὐτὸ οὕτως, ὡς ἂν τῷ ὑμετέρῳ φύλῳ πλεί-
40 στου ἄξιον ᾖ, καὶ τοῖς ἄλλοις συμμάχοις· μάλιστα δ', ἔφη, Γα-
δάτᾳ τούτῳ, ὃς ἡμῖν λαβὼν παραδίδωσι. τί οὖν, ἔφη ὁ Ὑρκά-
νιος, ἐπειδὰν Καδούσιοι ἔλθωσι καὶ Σάκαι, καὶ οἱ ἐμοὶ πο-
λῖται, καλέσωμεν καὶ τοῦτον, ἵνα κοινῇ βουλευσώμεθα
πάντες, ὅσοις προσήκει, πῶς ἂν συμφορώτατα χρώμε-
θα τῷ φρουρίῳ. ταῦτα μὲν οὕτως συνῄνεσε καὶ ὁ Κῦρος.
ἐπεὶ δὲ συνῆλθον οἷς ἔμελε περὶ τοῦ φρουρίου, ἐβουλεύ-
σαντο κοινῇ φυλάττειν, οἷσπερ ἀγαθὸν ἦν, φίλιον ὄν, ὅ-
πως τοῖς μὲν πρόβολος εἴη πολέμου· τοῖς δ' Ἀσσυρίοις,
50 ἐπιτετειχισμένον. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐγένετο, πολὺ δὴ προθυ-
μότερον καὶ πλείους Καδούσιοι ἐστρατεύοντο καὶ Σάκαι
καὶ Ὑρκάνιοι. καὶ συνελέγη ἐνταῦθα στράτευμα Καδου-
σίων μὲν πελτασταὶ εἰς δισμυρίους, καὶ ἱππεῖς εἰς τετρακι-
σχιλίους. Σακῶν δὲ τοξόται εἰς μυρίους, καὶ ἱπποτοξόται εἰς
δισχιλίους. καὶ Ὑρκάνιοι δὲ πεζούς τε ὅσους ἐδύναντο
προσεξέπεμψαν, καὶ ἱππέας προσεπλήρωσαν εἰς δισχι-
λίους. τὸ γὰρ πρόσθεν καταλελειμμένοι ἦσαν πλείους οἴ-
κοι αὐτῶν ἱππεῖς. ὅτι οἱ Καδούσιοι καὶ οἱ Σάκαι τῶν Ἀσσυ-
ρίων πολέμιοι ἦσαν. ὅσον δὲ χρόνον ἐκαθέζετο ὁ Κῦρος,
ἀμφὶ τὴν περὶ τὸ φρούριον οἰκονομίαν, τῶν Ἀσσυρίων τῶν
πολ

πρὸς ταῦτα τὰ χωρία, πολλοὶ μὲν ἀπῆγον ἵππους, πολλοὶ δὲ ἀπέφερον ὅπλα, φοβούμενοι ἤδη πάντας τοὺς πέριξ. ἐκ δὲ τούτου προσέρχεται τῷ κύρῳ ὁ γαδάτας, καὶ λέγει ὅτι ἥκουσιν αὐτῷ ἄγγελοι. ὡς ὁ ἀσσύριος, ἐπεὶ πύθοιτο τὰ περὶ τῶν φρουρίων, χαλεπῶς τε φέροι, καὶ παρασκευάζοιτο, ὡς ἐμβαλῶν εἰς τὴν αὐτοῦ χώραν. ἢν οὖν ἀφῇς με, ὦ κῦρε, τὰ τείχη ἂν πειρῴμην διασῶσαι. τῶν δὲ ἄλλων μείων λόγος. καὶ ὁ κῦρος εἶπεν· ἢν οὖν ἴῃς νῦν, πότε ἔσῃ οἴκοι; καὶ ὁ γαδάτας εἶπεν· εἰς τρίτην δειπνήσω ἐν τῇ ἡμετέρᾳ. ἦ καὶ τὸν ἀσσύριον, ἔφη, οἴει ἐκεῖ καταλήψεσθαι; εὖ μὲν οὖν, ἔφη, οἶδα. σπεύσει γὰρ ἕως ὅσω σὺ πρόσω δοκεῖς εἶναι. ἐγὼ δέ, ἔφη ὁ κῦρος, ποσταῖος σὺν τῷ στρατεύματι ἐκεῖσε ἀφικοίμην; πρὸς τοῦτο δὴ ὁ γαδάτας λέγει· πολὺ ἤδη, ὦ δέσποτα, ἔχεις τὸ στράτευμα, καὶ οὐκ ἂν δύναιο ἐν ἓξ ἢ ἑπτὰ ἡμέραις ἐλθεῖν πρὸς τὴν ἐμὴν οἴκησιν. σὺ τοίνυν, ἔφη ὁ κῦρος, ἄπιθι ὡς τάχιστα. ἐγὼ δ' ὡς ἂν δυνατὸν ᾖ πορεύσομαι. ὁ μὲν δὴ γαδάτας ᾤχετο. ὁ δὲ κῦρος συνεκάλεσε πάντας τοὺς ἄρχοντας τῶν συμμάχων. καὶ ἤδη πολλοί τε ἐδόκουν καὶ καλοὶ κἀγαθοὶ παρεῖναι, ἐν οἷς δὴ ὁ κῦρος λέγει τοιάδε.

ΔΗΜΗΓΟΡΙΑ ΚΥΡΟΥ.

Ἄνδρες σύμμαχοι, γαδάτας διέπραξεν ἃ δοκεῖ πᾶσιν ἡμῖν πολλοῦ ἄξια εἶναι, καὶ ταῦτα πρὶν καὶ ὁτιοῦν ἀγαθὸν ὑφ' ἡμῶν παθεῖν. νῦν δὲ ὁ ἀσσύριος εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ ἐμβαλεῖν λέγεται, δηλονότι ἅμα μὲν τιμωρεῖσθαι αὐτὸν βουλόμενος, ὅτι δοκεῖ μέγα βεβλάφθαι ὑπ' αὐτοῦ. ἅμα δ' ἴσως καὶ ἐκεῖνο ἐννοεῖται, ὡς εἰ οἱ μὲν πρὸς ἡμᾶς ἀφιστάμενοι, μηδὲν ὑπ' ἐκείνου κακὸν πείσονται. οἱ δὲ σὺν ἐκείνῳ ὄντες, ὑφ' ἡμῶν ἀπολοῦνται, ὅτι ὡς τάχιστα, οὐδένα εἰκὸς σὺν αὐτῷ βούλεσθαι εἶναι. νῦν οὖν, ὦ ἄνδρες, καλόν τι ἄν μοι δοκοῦμεν ποιῆσαι, εἰ προθύμως γαδάτᾳ βοηθήσαιμεν, ἀνδρὶ εὐεργέτῃ. καὶ ἅμα δίκαια ποιοῖμεν ἂν χάριν ἀποδιδόντες. ἀλλὰ μὴν καὶ σύμφορόν γ' ἂν ὡς ἐγὼ δοκῶ πράττοιμεν ἡμῖν αὐτοῖς. εἰ γὰρ πᾶσι φαινοίμεθα, τοὺς μὲν κακῶς ποιοῦντας, νικᾶν πειρώμενοι κακῶς ποιοῦντες. τοὺς δ' εὐεργετοῦντας ἀγαθοῖς ὑπερβαλλόμενοι, εἰκὸς ἐκ τῶν τοιούτων φίλους μὲν ἡμῖν πολλοὺς βούλεσθαι γίγνεσθαι, ἐχθρὸν δὲ μηδένα ἐπιθυμεῖν εἶναι. εἰ δὲ ἀμελῆσαι δόξαιμεν γαδάτα, πρὸς τῶν θεῶν, ποίοις λόγοις ἄλλους πείθοιμεν ἂν χαρίζεσθαί τι ἡμῖν; πῶς δ' ἂν τολμῷμεν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπαινεῖν; πῶς δ' ἂν ἀντιβλέψαι τις ἡμῶν δύναιτο γαδάτᾳ, εἰ ἡττῴμεθα αὐτοῦ εὖ ποιοῦντος, τοσοῦτοι ὄντες ἑνὸς ἀνδρὸς, καὶ τούτου οὕτω διακειμένου; ὁ μὲν οὖν οὕτως εἶπεν. οἱ δὲ πάντες σφόδρα ἐπῄνουν ἰσχυρῶς ταῦτα ποιεῖν. ἄγετε τοίνυν, ἔφη, ἐπεὶ καὶ ὑμῖν συνδοκεῖ ταῦτα, ἐπὶ μὲν τοῖς ὑποζυγίοις καὶ ὀχήμασι καταλείπωμεν ἑκάστους, τοὺς μετὰ τούτων ἐπιτηδειοτάτους πορεύεσθαι. γωβρύας δὲ ἡμῖν ἀρχέτω αὐτῶν, καὶ ἡγείσθω αὐτοῖς. καὶ γὰρ ὁδῶν ἔμπειρος, καὶ τἆλλα ἱκανός. ἡμεῖς δ', ἔφη, σὺν ἵπποις τοῖς δυνατωτάτοις καὶ ἀνδράσι πορευώμεθα, τὰ ἐπιτήδεια τριῶν ἡμερῶν λαβόντες. ὅσῳ δ' ἂν κουφότερον συσκευαζώμεθα καὶ εὐτελέστερον, τόσῳ τὰς ἐπιούσας ἡμέρας ἥδιον καὶ ἀριστήσομεν καὶ δειπνήσομεν καὶ καθευδήσομεν. νῦν δ', ἔφη, πορευώμεθα ὧδε. πρώτους μὲν σὺ ἄγε, χρυσάντα, τοὺς θωρακοφόρους. ἄγε δὲ, ἐπεὶ ὁμαλή τε καὶ πλατεῖα ὁδὸς ἐστί, τοὺς ταξιάρχους ἔχων ἐν μετώπῳ πάντας. ἡ δὲ τάξις ἑκάστη

circa castella hæc habitantes agebant equos, multi arma deferebant, quippe qui finitimos omnes iam metuerent. Exhinc ad Cyrum Gadatas accedit, dicitq; uenisse ad se nuncios. Quòd Assyrius ubi accepit de castelli captiuitate, & molestè rem tulit, & paratur quo impetum faciat in suam regionē. Quare, si me, inquit, dimittas Cyre, oppida enitar seruare. Nam rerum aliarum mihi nō est ratio. Ad quem inquit Cyrus: Si igitur nunc eas, quando es domi futurus? Et Gadatas respondit: Ad tertium diem cœnabo in regione nostra. Num, inquit Cyrus, futurū putas ut iam illic offendas Assyrium? Certò, inquit, scio: maturabit enim donec adhuc procul uideris abesse. Ego autem, inquit Cyrus, ad quantum temporis illuc eam unà cū exercitu? Ad hoc Gadatas ait: Multas iam here copias habes, neq; possis minus quàm aut in sex, aut in septem diebus ad meam trehabitationem. Tu igitur, inquit Cyrus, abi quamcelerrime: ego autem quàm fieri possit, iter faciam. Et Gadatas abijt. At Cyrus conuocatis omnibus sociorum principibus, qui & multi iam adesse uidebantur, & clari, & fortes uiri, hæc locutus est:

CYRI CONCIO.

Viri socij, Gadatas peregit quæ nobis omnibus uisa sunt pluribus esse facienda: & hæc quidem prius quàm quicquā omnino boni à nobis acceperit. Nūc Assyrius in eius regionem impetū facere nūciatur, perspicuum est eum uelle & de illo capere ultionē, quoniam ab eo putet detrimentum plurimum accepisse. Simul illud quoq; fortassis cogitat fore, si nullo hi malo ab illo affecti fuerint, qui ad nos defecere, qui uero cum illo sunt, perdentur à nobis, ut nemo scilicet uelit cum eo esse. Nūc igitur beneficiamus, mea sententia, si alacriter Gadatæ auxiliū tulerimus, uiro sane benefico: simulq; agamus pro iustitia, si gratiā retulerimus. Præterea, ut mihi uideor intelligere, rem agamus utilē nobisipsis. Si enim omnibus uideamur uincere, eos malè afficiēdo qui male perpetrarūt, beneficos uero beneficijs superare: ex his rebus uerisimile est, uelle nos quamplurimos facere amicos, ac neminem cupere inimicū. Quod si neglexisse Gadatā uideamur, quibus rationibus per deos immortales persuadeamus alijs, ut quicquam nobis gratificentur? Quomodo etiam audeamus laudare nosipsos? Quomodo itē quisquā nostrûm queat Gadatan respicere, si beneficijs uincamur tot nos uiri ab uno uiro, & eo sic affecto? Cyrus ita loquutus est. At alij omnes uehementer comprobarunt hæc esse facienda. Age igitur, inquit Cyrus, quoniam hæc item uidentur uobis, relinquamus in uehiculis ac iumentis eos, qui maxime idonei sint cum his proficisci. Gobryasq; noster his præsit, atq; dux stet. Nam & itinerum est peritus, & ad alia quæq; satis. Nos autem cum equis potentissimis ac uiris pergamus, acceptis rebus ad uictum necessarijs dierum trium. Quanto autem leuius paremur ac uilius, tanto suauius diebus inde proximis & prandebimus, & cœnabimus, & dormiemus. Verùm nunc ita proficiscamur. Primùm quidem tu Chrysanta, thoracibus indutos agito, quoniam uia & plana est, & lata, habeasq; omnes centuriones in frōte. Quisq; aūt ordo singilla-

singillatim eat. Nam si frequētes fuerimus, & celerrime maximeq; tutò proficiscamur. Cuius rei causa iubeo thoracibus armatos duces esse, quoniā hoc genus exercitus est grauissimū. Quare si quod grauissimum est ducat, necessariò omnia minus celeriter euntia facile sequuntur. Cū uerò quod celerrimū est ducit in nocte, nihil est mirandum si agmina distrahuntur: nam quod iussum est, effugiunt. Post hos autem Artabazus agat scutatos sagittariosq; Persarum. Ardamyas inde Medus peditatum Medorum agat. Et post hos quoq; Embas Armeniorū ducat peditatū. Artuchas uero post hosce agat Hyrcanios. Et Thambradas post hosce, peditatū agat Sacarū. At post Damatas agat Cadusios. Agāt etiam hi omnes, in fronte habentes centuriones, ad dexteram uero scutatos, & ad sinistram sagittarios, quos haberent sibi à latere. Ita enim pergētes meliores etiam fiunt. Post hos autē qui sarcinas omnium ferunt, sequantur. Quorum principes curent ut antea quam dormiāt, parata sint omnia, & manè adsint cum uasis ad constitutū locum, & ut sequantur decorè. At post eos, qui sarcinas ferunt, Madatas Perses agat equites Persas, qui & is habeat in fronte cēturiones equitum. Centurio uerò ordinem agat singillatim, quemadmodum qui peditibus præsunt. Post hos Hierosombatas Medus identidē agat equites suos. Post quos tu Tigranes agito equitatū tuum, et alij quoq; equitum duces eos agant quibus cum singuli ad nos uenere. Post hos uerò agite uos Sacæ. Vltimi autem quemadmodum uenere Cadusij, agant agmē. Tu uerò Alceuna qui hos agis, curam non habe ut sis retro post omnes, nec quenquam patere esse tuorum equitum ultimum. Diligentiā quoq; adhibete, ut proficiscentes taceatis, & principes et omnes qui sapitis. Per aures enim noctu necesse est magis, quàm per oculos & sentire queq; & agere. Et turbari per noctem longè maius negocium est quàm interdiu, & emēdatione difficilius. Cuius rei gratia tum taciturnitas exercenda est, tum ordo custodiēdus. Nocturnæ aūt custodiæ cum noctu nobis surgēdum est, & quambreuissimæ faciundæ sunt et quamplurimæ, quò nulla uigilia in custodia, si multa sit, detrimentū proficiscendo patiatur. Cū uerò proficiscendi sit hora, significandū est cornu. At uos habentes singuli quæ necessaria sunt, in uiā adeste qua itur Babylona. Qui autē anterior iter facit, semper postremus iubeat ut sequātur. Exhinc ibant ad tabernacula, simulq; euntes inuicē disserebāt: Quanta memoria Cyrus est, quot instruxit, quomodo nominatim præcepit. At Cyrus hæc propter diligentiam faciebat: quippe cui mirandū uideretur, si qui in sordida arte uersantur, singuli norunt artis suæ instrumētorum nomina: & medicus nomina tenet & instrumentorum & medicamentorum quibus utitur: & imperator ita sit fatuus, ut nesciat nomina subditorum ducū, quibus ei opus est pro instrumētis uti. & dum anticipare quicquam uelit, & dum cauere, & dum audentiā inijcere, & dum terrere, & dum honorare quandoq; quenquam cupiat, decorum ei esse uidebatur quenq; suo nomine appellare. Putabat etiam Cyrus eos qui à principe cognosci uiderētur,

magis

ἑκάστῳ σοι ἐφ' ἑνὸς ἴτω. ἀθρόοι γὰρ ὄντες, τάχιστά τε καὶ ἀσφαλέστατα ἂν πορευοίμεθα. τούτου δ' ἕνεκα, ἔφη, τοὺς θωρακοφόρους κελεύω ἡγεῖσθαι, ὅτι τοῦτο βαρύτατόν ἐστι τοῦ στρατεύματος. τοῦ δὲ βαρυτάτου ἡγουμένου ἀνάγκη ῥᾳδίως ἕπεσθαι πάντα τὰ ἐλάσσονα. ὅταν δὲ τὸ τάχιστον ἡγῆται ἐν νυκτί, οὐδέν ἐστι θαυμαστὸν καὶ διασπᾶσθαι τὰ στρατεύματα. τὰ γὰρ ἀπορραγέντα ἐκδιδράσκει. ἔπειτα δὲ τούτοις, ἔφη, Ἀρτάβαζος τοὺς Περσῶν πελταστὰς καὶ τοξότας ἀγέτω· ἔπειτα δὲ τούτοις Ἀνδραμύας ὁ Μῆδος τὸ Μήδων πεζικόν· ἔπειτα δὲ τούτοις + Δατάμας Καδουσίους. ἀγόντων δὲ καὶ οὗτοι πάντες, ἐν τῷ μετώπῳ μὲν τοὺς ταξιάρχους ἔχοντες, δεξιοὺς δὲ τοὺς πελταστάς, ἀριστεροὺς δὲ τοὺς τοξότας τοῦ ἑαυτῶν πλαισίου. οὕτω γὰρ πορευόμενοι, καὶ εὐχρηστότεροι γίγνονται. ἔπειτα δὲ τούτοις, ἔφη, οἱ σκευοφόροι πάντων ἑπέσθων. οἱ δὲ ἄρχοντες αὐτῶν ἐπιμελείσθωσαν πάντων, ὅπως ἂν συνεσκευασμένα μὲν τε ὦσι πάντα πρὶν καθεύδειν, καὶ πρῲ σὺν τοῖς σκεύεσι παρῶσιν εἰς τὴν τεταγμένην χώραν. καὶ ὅπως κοσμίως ἕπωνται. ἔπειτα δὲ τοῖς σκευοφόροις, ἔφη, τοὺς Πέρσας ἱππέας Μαδάτας ὁ Πέρσης ἀγέτω. ἔχων καὶ οὗτος τοὺς ἑκατοντάρχους τῶν ἱππέων ἐν μετώπῳ. ὁ δὲ ἑκατόνταρχος τὴν τάξιν ἀγέτω εἰς ἕνα, ὥσπερ οἱ πεζάρχοι. ἔπειτα δὲ τούτοις ὁ Ῥαμβάκας ὁ Μῆδος ὡσαύτως τοὺς ἑαυτοῦ ἱππέας. ἔπειτα δὲ τούτοις σύ, ὦ Τιγράνη, τὸ σαυτοῦ ἱππικόν, καὶ οἱ ἄλλοι δ' ὕπαρχοι, μεθ' ὧν ἕκαστος ἀφίκετο πρὸς ἡμᾶς. ἔπειτα τούτοις καὶ ἄγετε. ἔσχατοι δ' ὥσπερ ἦλθον Καδούσιοι ἰόντων. Ἀλκεύνα, σὺ δὲ ἄγων αὐτούς, ἐπιμελοῦ, τὸ νῦν εἶναι πάντων τῶν ὄπισθεν, καὶ μηδένα ὕστερον τῶν σῶν ἱππέων γίγνεσθαι. ἐπιμελεῖσθε δέ, τὸ σιωπῇ πορεύεσθαι, οἵ τε ἄρχοντες, καὶ πάντες οἱ σωφρονοῦντες. διὰ γὰρ τῶν ὤτων ἐν τῇ νυκτὶ ἀνάγκη μᾶλλον, ἢ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἕκαστα, καὶ αἰσθάνεσθαι καὶ πράττεσθαι. καὶ τὸ ταραχθῆναι δ' ἐν νυκτί, πολὺ μεῖζόν ἐστι πρᾶγμα, ἢ ἐν ἡμέρᾳ, καὶ δυσκαταστατώτερον. οὗ ἕνεκα ἥ τε σιωπὴ ἀσκητέα, καὶ ἡ τάξις διαφυλακτέα. τὰς δὲ νυκτερινάς, ἔφη, φυλακάς, ὅταν μέλλητε νυκτὸς ἐξανίστασθαι, ἀεὶ χρὴ ὡς βραχυτάτας καὶ ὡς πλείστας ποιεῖσθαι, ὡς μηδένα καὶ ἡ ἐν τῇ φυλακῇ ἀγρυπνία πολλὴ οὖσα λυμαίνηται ἐν τῇ πορείᾳ. ἡνίκα δ' ἂν ὥρα ᾖ πορεύεσθαι, σημαίνειν τῷ κέρατι. ὑμεῖς δ' ἔχοντες ἃ δεῖ ἕκαστον, πάρεστε εἰς τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος ὁδόν. ὁ δὲ ὁρμώμενος ἀεὶ τῷ καθ' ἑαυτὸν ἐγγυτάτῳ ἑπέσθω. ἐκ τούτου οὖν ᾤχοντο ἐπὶ τὰς σκηνάς, καὶ ἅμα ἀπιόντες, διελέγοντο πρὸς ἀλλήλους, ὡς μνημονικῶς ὁ Κῦρος, ὁπόσοις συνέταττε, πᾶσιν ὀνομάζων ἐνετέλλετο. ὁ δὲ Κῦρος ἐπιμελείᾳ τοῦτο ἐποίει. πάνυ γὰρ αὐτῷ θαυμαστὸν ἐδόκει εἶναι, εἰ οἱ μὲν βάναυσοι ἴσασι τῆς αὑτῶν τέχνης ἕκαστος τῶν ὀργάνων τὰ ὀνόματα· καὶ ἰατρὸς δὲ οἶδε καὶ τῶν ὀργάνων καὶ τῶν φαρμάκων οἷς χρῆται πάντων τὰ ὀνόματα· ὁ δὲ στρατηγὸς οὕτως ἠλίθιος ἔσοιτο, ὥστε οὐκ εἴσεται τῶν ὑφ' αὑτὸν ἡγεμόνων τὰ ὀνόματα, οἷς ἀνάγκη ἐστὶν αὐτῷ ὀργάνοις χρῆσθαι, καὶ ὅταν προκαταλαβεῖν τι βούληται, καὶ ὅταν φυλάξαι, καὶ ὅταν θαρρῦναι, καὶ ὅταν φοβῆσαι· καὶ πρὸς τὸ τιμῆσαι δ' ὁπότε τινὰ βούλοιτο, πρέπον αὐτῷ ἐδόκει εἶναι, ὀνομαστὶ προσαγορεύειν. ἐδόκουν δὲ αὐτῷ οἱ γιγνώσκεσθαι δοκοῦντες ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος,

καὶ

καὶ τοῦ καλόν τι ποιοῦντες ὁρᾶσθαι μᾶλλον ὀρέγεσθαι, καὶ
τοῦ αἰσχρόν τι ποιεῖν, μᾶλλον προθυμεῖσθαι ἀπέχεσθαι. ἀλλ' ἴ-
διον δὲ τόδε αὐτῷ ἐδόκει εἶναι, τὸ ὁπότε βούλοιτό τι πραχ-
θῆναι προστάττειν, ὡς καὶ ἐν οἴκῳ ἔνιοι προστάττουσι δε-
σπόται· ἴτω τις ἐφ' ὕδωρ, ξύλα τις σχισάτω. οὕτω γὰρ
προσταττομένων εἰς ἀλλήλους ὁρᾶν ἅπαντες ἐδόκουν
αὐτῷ, καὶ οὐδεὶς περαίνειν τὸ προσταχθέν. καὶ πάντες
ἐν αἰτίᾳ εἶναι, καὶ οὐδεὶς τῇ αἰτίᾳ οὔτε αἰσχύνεσθαι, οὔ-
τε φοβεῖσθαι ὁμοίως διὰ τὸ σὺν πολλοῖς αἰτίαν ἔχειν. διὰ
ταῦτα δὴ αὐτὸς πάντας ὠνόμαζεν ὅτῳ τι προστάττοι. καὶ
ὁ κῦρος μὲν δὴ οὕτω περὶ τούτων ἐγίνωσκεν. οἱ δὲ στρα-
τιῶται τότε μὲν δειπνήσαντες, καὶ φυλακὰς καταστη-
σάμενοι, καὶ συσκευασάμενοι πάντα ἃ ἔδει, ἐκοιμή-
θησαν. ἡνίκα δ' ἦν ἐν μέσῳ νυκτῶν, ἐσήμαινε τῷ κέ-
ρατι. κῦρος δ' εἰπὼν τῷ χρυσάντᾳ, ὅτι ὑπὸ τῇ ὁδῷ ὑ-
πομενοίη ἐν τῷ πρόσθεν τοῦ στρατεύματος, ἐξῄει λα-
βὼν τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ὑπηρέτας. βραχεῖ δὲ χρόνῳ ὕστερον
παρῆν χρυσάντας ἔχων τοὺς θωρακοφόρους. τούτῳ μὲν οὖν
ὁ κῦρος δοὺς τοὺς ἡγεμόνας τῆς ὁδοῦ, πορεύεσθαι ἐκέλευεν
ἡσύχως, ἕως ἄγγελος ἔλθοι, ὅτι πάντες ἐν ὁδῷ. αὐτὸς
δὲ ἑστηκὼς ἐν τῇ αὐτῇ, τὸν μὲν προσιόντα προὔπεμπε
ἐν τάξει, τὸν δὲ ὑστερίζοντα ἔπεμπε καλῶν. ἐπεὶ
δὲ πάντες ἐν ὁδῷ ἦσαν, πρὸς μὲν χρυσάνταν, ἱππέας
ἔπεμψεν, ἐροῦντας ὅτι ἐν ὁδῷ ἦσαν πάντες. ἄγε δὴ
σὺ θᾶσσον. αὐτὸς δὲ παρελαύνων τὸν ἵππον εἰς τὸ πρό-
σθεν ἥσυχος, κατεθεᾶτο τὰς τάξεις. καὶ οὓς μὲν ἴδοι εὐ-
τάκτως καὶ σιωπῇ ἰόντας προσελαύνων αὐτοῖς οἵτινες
εἶεν ἠρώτα. καὶ ἐπεὶ πύθοιτο, ἐπῄνει. εἰ δέ τινας θορυβου-
μένους αἴσθοιτο, τὸ αἴτιον τούτου σκοπῶν, κατασβεν-
νύναι τὴν ταραχὴν ἐπειρᾶτο. ἓν μόνον παραλέλειπται τῆς
ἐν νυκτὶ ἐπιμελείας αὐτοῦ. ὅτι πρὸ παντὸς τοῦ στρατεύματος
πεζοὺς εὐζώνους οὐ πολλοὺς προέπεμπεν, ἐφορωμένους ὑπὸ
χρυσάντα, καὶ ἐφορῶντας αὐτόν, ὡς ὠτακουστοῦντας. καὶ
εἴπως ἄλλως δύναιτο αἰσθάνεσθαι, τί σημαίνοιεν τῷ χρυ-
σάντᾳ, ὅτι καιρὸς δοκοίη εἶναι. ἄρχων δὲ καὶ ἐπὶ τούτ-
των εἷς ἦν, ὃς καὶ τούτους ἐκόσμει, καὶ τὸ ἄξιον μὲν λό-
γου ἐσήμαινε. τὸ δὲ μή, οὐκ ἠνώχλει λέγων. τὴν μὲν δὴ νύ-
κτα οὕτως ἐπορεύοντο. ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, τοὺς μὲν τῶν
καδουσίων ἱππέας, ὅτι αὐτῶν καὶ οἱ πεζοὶ ἔσχατοι ἐ-
πορεύοντο, παρὰ τούτοις κατέλιπεν. ὡς μὴ δ' οὗτοι ψιλοὶ
ἱππέων ἴοιεν. τοὺς δ' ἄλλους εἰς τὸ πρόσθεν παρελαύνειν ἐ-
κέλευσεν, ὅτι καὶ οἱ πολέμιοι ἐν τῷ πρόσθεν ἦσαν, ὅπως
εἴ τι που ἐναντίον αὐτῷ ἀπαντῴη, ὑφ' αὐτῷ ἔχων ἐν
τάξει τὴν ἰσχὺν μάχοιτο. εἴτε τι που φεῦγον ὀφθείη, ὅπως
ἐξ ἑτοιμοτάτου διώκοιεν. ἦσαν δὲ αὐτῷ αἰεὶ τεταγμένοι
οὓς δέοι διώκειν, ὅς τι διώκειν δέοι, καὶ οὓς παρ' ἑαυτῷ
μένειν. πᾶσαν δὲ τὴν τάξιν λυθῆναι οὐδέποτε εἴα. κῦ-
ρος μὲν δὴ οὕτως ἦγε τὸ στράτευμα. οὐ μέντοι αὐτός γε
μιᾷ χώρᾳ ἐχρῆτο, ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλῃ μάχῃ περιελαύνων,
ἐφεώρα τε καὶ ἐπεμελεῖτο, εἴ του δέοιντο. οἱ μὲν δὴ ἀμ-
φὶ κῦρον οὕτως ἐπορεύοντο. ἐκ δὲ τοῦ γαδάτα ἱππι-
κοῦ τῶν δυνατῶν τις ἀνδρῶν, ἐπεὶ ἑώρα αὐτὸν ἀφεστηκό-
τα ἀπὸ τοῦ ἀσσυρίου, ἐνόμισεν ὅτι εἴ τι οὗτος πάθοι, αὐ-
τὸς ἂν λαβεῖν παρὰ τοῦ ἀσσυρίου πάντα τὰ γαδάτα. οὕ-
τω δὴ πέμπει τινὰ τῶν ἑαυτοῦ πιστῶν πρὸς τὸν ἀσσύριον,
καὶ κελεύει τὸν ἰόντα, εἰ καταλάβοι ἤδη ἐν τῇ γαδάτα

χώρᾳ

magis desiderare ut honesti quicquam aspicerentur
facere, ac magis item expetere ut à turpi abstinere
actione uiderentur. Res ei præterea hæc fatua uide
batur, ut cũ uellet aliquid geri, ita imperaret, quem
admodum heri domi consueuerũt, Eat aliquis ad a-
quam, ligna scindat aliquis. Nam si ita iubeatur, om
nes ei uidebãtur se inuicẽ aspicere, nemineḿq; quod
iussum esset efficere, atq; omnis esse in causa, & ne-
minem ob eam causam neq; pudere, neq; metuere,
quoniam identidem unà multi essent accusandi: ob
quæ omnia ipse nominabat illum, cui aliquid impera
ret. Et de his quidem rebus Cyrus ita sentiebat. At
milites per id temporis cum cœnassent, & custo-
dias posuissent, & quæ opus erat parassent omnia,
somno se dedere. Sed ubi media nocte cornu signum
est datum, dixissetq; Cyrus Chrysantæ, ut in uia ma
neret quæ est ante agmen, egressus est assumptis mi
nistris suis. Paruumq; post temporis Chrysantas af-
fuit, ducens loricatos. Cui cum Cyrus dedisset itine
ris duces, ut quietè pergeret iubebat, donec nun-
cius ueniret: nondum enim omnes erant in itinere.
Ipse autem stans in uia, aduenientem deducebat in
ordine: ad cunctantem uero mittebat uocatum. Sed
ubi omnes fuerunt in uia, equites ad Chrysantam mi
sit, qui dicerent in uia esse omnis, itaq; ut celerius
ageret. Ipse uero equum quiete immittens ad par-
tem anteriorem, ordines conspicabatur: & quos ui
hostium. quodque decretum esset regibus ut socijs omnibus, ut omnes cum totis uiribus adessent, inferrēque pecunias admodum multas. Has autem perficere, & mercede conducere quos possent, et donare quibus opus esset: iamque mercede cōductos esse permultos, ex Thracibus quidem gladijs armatos. Adnauigare praeterea Aegyptios, quorum numerum dicerent circiter centum uiginti millia, unà cum scutis ad pedes tendentibus, atque magnis hastis quas etiam nunc habent, & mucronibus. Insuper Cypriorum exercitum adnauigare, iamque adesse omnes Cilicas, & utrosque Phrygas, & Lycaonas, & Paphlagonas, & Cappadocas, & Phoenicas, & unà cum Babylonis principe Assyrios, Ionasque & Aeoles, atque omnis ferè Graecos Asiae incolas, unà cum Croeso sese qui coactos esse, misisseque Croesum etiam ad Lacedaemonios de societate. Cogi autem exercitum circa Pactolum flumen, eosque processuros in Thymbraram, ubi etiam nunc conuentus est barbarorum habitantium inferiorem Syriam, qui sunt sub rege: omnibusque iussum esse huc portare commeatum. Quae eadem ferè dicebant etiam captiui. Curabat enim hoc item Cyrus, ut hi caperentur, ex quibus discere quicquam posset. Mittebat etiam speculatores seruis similes tanquam transfugas. Vt igitur exercitus Cyri haec audiuit, sollicitus esse coepit, ut erat consentaneum, inceadebantque omnes maiore cum silentio quàm consueuerant. neque uidebantur admodum hilares, sed tristes potius. Erantque plena omnia sese interrogantium inuicem de omnibus rebus, atque disserentium. At Cyrus ut sensit metum per exercitum discurrentem, tum agminum principes conuocat, tum etiam omnes quorumcunque ubi minus fiderent, detrimentum aliquod esse uidebatur: ac item utilitas, ubi alacri forent animo: pronunciauitque ministris, si quis etiam alius ex militibus adesse uellet, quae loqueretur auditurus, eum ne arcerent. Vbi autem conuenissent, ita est loquutus:

ORATIO CYRI.

Viri socij, ego uos conuocaui, quoniam uidissem uestrûm quosdam, posteaquam nuncij ex hostibus sunt allati, admodum similis esse hominibus his qui metuant. Videtur enim mihi mirandum esse, si quis uestrûm idcirco timet, quoniam coguntur hostes. Quod autem nos multo plures congregati nunc sumus, quàm quo tempore illos uicimus, multo etiam melior pro diuina benignitate nunc exercitus nobis est quàm antea, haec uos uidentes non esse bono animo. O per deos immortales quid tandem faceretis, qui hoc tempore formidatis, si qui nunciarent quae nunc apud nos sunt, haec nobis aduersa aduentare? Ac primum audiretis, quod qui prius nos uicissent, hi ueniunt rursus eam in animis habentes uictoriam, quam olim essent adepti. Dein, quod qui tum sagittarijs iaculatoresque arces excussissent, hi nunc ueniunt, alijque his similes multo plures. Dein, quemadmodum hi armati peditibus tum uicere, nunc ita & eorum equites instructi aduersus equites aduentant, & arcubus iaculisque contemptis, uno ualido quisque accepto pilo, adequitare cogitat,

ut cominus preliaturus. Praeterea ueniunt currus, qui non ita statuentur ut antea conuersi tanquam in fugam, sed equi quoque qui sunt ad currus, armantur loricis, & aurigae in turribus stant ligneis, quibus eminentia omnia loricis sunt cassidibusque armata, atque falces ferreae axibus sunt accommodatae, ut hi quoque impetum faciant continuo in aduersariorum ordines. Praeterea cameli sunt inter eos in quibus adoriuntur, quarum quanque ne centeni quidem equi uisu sustineant. Insuper turres agunt, à quibus suis auxilium ferent. Vos autem iaciendo impedient aduersus eos pugnare, ex aequo loco. Si quis igitur nunciaret nobis haec esse in hostibus, qui nunc metuitis, quid essetis facturi, quando allatis nuncijs quod Croesus lectus sit hostium dux, qui eo est Syris ignauior, quo Syri quidem pugna uicti fugerunt, at Croesus cum eos uictos uidisset, pro ope ferenda socijs, in fugam est uersus. Dein etiam nunciatur hostes ipsos, quoniam non ducant sese satis esse qui nobiscum pugnent, alios mercede conducere, tanquam pro se melius pugnaturos quàm ipsi sint. Haec quidem cum sint huiusmodi, uidentur esse formidabilia, nostra autem contemnenda. Hos ego affirmo, ô uiri, mittendos esse ad aduersarios: longe enim magis nobis apud illos si fuerint, quàm praesentes sint profuturi. Quae Cyrus ubi dixisset, Chrysantas Perses surrexit, qui in hunc modum locutus est:

CHRYSANTAE ORATIO.

Ne te Cyre miratio capiat, si qui nuncijs auditis tristi facie uisi sunt. Non enim quod metuerint, ita sunt affecti, sed grauiter ferêtes, quemadmodum si quibusdam uolentibus existimantibusq; iam prandium ire, opus aliquod enuncietur, quod necesse sit ante prandium efficere, nemo, mea sententia, haec audiens laetaretur: ita etiam nos arbitrâtes fore iam ut ditemur, ubi audiuimus esse reliquum opus quod efficere nos oporteat, facie turbati sumus, haud id quidem quod metuamus, sed quod iam etiam factum hoc uelimus. Enimuero posteaquam non de Syria solum certabimus, ubi triticum est multum, & pecudes, palmaeq; fructiferae: uerùm de Lydia quoque, ubi multum est uinum, multae fici, multum oleum, mareq; alluit per quod plura aduehuntur, quàm quotquot quisquam est bona intuitus. Haec nos cogitantes non amplius grauiter ferimus, sed audemus quàm celerrime, quo celerius his quoque Lydijs fruamur bonis. Chrysantas quidem locutus est: socij uerò omnes & eo sermone delectati sunt, eûq; laudarunt. Atqui, inquit Cyrus, mihi uidetur ô uiri fortissimi, esse aduersus eos quamcelerrimè eundum, quo illos euntes anteuertamus, si fieri possit, ubi necessaria colligunt. Dein quo celerius iuerimus, eò pauciora adesse illis inueniemus, abesse autem plura. Equidem ita dico, quod si quis aliter sentit, aut tutius esse, aut facilius nobis, sane doceat. Sed posteaquam multi comprobauere, quamprimum pergere oportere aduersus hostes, nemoque contradiceret, hinc Cyrus huiusmodi uerba facere est aggressus:

ὡς ἐκ χειρὸς τὴν μάχην ποιησόμενος. ἔτι δὲ ἅρματα ἔρχεται οὐχ οὕτως ἑστηξόμενα ὥσπερ πρόσθεν ἀπεστραμμένα ὡς εἰς φυγήν, ἀλλ' οἵ τε ἵπποι εἰσὶ κατατεθωρακισμένοι ἐν τοῖς ἅρμασιν, οἱ τε ἡνίοχοι ἐν πύργοις ἑστᾶσι ξυλίνοις, τὰ ὑπερέχοντα ἅπαντα συνεστεγασμένοι θώραξι καὶ κράνεσι, δρέπανά τε σιδηρᾶ περὶ τοῖς ἄξοσι προσήρμοσται, ὡς ἐλῶντες καὶ οὗτοι εὐθὺς εἰς τὰς τάξεις τῶν ἐναντίων. πρὸς δ' ἔτι κάμηλοι εἰσὶν αὐτοῖς, ἐφ' ὧν προσελῶσιν, ὧν μίαν ἑκάστην ἑκατὸν ἵπποι οὐκ ἂν ἀνάσχοιντο ἰδόντες. ἔτι δὲ πύργους ἔχοντες προσίασιν, ἀφ' ὧν τοῖς μὲν ἑαυτῶν ἀρήξουσιν, ὑμᾶς δὲ βάλλοντες κωλύσουσιν ἐν τῷ ἰσοπέδῳ μάχεσθαι. ταῦτα ἤγγελλέ τις ὑμῖν ἐν τοῖς πολεμίοις ὄντα, οἱ νῦν φοβούμενοι, τί ἂν ἐποιήσατε, ὁπότε ἀπαγγελλομένων ὅτι Κροῖσος μὲν ᾕρηται τοῖς πολεμίοις στρατηγός, ὃς τοσούτῳ Σύρων κακίων ἐγένετο, ὅσῳ Σύροι μὲν μάχῃ ἡττηθέντες ἔφυγον, Κροῖσος δὲ ἰδὼν ἡττημένους, ἀντὶ τοῦ ἀρήγειν τοῖς συμμάχοις, φεύγων ᾤχετο. ἔπειτα δὲ διαγγέλλεται δήπου, ὅτι αὐτοὶ μὲν οἱ πολέμιοι, οὐχ ἱκανοὶ ἡγοῦνται ὑμῖν εἶναι μάχεσθαι, ἄλλους δὲ μισθοῦνται, ὡς ἄμεινον μαχουμένους ὑπὲρ σφῶν, ἢ αὐτοί. εἰ μέντοι τισὶ ταῦτα μὲν δοκεῖ τοιαῦτα ὄντα δεινὰ εἶναι, τὰ δὲ ἡμέτερα φαῦλα, τούτους ἐγώ φημι χρῆναι, ὦ ἄνδρες, ἀφεῖναι εἰς τοὺς ἐναντίους. πολὺ γὰρ ἐκεῖ ὄντες, πλείω ἂν ἡμᾶς ὠφελοῖεν, ἢ παρόντες. ἐπεὶ ταῦτα εἶπεν ὁ Κῦρος, ἀνέστη Χρυσάντας ὁ Πέρσης, καὶ ἔλεξεν ὧδε.

ΔΗΜΗΓΟΡΙΑ ΧΡΥΣΑΝΤΑ.

Ὦ Κῦρε, μὴ θαύμαζε εἴ τινες ἐσκυθρώπασαν ἀκούσαντες τῶν ἀγγελλομένων. οὐ γὰρ φοβηθέντες οὕτω διετέθησαν, ἀλλ' ἀχθεσθέντες· ὥσπερ γε, ἔφη, εἰ τινῶν βουλομένων τε καὶ οἰομένων ἤδη ἀριστήσειν, ἐξαγγελθείη τι ἔργον, ὃ ἀνάγκη εἴη πρὸ τοῦ ἀρίστου ἐξεργάσασθαι, οὐδεὶς ἂν οἶμαι ἥδοιτο ἀκούσας. οὕτω τοίνυν καὶ ἡμεῖς ἤδη οἰόμενοι πλουτήσειν, ἐπεὶ ἠκούσαμεν, ὅτι ἐστί τι λοιπὸν ἔργον, ὃ δεῖ ἐξεργάσασθαι, συνεσκυθρωπάσαμεν, οὐ φοβούμενοι, ἀλλὰ πεποιῆσθαι ἂν ἤδη καὶ τοῦτο βουλόμενοι. ἀλλὰ γὰρ ἐπεὶ οὐ περὶ Συρίας μόνον ἀγωνιούμεθα, ὅπου σῖτος πολὺς καὶ πρόβατά ἐστι καὶ φοίνικες οἱ καρποφόροι, ἀλλὰ καὶ περὶ Λυδίας, ἔνθα πολὺς μὲν οἶνος, πολλὰ δὲ σῦκα, πολὺ δὲ ἔλαιον, θάλαττα δὲ προσκλύζει, καθ' ἣν πλείω ἔρχεται, ἢ ὅσα τις ἑώρακεν ἀγαθά. ταῦτα, ἔφη, ἐννοούμενοι, οὐκέτι ἀχθόμεθα, ἀλλὰ θαρροῦντες ὡς τάχιστα, ἵνα θᾶττον καὶ τῶν Λυδίων ἀγαθῶν ἀπολαύσωμεν. ὁ μὲν οὕτως εἶπεν. οἱ δὲ σύμμαχοι πάντες ἥσθησάν τε τῷ λόγῳ, καὶ ἐπῄνεσαν. καὶ μὴν δή, ἔφη ὁ Κῦρος, ὦ ἄνδρες, δοκεῖ μοι ἰέναι ἐπ' αὐτοὺς ὡς τάχιστα, ἵνα πρῶτον μὲν αὐτοὺς φθάσωμεν ἀφικόμενοι ἢν δυνώμεθα, ὅπου τὰ ἐπιτήδεια αὐτοῖς συλλέγεται. ἔπειτα δὲ ὅσῳ ἂν θᾶττον ἴωμεν, τοσούτῳ μείονα μὲν τὰ παρόντα αὐτοῖς εὑρήσομεν, πλείω δὲ τὰ ἀπόντα. ἐγὼ μὲν δὴ οὕτω λέγω. εἰ δέ τις ἄλλως πως γιγνώσκει, ἢ ἀσφαλέστερον εἶναι, ἢ ῥᾷον ἡμῖν, διδασκέτω. ἐπεὶ δὲ συνηγόρευον μὲν πολλοί, ὡς χρεὼν εἴη ὅτι τάχιστα πορεύεσθαι ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἀντέλεγε δ' οὐδείς, ἐκ τούτου δὴ ὁ Κῦρος ἤρχετο λόγου τοιοῦδε.

ΔΗΜΗΓΟΡΙΑ ΚΥΡΟΥ.

Ἄνδρες σύμμαχοι, αἱ μὲν ψυχαὶ καὶ τὰ σώματα καὶ τὰ ὅπλα, οἷς δεήσει χρῆσθαι, ἐκ πολλοῦ ἡμῖν σὺν θεῷ παρεσκεύασται. νῦν δὲ τὰ ἐπιτήδεια δεῖ εἰς τὴν ὁδὸν συσκευάζεσθαι, αὐτοῖς τε ἡμῖν, καὶ ὁπόσοις τετράποσι χρώμεθα, μὴ μεῖον εἴκοσιν ἡμερῶν. ἐγὼ γὰρ λογιζόμενος εὑρίσκω πλέον ὂν, ἢ πεντεκαίδεκα ἡμερῶν ἐσομένην ὁδὸν, ἐν ᾗ οὐδὲν εὑρήσομεν τῶν ἐπιτηδείων. ἀνεσκεύασται γὰρ τὰ μὲν ὑφ᾽ ἡμῶν, τὰ δὲ ὑπὸ τῶν πολεμίων ὅσα ἐδύναντο. συσκευάζεσθαι οὖν χρὴ σῖτον μὲν ἱκανόν. ἄνευ γὰρ τούτου οὔτε μάχεσθαι, οὔτε ζῆν δυναίμεθα. οἶνον δὲ τοσοῦτον χρὴ ἔχειν ἕκαστον, ὅσον ἱκανὸν ἔσται, ἐθίσαι ἡμᾶς αὐτοὺς ὑδροποτεῖν. πολλὴ γάρ ἐστι τῆς ὁδοῦ ἄοινος, εἰς ἣν οὐδ᾽ ἂν πάνυ πολὺν οἶνον συσκευασώμεθα διαρκέσει. ὡς οὖν μὴ ἐξαπίνης, ἄοινοι γενόμενοι νοσήμασι περιπίπτωμεν, ὧδε χρὴ ποιεῖν, ἐπὶ τῷ σίτῳ νῦν εὐθὺς ἀρχώμεθα πίνειν ὕδωρ, τοῦτο γὰρ ἤδη ποιοῦντες, οὐ πολὺ μεταβαλοῦμεν. καὶ γὰρ ὅστις ἀλφιτοσιτεῖ, ὕδατι μεμαγμένην ἀεὶ τὴν μᾶζαν ἐσθίει. καὶ ὅστις ἀρτοσιτεῖ, ὕδατι δεδευμένον τὸν ἄρτον. καὶ τὰ ἑφθὰ δὲ πάντα, μεθ᾽ ὕδατος τοῦ πλείστου ἐσκεύασται. μετὰ δὲ τὸν σῖτον ἐὰν οἶνον ἐπιπίνωμεν, οὐδὲν μεῖον ἔχουσα ἡ ψυχὴ ἀναπαύσεται. ἔπειτα δὲ καὶ τοῦ μετὰ τὸ δεῖπνον ἀφαιρεῖν χρὴ, ἕως ἂν λάθωμεν ὑδροπόται γενόμενοι. ἡ γὰρ κατὰ μικρὸν μετάλλαξις πᾶσαν ποιεῖ φύσιν ὑποφέρειν τὰς μεταβολάς. διδάσκει δὲ καὶ ὁ θεὸς ἀπαγαγὼν ἡμᾶς κατὰ μικρὸν ἔκ τε τοῦ χειμῶνος εἰς τὸ ἀνέχεσθαι ἰσχυρὰ θάλπη, καὶ ἐκ τοῦ θάλπους εἰς τὸν ἰσχυρὸν χειμῶνα· ὃν χρὴ μιμουμένους εἰς ὃ δεῖ ἐλθεῖν, προειθισμένους ἡμᾶς ἀφικνεῖσθαι. καὶ τὸ τῶν στρωμάτων δὲ βάρος εἰς τὰ ἐπιτήδεια καταδαπανᾶτε. τὰ μὲν γὰρ ἐπιτήδεια περιττεύοντα οὐκ ἄχρηστα ἔσται. στρωμάτων δὲ ἐνδεηθέντες, μὴ δείσητε ὡς οὐχ ἡδέως καθευδήσετε· εἰ δὲ μὴ, ἐμὲ αἰτιᾶσθε. ἐσθὴς μέντοι ὅτῳ ἂν ἀφθονωτέρα ὑπάρχῃ, πολλὰ καὶ ὑγιαίνοντι καὶ κάμνοντι ἐπικουρεῖ. ὄψα δὲ χρὴ συνεσκευάσθαι, ὅσα ἐστὶν ὀξέα ἐπὶ πλεῖστον καὶ δριμέα, καὶ ἁλμυρά. ταῦτα γὰρ ἐπὶ σῖτόν τε ἄγει, καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἀρκεῖ. ὅταν δ᾽ ἐκβαίνωμεν εἰς ἀκέραια, ὅπου ἡμᾶς εἰκὸς ἤδη σῖτον λαμβάνειν, χειρομύλας χρὴ αὐτόθεν παρασκευάσασθαι, αἷς σιτοποιησόμεθα. τοῦτο γὰρ κουφότατον τῶν σιτοποιικῶν ὀργάνων. συνεσκευάσθαι δὲ χρὴ καὶ ὧν ἀσθενοῦντες δέονται ἄνθρωποι. τούτων γὰρ ὁ μὲν ὄγκος μικρότατος. ἢν δὲ τύχη τοιαύτη γένηται, μάλιστα δέοιτ᾽ ἄν. ἔχειν δὲ χρὴ καὶ ἱμάντας. τὰ γὰρ πλεῖστα καὶ ἀνθρώποις καὶ ἵπποις ἱμᾶσιν ἤρτηται. ὧν τριβομένων καὶ καταρρηγνυμένων, ἀνάγκη ἀργεῖν, ἢν μή τις ἔχῃ περίζυγα. ὅστις δὲ πεπαίδευται καὶ παλτὸν ξύσασθαι, ἀγαθὸν καὶ ξυήλης μὴ ἐπιλαθέσθαι, ἀγαθὸν δὲ καὶ ῥίνην φέρεσθαι. ὁ γὰρ λόγχην ἀκονῶν, ἐκεῖνος καὶ τὴν ψυχήν τι παρακονᾷ. ἔπεστι γάρ τις αἰσχύνη, λόγχην ἀκονῶντα, κακὸν εἶναι. ἔχειν δὲ χρὴ καὶ ξύλα περιττὰ, καὶ ἅρμασι καὶ ἁμάξαις. ἐν γὰρ πολλαῖς πράξεσι, πολλὰ ἀνάγκη καὶ τὰ ἀπαγορεύοντα εἶναι. ἔχειν δὲ δεῖ καὶ τὰ ἀναγκαιότατα ὄργανα ἐπὶ ταῦτα πάντα. οὐ γὰρ πανταχοῦ χειροτέχναι παραγίνονται. τὸ δ᾽ ἐφ᾽ ἡμέραν ἀρκέσον, ὀλίγοι τινὲς, οἳ οὐχ ἱκανοὶ ποιῆσαι. ἔχειν δὲ χρὴ καὶ ἄμην καὶ σμινύην ἐπὶ ἅμαξαν ἑκάστην,

καὶ

CYRI CONCIO.

Viri socij, animi quidem corporaq; & arma, quibus utendum sit, tandiu nobis diuina ope parata sunt. Nunc uerò necessaria ad iter sunt paranda, tum nobisipsis, tum etiã quibuscũq; utimur quadrupedibus: nec ea minus quã dierum uiginti. Ego enim mecũ ipse supputans, inuenio pluriũ quã quindecim dierũ iter fore, quo quidẽ in uiere rerũ necessariarum inuenturi nihil sumus. Sublata enim sunt partim à nobis, partim ab hostibus, quæcunq; potuerunt. Parandũ est igitur satis cibi: nã sine cibo neq; pugnare, nec uincere possimus. Vini aũt tãtum cuiq; est habendũ, quantũ satis futurũ sit ad assuefaciendos nos aquã bibere: multũ enim erit itineris qđ uino caret. ad quod ipsum neq; si admodũ uini multũ parauerimus, satis facturũ est. Ne igitur, si repẽte uino caruerimus, incidamus in morbos, ita faciundũ est. Inter uescẽdum incipiamus cõtinuò aquã bibere: hoc enim iam facientes, nõ admodum mutabimur. Etenim qui farinæ utitur cibo, uescitur semper massa aquæ mista: & qui panis utitur cibo, uescitur pane aqua irrigato. Et elixa omnia cũ aqua plurima sunt parata. Post panificiũ aũt si uinũ addimus potui, nihilo deterius habens, animus quiescet. Dein uerò post cœnã quoq; oportet uinũ tollere, donec didicerimus fieri aquæbibi. NAM mutatio quæ fit paulatim, efficit ut omnis natura mutationes ferat. Docet præterea deus ipse, qui paulatim nos deducit ex hyeme ad uehemẽtis æstus tolerandos, ex æstu in hyemẽ uehementẽ: quem imitantes, ad quod eundum est, assuefacti antea ire nos debemus. Atq; stratorum põdus in res necessarias cõsumite: necessaria enim si supersint, haut erunt inutilia. Stratorũ aũt indigentes, ne metuite quo minus libenter sitis dormituri: sin secus fuerit, me accusate. Vestis enim cui sit abundantior, plurimo auxilio est & ei qui bene ualet, & ei qui ægrotat. Obsonia uerò parare oportet, quæcunq; acuta sunt plurimum, & mordacia & salsa: hæc enim et agunt ad cibum, et diutissime sufficiunt. Cum uerò excesserimus in loca integra ac salubria, ubi uerisimile sit iam nos frumentum capere, inde pistrinos parate quibus cibum faciamus. hoc enim eorum quibus fit cibus, leuissimum est instrumentum. Parata etiam una sint ea, quibus ægroti homines egent: horum enim cumulus minimus est. Quòd si talis fortuna sit, ijs maxime opus erit. Habenda etiam sunt cingula ac lora: plurima & hominibus & equis hisce perficiuntur: quib. attritis ac fractis necesse est cunctari, nisi quis habeat cingula. Qui uerò didicit pilum polire, bonũ est ne dolubræ obliuiscatur: bonũ etiam ut limã ferat. Acuens enim lanceã, animũ quoq; quodãmodo exacuit: additur enim quidam pudor, cum timidum esse, qui lanceam acuit. Habenda sunt præterea ligna quamplurima, & in curribus & in plaustris. Nam in actionibus multis, multa autem sint necesse est, quæ desunt. Habenda sunt præterea instrumenta maximè necessaria ad hæc omnia: non enim ubiq; opifices sunt. Quod autẽ in diem sit satis, pauci quidam ad id faciundum sufficiunt. Habendum etiam est sarculum & bidens in quolibet plaustro.

Sunt

Sunt etiam in iumentis bipennes falcesque habendæ: hæc enim cuique etiam priuatim usui sunt, & publice sæpe utilitatem afferunt. Et quæcunque ad alimentum necessaria sunt, uos militum duces exquirite ab ijs quibus præestis. Non enim prætereundum est, cui aliquid horum sit opus, nos enim horum indigebimus. Quæcunque uerò iumentis iubeo habenda, uos qui his præestis qui ferunt impedimenta, exquirite: & qui ijs caruerit, cogite ut paret. Vos item qui præestis itinerum ducibus, habetote descriptos à me eos, qui reprobati sunt & ex iaculatoribus, & ex sagittarijs, & ex funditoribus. Hi qui ex iaculatoribus securim habent, ad incidenda ligna cogendi sunt in expeditionem ut eant cum securi: sagittarij uerò cum bidente, ac funditores cum sarculo. Hi uerò hæc habentes ante plaustra secundum alas debent proficisci, quo si quod opus sit ad faciundum uiam, continuo extis ad operandum. Et ego si qua re egeam, ut uideam unde oporteat & capere hæc & uti. Ducam etiam eos qui sunt in militari ætate cum instrumentis, ærarios fabros, cerdones, quò nihil desit, si quid talium artium in expeditione opus sit. hi uero soluentur ab ordine armigero. Quæ autem sciunt, mercede ei ministrantes qui uelit, erunt in constituto loco. Quod si quis etiam mercator sequi uelit aliquid uenditurus, habeat res necessarias antedictorum dierum. Quod si deprehendatur aliquid uendere, priuabitur rebus omnibus. Vbi uero hi dies præterierint, uendat pro uoluntate. Quicunque præterea mercator plurimum commeatum attulerit, hic & à socijs & à me dona honoremq; consequetur. Si quis uero putat ob mercaturam pecunijs pluribus egere, hic adductis qui sint & notitiam facient & uadimonium ueniendi prorsus cũ exercitu, eas à nobis capiat. Ego igitur hæc pronuncio. Quod si quis aliud quicquam necessarium intuetur, mihi significet. Et uos quidem abite atque paramini. Ego gratia hinc soluendi sacrificabo. cumq; res diuinæ rectè habebunt, significabimus. Adsint etiam omnes ad constitutum locum cum rebus antedictis apud duces suos. Vos autem duces ubi quisq; instruxeritis uestrũ ordinem, omnes ad me conuenite, quo singuli locos uestros intelligatis. Quibus auditis illi parabantur, Cyrus uero sacrificabat. Vbi sacrificia bene habuerunt, Cyrus mouit unà cum agmine. Ac primo quidem die locauit castra ut potuit proximè, quo si quid quisquam oblitus esset, id repeteret: ac si quis nosset ulla sibi re opus esse, hanc item pararet. Et Cyaxares tertiam habens Medorum partem restitit, quo neque domi res solæ essent. Cyrus uero pergebat quam poterat celerrimè, habens equites quidem primos, & ante hosce exploratores: speculatoresque semper præmittens ad loca anteriora ad speculandum aptissima. Post hos uero agebat impedimenta, faciens ubi campus esset multos globos plaustrorum impedimentorumque. Retro phalanx sequebatur, ac si quid impedimentorum relictum esset, qui princeps incideret, curabant ne proficisci impedirentur. Et ubi uia esset angustior, armati milites

καὶ κατὰ τὸ νωτοφόρον δεῖ ἀξίνην καὶ δρέπανον. ταῦτα γὰρ καὶ ἰδίᾳ χρήσιμα ἑκάστῳ, καὶ ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ πολλάκις ὠφέλιμα γίγνεται. τὰ μὲν οὖν εἰς τροφὴν δέοντα, οἱ ἡγεμόνες τῶν ὁπλοφόρων ἐξετάζετε τοὺς ὑφ' ὑμῖν αὐτοῖς. οὐ γὰρ δεῖ παρορᾶν, ὅτου ἄν τις ἐνδέῃ τούτων. ἡμεῖς γὰρ τούτων ἐνδεεῖς ἐσόμεθα. ὅσα δὲ καὶ τὰ ὑποζύγια κελεύω ἔχειν, ὑμεῖς οἱ τῶν σκευοφόρων ἄρχοντες, ἐξετάζετε· καὶ τὸν μὴ ἔχοντα, κατασκευάζεσθαι ἀναγκάζετε. ὑμεῖς δ' αὖ οἱ τῶν ὁδοποιῶν ἄρχοντες, ἔχετε μὲν ἀπογεγραμμένους παρ' ἐμοῦ τοὺς ἀποδεδοκιμασμένους, καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀκοντιστῶν, καὶ τοὺς ἐκ τῶν τοξοτῶν, καὶ τοὺς ἐκ τῶν σφενδονητῶν. τούτους οὖν χρὴ τοὺς μὲν ἀπὸ τῶν ἀκοντιστῶν, πέλεκυν ἔχοντας ξυλοκόπον, ἀναγκάζειν στρατεύεσθαι· τοὺς δ' ἐκ τῶν τοξοτῶν, σμινύην· τοὺς δ' ἀπὸ τῶν σφενδονητῶν, ἄμην. τούτους δ' ἔχοντας ταῦτα, πρὸ τῶν ἁμαξῶν κατ' ἴλας πορεύεσθαι. ὅπως ἤν τι δέῃ ὁδοποιίας, εὐθὺς ἐνεργοὶ ὦσι. καὶ ἐγὼ ἤν τι δέωμαι, ὅπως εἰδῶ, ὁπόθεν δεῖ λαβόντα τούτοις χρῆσθαι. ἄξω δὲ καὶ τοὺς ἐν τῇ στρατιωτικῇ ἡλικίᾳ σὺν τοῖς ὀργάνοις, χαλκέας τε καὶ τέκτονας καὶ σκυτοτόμους, ὅπως ὁπόσα ἂν δέηται καὶ τοιούτων τεχνῶν ἐν τῇ στρατιᾷ, μηδὲν ἐλλείπηται. οὗτοι δὲ ὁπλοφόρου μὲν τάξεως ἀπολελύσονται. ἃ δ' ἐπίστανται, τῷ βουλομένῳ μισθοῦ ὑπηρετοῦντες, ἐν τῷ τεταγμένῳ ἔσονται. ἢν δέ τις καὶ ἔμπορος βούληται ἕπεσθαι, πωλεῖν τι βουλόμενος, τῶν μὲν προειρημένων ἡμερῶν τὰ ἐπιτήδεια ἔχειν. ἢν δέ τι πωλῶν ἁλίσκηται, πάντων στερήσεται. ἐπειδὰν δ' αὗται παρέλθωσι, πωλήσει ὅπως ἂν βούληται. ὅστις δ' ἂν τῶν ἐμπόρων πλείστην ἀγορὰν παρέχων φαίνηται, οὗτος καὶ παρὰ τῶν συμμάχων καὶ παρ' ἐμοῦ δώρων καὶ τιμῆς τεύξεται. εἰ δέ τις χρημάτων προσδεῖσθαι νομίζει εἰς ἐμπολήν, γνωστῆρας ἐμοὶ προσάγων καὶ ἐγγυητάς, ἦ μὴν πορεύεσθαι σὺν τῇ στρατιᾷ, λαμβανέτω ὧν ἡμεῖς ἔχομεν. ἐγὼ μὲν δὴ ταῦτα προαγορεύω. εἰ δέ τις τι καὶ ἄλλο δέον ὁρᾷ, πρὸς ἐμὲ σημαινέτω. καὶ ὑμεῖς μὲν ἀπιόντες συσκευάζεσθε. ἐγὼ δὲ θύσομαι ἐπὶ τῇ ὁρμῇ. ὅταν δὲ τὰ τῶν θεῶν καλῶς ἔχῃ, σημανοῦμεν. παρεῖναι δὲ χρὴ ἅπαντας τὰ προειρημένα ἔχοντας εἰς τὴν τεταγμένην χώραν πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ἑαυτῶν. ὑμεῖς δέ, ὦ ἡγεμόνες, τὴν ἑαυτοῦ ἕκαστος τάξιν εὐτρεπισάμενος, πρὸς ἐμὲ πάντες συμβάλετε, ἵνα τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι χώρας καταλάβητε. ἀκούσαντες δὲ ταῦτα, οἱ μὲν συνεσκευάζοντο, ὁ δ' ἐθύετο. ἐπεὶ δὲ καλὰ τὰ ἱερὰ ἦν, ὡρμᾶτο σὺν τῷ στρατεύματι. καὶ τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐξεστρατοπεδεύσατο ὡς ἐδύνατο ἐγγύτατα, ὅπως εἴ τις τι ἐπιλελησμένος εἴη, μετέλθοι· καὶ εἴ τις τι ἐνδεόμενος γνοίη, τοῦτο ἐπιπαρασκευάσαιτο. Κυαξάρης μὲν οὖν τῶν Μήδων ἔχων τὸ τρίτον μέρος, κατέμενεν, ὡς μὴ δὲ τὰ οἴκοι ἔρημα εἴη. ὁ δὲ Κῦρος ἐπορεύετο ὡς ἐδύνατο τάχιστα. τοὺς ἱππέας μὲν πρώτους ἔχων, καὶ πρὸ τούτων διφρευτάς, καὶ σκοποὺς ἀεὶ ἀναβιβάζων ἔνθα τὰ πρόσθεν διεσκοπεῖτο. μετὰ δὲ τούτους ἦγε τὰ σκευοφόρα. ὅπου μὲν πεδίον ἦν, πολλοὺς ὁρμαθοὺς ποιούμενος τῶν ἁμαξῶν, καὶ τῶν σκευοφόρων. ὄπισθεν δὲ ἡ φάλαγξ ἐφεπομένη, εἴ τι τῶν σκευοφόρων ὑπολείποιτο, οἱ προστυγχάνοντες τῶν ἀρχόντων ἐπεμέλοντο, ὡς μὴ κωλύοιντο πορεύεσθαι. ὅπου δὲ στενοτέρα εἴη ἡ ὁδός, διὰ μέσου ποιού-

ποιούμενοι τὰ σκευοφόρα, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπορεύοντο οἱ ὁπλοφόροι. καὶ εἴ τι ἐμποδίζοι, οἱ ἐπὶ ταῦτα γιγνόμενοι αὐτῶν στρατιωτῶν ἐπεμέλοντο. ἐπορεύοντο δὲ ὡς τὰ πολλὰ αἱ τάξεις παρ' ἑαυταῖς ἔχουσαι τὰ σκευοφόρα. ἐπετέτακτο γὰρ πᾶσι τοῖς σκευοφόροις, ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν τάξιν ἕκαστον ἰέναι, εἰ μή τι ἀναγκαῖον ἀποκωλύοι. καὶ σημεῖον δὲ ἔχων ὁ τοῦ ταξιάρχου ὁ σκευοφόρος, ἡγεῖτο γνωστὸν τοῖς τῆς ἑαυτῶν τάξεως, ὥστε ἀθρόοι ἐπορεύοντο. ἐπεμελοῦντο δὲ ἰσχυρῶς ἕκαστος τῶν ἑαυτοῦ, ὡς μὴ ὑπολείποιντο. καὶ οὕτω ποιούντων, οὔτε ζητεῖν ἔδει ἀλλήλους, ἅμα τε παρόντα ἅπαντα καὶ σωότερα ἦν, καὶ θᾶσσον τὰ δέοντα εἶχον οἱ στρατιῶται. ὡς δὲ οἱ προϊόντες σκοποὶ ἔδοξαν ἐν τῷ πεδίῳ ὁρᾶν ἀνθρώπους λαμβάνοντας καὶ χιλὸν καὶ ξύλα, καὶ ὑποζύγια δὲ ἑώρων ἕτερα τοιαῦτα ἄγοντά τε καὶ νεμόμενα, καὶ τὰ πρόσω αὖ ἀφορῶντες, ἐδόκουν καταμανθάνειν μετεωριζόμενον ἢ καπνὸν ἢ κονιορτόν. ἐκ τούτων ἁπάντων ἐγίγνωσκον ὅτι εἴη πλησίον τὸ στράτευμα τῶν πολεμίων. εὐθὺς οὖν πέμπει ὁ σκοπάρχης τινὰ ἀγγελοῦντα ταῦτα τῷ Κύρῳ. ὁ δὲ ἀκούσας ταῦτα, ἐκείνους μὲν ἐκέλευσε μένοντας ἐπὶ ταύταις ταῖς σκοπαῖς, ὅτι ἂν ἀεὶ καινὸν ὁρῶσιν, ἐξαγγέλλειν. τάξιν δ' ἔπεμψεν ἱππέων εἰς τὸ πρόσθεν, καὶ ἐκέλευσε πειραθῆναι συλλαβεῖν τινὰς τῶν ἀνὰ τὸ πεδίον ἀνθρώπων, ὅπως σαφέστερον μάθοιεν τὸ ὄν. οἱ μὲν δὴ ταχθέντες, τοῦτο ἔπραττον. αὐτὸς δὲ τὸ ἄλλο στράτευμα αὐτοῦ κατεχώριζεν, ὅπως παρασκευάσαιντο ὅσα ᾤετο χρῆναι, πρὶν πάνυ ὁμοῦ εἶναι. καὶ πρῶτον μὲν ἀριστᾶν παραγγέλλει. ἔπειτα δὲ μένοντας ἐν ταῖς τάξεσι, καὶ τὸ παραγγελλόμενον προνοεῖν. ἐπεὶ δὲ ἠρίστησαν, συνεκάλεσε καὶ ἱππέων, καὶ πεζῶν, καὶ ἁρμάτων τοὺς ἡγεμόνας. καὶ τῶν μηχανῶν δὲ καὶ τῶν σκευοφόρων τοὺς ἄρχοντας, καὶ τῶν ἁρμαμαξῶν. καὶ οὗτοι μὲν συνῇσαν. οἱ δὲ καταδραμόντες εἰς τὸ πεδίον, συλλαβόντες ἀνθρώπους, ἤγαγον. οἱ δὲ ληφθέντες ἀνερωτώμενοι ὑπὸ τοῦ Κύρου, ἔλεγον, ὅτι ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου εἶεν, προεληλυθότες οἱ μὲν ἐπὶ χιλόν, οἱ δ' ἐπὶ ξύλα, παρελθόντες τὰς προφυλακάς. διὰ γὰρ τὸ πλῆθος τοῦ στρατεύματος σπάνια πάντα εἶναι. καὶ ὁ Κῦρος ταῦτα ἀκούσας, πόσον δ', ἔφη, ἀπέχει ἐνθένδε τὸ στράτευμα; οἱ δ' ἔλεγον ὡς δύο παρασάγγας. ἐπὶ τούτοις ἤρετο ὁ Κῦρος· ἡμῶν δ', ἔφη, λόγος τις ἦν παρ' αὐτοῖς; ναὶ μὰ Δί', ἔφασαν, καὶ πολύς γε ὡς ἐγγὺς ἤδη εἴητε προσιόντες. τί οὖν, ἔφη ὁ Κῦρος, ἔχαιρον ἀκούοντες; ὁ δὲ τοῦτο ἐπήρετο τῶν παρόντων ἕνεκα. οὐ μὰ Δί', ἔφασαν ἐκεῖνοι, οὐ μὲν δὴ ἔχαιρον, ἀλλὰ καὶ μάλα ἠνιῶντο. νῦν δ', ἔφη ὁ Κῦρος, τί ποιοῦσιν; ἐκτάττονται, ἔφασαν. καὶ χθὲς δὲ καὶ τρίτην ἡμέραν τὸ αὐτὸ τοῦτο ἔπραττον. ὁ δὲ τάττων ἔφη ὁ Κῦρος, τίς ἐστιν; οἱ δ' ἔφασαν, αὐτός τε Κροῖσος, καὶ σὺν αὐτῷ Ἕλλην τις ἀνήρ, καὶ ἄλλος δέ τις Μῆδος. οὗτος μέντοι ἐλέγετο φυγὰς εἶναι παρ' ὑμῶν. καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν· ἀλλ' ὦ Ζεῦ μέγιστε, λαβεῖν μοι αὐτὸν γένοιτο, ὡς ἐγὼ βούλομαι. ἐκ τούτου τοὺς μὲν αἰχμαλώτους ἀπάγειν ἐκέλευσεν, εἰς δὲ τοὺς παρόντας ὡς λέξων τι ἀνήγετο. ἐν τούτῳ δὲ ἧκεν ἄλλος αὖ παρὰ τοῦ σκοπάρχου λέγων, ὅτι ἱππέων τάξις μεγάλη ἐν τῷ πεδίῳ προφαίνοιτο. καὶ ἡμεῖς μέν, ἔφη, εἰκάζομεν ἐλαύνειν αὐτούς, βουλομένους ἰδεῖν τόδε τὸ στράτευμα. καὶ γὰρ πρὸ τῆς τάξεως ἄλλοι ὡς τριάκοντα ἱππεῖς, συχνὸν προελαύνουσι.

milites impedimentis tenentibus medium hinc atque hinc pergebant: ac si quid impediret, milites ad has res constituti diligentiam adhibebant. Pergebant autem ordines ferè apud se habentes impedimenta. Iussi enim erant omnes qui ferebant sarcinas, ut singuli irent secundum ordinem suum, nisi quid necessarium esset impedimento. Signumq; habens quisq; sui centurionis sarcinarius antecedebat, suo ordini notũ. Itaq; frequentes proficiscebantur, curabantq; uehementer suos singuli, ne subsisterent. Quibus ita facientibus, neque opus erat se inuicem quærerent: simulq; & præsentia erant omnia & salua, habebantq; milites celerius quæ oportebat. Vt autẽ procedentes speculatores in campo uisi sunt uidere homines qui pabulum caperent & materiem, aspiciebantq; iumenta huiusmodi res agere ac pasci: & ulterius item intuentes, discere uisi sunt sublatũ fumũ aut puluerẽ: ex his omnibus ferè norerãt, exercitũ hostium alicubi propè esse. Itaq; speculatorum præfectus continuo quendam mittit hæc Cyro nunciantem. Qui his auditis iussit, ut illi manerent in ijsdem speculis, quodcunq; noui usquam uiderint nunciantes: misitq; ordinem equitum ulterius, quibus iussit, enicerentur capere ex his hominibus qui erant in campo aliquos, quo certius uerum disceret. Iussi igitur hæc agebant. At ipse aliud agmen suum disponebat, quò pararent quæcunq; arbitrabatur oportere prius quàm essent admodũ propè. Ac primũ præcepit ut pranderent, deinde ut in ordinibus manerent, prouidentes quod iuberetur. Quibus pransis conuocauit Cyrus & equitum et peditũ et curruũ duces. Præterea, machinarum & impedimentorũ carpentorumq; præfectos, qui omnes conuenerunt. At illi qui in campum decurrerant, agebant homines quos cepissent. Captiui autem illi à Cyro interrogati, dicebant se à castris antecessisse pabulatum, alij uerò lignatum præteritis procubitoribus. Nam propter exercitus multitudinem rarissima esse omnia. Quibus Cyrus auditis inquit: Quantum hinc abest hostium agmen? Ad quem illi respondebant: Ad duas parasangas. Post hæc percunctabatur Cyrus: At de nobis rumor quis est apud eos? Ita dixere, per Iouem, & multus quidẽ, quod propè iam sitis adorientes. Quid igitur, inquit Cyrus, num etiam gaudebant, cum audirent nos ire? Hoc autem percunctabatur præsentium gratia. Non per Iouẽ, dixerunt illi: nullo modo gaudebant, quinetiam tristabantur plurimum. Nunc autẽ, inquit Cyrus, quid faciunt? Instruuntur, responderunt: & heri & nudiustertius hoc idẽ agebãt. Qui aũt eos instruit, quis est? inquit Cyrus. Ad quem responderunt: Et Crœsus ipse, & unà cum eo uir quidã Græcus, & alius item Medus quidam qui à nobis fugisse dicebatur. Et Cyrus inquit: At ò Iupiter optime maxime, utinam mihi detur eum capere ut ipse uolo. Exhinc cum iussisset abigi captiuos, ad astantes ut dicturus quippiã reuertebatur. Hic etiam aderat alius à præfecto speculatorum, inquiens apparere ante alios in campo magnũ equitum ordinem: & nos, inquit, coniecturamus eos uadere, quòd uidere hanc uelint aciem. Etenim ante hũc ordinẽ alij circiter triginta eqtes frequẽtes adequitant,

quitāt, idq; qua parte nos sumus, uolētes fortasse nos ipsos speculatores capere si poßint. nos aūt sumus decē in hac specula. Et Cyrus iussit ex equitib. qui semper apud se essent, uadere sub speculam clàm hostibus, quietem agere. Cum autem denarij illi nostri speculam liquerint, uos exurgentes eos inuadite qui in speculam ascendent. Vt autem uos non lædant, qui sunt à magno ordine, contrà tu, inquit, egredere ò Hystaspa, tribunos militum habens equites, teq; contra ostende hostium ordini. Insequere autem nusquam in locum obscurum: sed ubi cursueris ut tui speculatores maneant, transito. Quod si qui sublatis dextris ad uos ferentur, amicè uiros excipite. Hystaspas igitur abiens, armis induebatur: ministri uerò continuò profecti sunt, ut iusserat. Obuius autem his fit uel intra ipsas speculas Araspas unà cum famulis, qui olim missus est explorator, custos Susiæ mulieris. Quare Cyrus ut audiuit, exiliens ex cathedra & occurrebat ei, & amicè excipiebat. At alij, ut erat consentaneum, cum nihil scirent, ob rem eam stupore tenebantur, donec Cyrus inquit: Viri amicißimi, uenit nobis uir optimus: nunc enim hominibus omnibus scienda sunt huius opera. Hic neque ulla uictus turpitudine abijt, neq; mei metu, sed à meipso potius missus, quò rebus hostium liquidò cognitis uera mihi referret. Quæ igitur ego tibi pollicitus sum Araspa, & memini, & unà cum his sce omnibus referam. Est autem iustum, ô uiri, uos etiam omnis hunc honoribus prosequi ut bonum uirum. Ad nostram enim utilitatem & periculum subijt, & crimini obnoxius factus est, quod erat admodum graue. Exhinc omnes Araspam amplectebantur, & amicè excipiebant. Dicente autem Cyro: De his igitur satis, quæ autem tempus est nobis scire, hæc Araspa narrato, nihilq; de ueritate dimitue, neq; hostiū res extenua. Melius enim est si maiora arbitrati, minora uideamus: quàm minora audientes, ualidiora inueniamus. Atqui respondit Araspas. Ego feci ut scirē quam securißimè, quantus est exercitus. unà enim cum ijs interessem, aciem ordinaui. Tu enim, inquit Cyrus, non solum multitudinem nosti, uerumetiam ordinem ipsorum. Equidem mediusfidius, inquit Araspas, & quomodo cogitant pugnam facere. Veruntamen, inquit Cyrus, multitudinem nobis summatim expone. Illi omnes, respondit, instructi sunt ad trigenos in densitatem, & pedites & equites, demptis Aegyptijs, qui absunt stadia circiter quadraginta. Valde enim curaui, ut scirem quantum loci continerent. At Aegyptij, inquit Cyrus, quo pacto ordinati sunt? quoniam dixisti demptis Aegyptijs. Hosce, inquit, qui decē millibus præsunt, instruxerunt singulos decē millia in centenos: hanc enim ordinum legem, sibi domesticam esse dixerunt. Et Crœsus sanè ualde inuitus ijs concesit ordinari hoc pacto. uolebat enim excedere plurimū phalange aciem tuam. Ad quid, inquit Cyrus, cupiebat hanc rē Crœsus? Quò mediusfidius maiore multitudine tuam aciem circundaret. Et Cyrus inquit: At hi uiderint, an circundati circūdari poßint. Sed quæ à te tempus est discere, audiuimus. Cæterùm uos oportet, ô uiri, ita facere. Nunc ubi hinc abieritis,

νεύουσιν. καὶ μήν τοι κατ' αὐτοὺς ἡμᾶς, ἴσως βουλόμενοι λαβεῖν ἢν δύνωνται τὴν σκοπήν. ἡμεῖς δὲ ἐν μὲν μιᾷ δεκάς, οἱ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σκοπῇ. καὶ ὁ κῦρος ἐκέλευσε τῶν μεθ' αὐτοῦ ὄντων ἱππέων ἐλάσαντας ὑπὸ τὴν σκοπὴν ἀδήλους τοῖς πολεμίοις ἀτρεμίαν ἔχειν. ὅταν δ', ἔφη, ἡ δεκὰς ἡ ἡμετέρα λείπῃ τὴν σκοπήν, ἐξαναστάντες ἐπίθεσθε τοῖς ἀναβαίνουσιν ἐπὶ τὴν σκοπήν. ὡς δ' ὑμᾶς μὴ λυπῶσιν οἱ ἀπὸ τῆς μεγάλης τάξεως, ἀντέξελθε σὺ ὦ ὑστάσπα, τὴν χιλιοστὺν τῶν ἱππέων λαβών, καὶ ἐπιφάνηθι ἀντίος τῇ τῶν πολεμίων τάξει. διώξῃς δὲ μηδαμῇ εἰς ἀφανές, ἀλλ' ὅπως αἱ σκοπαί σοι διαμένωσιν ἐπιμεληθείς, πάρελθε. ἂν δ' ἄρα ἀνατείνοντές τινες τὰς δεξιὰς προσελαύνωσιν ὑμῖν, δέχεσθε φιλίως τοὺς ἄνδρας. ὁ μὲν δὴ ὑστάσπας ἀπιὼν ὡπλίζετο. οἱ δὲ ὑπηρέται ἤλαυνον εὐθὺς ὡς ἐκέλευσε. ἀπαντᾷ δ' αὐτοῖς καὶ δὴ εἴσω τῶν σκοπῶν ἀράσπας σὺν τοῖς θεράπουσιν, ὁ πεμφθεὶς πάλαι κατάσκοπος, ὁ φύλαξ τῆς σουσίδος γυναικός. ὁ μὲν οὖν κῦρος ὡς εἶδεν, ἀναπηδήσας ἐκ τῆς ἕδρας ὑπήντα τε αὐτῷ, καὶ ἐδεξιοῦτο. οἱ δὲ ἄλλοι, ὥσπερ εἰκός, μηδὲν εἰδότες ἐξεπεπληγμένοι ἦσαν τῷ πράγματι, ἕως ὁ κῦρος εἶπεν· ἄνδρες φίλοι, ἥκει ἡμῖν ἀνὴρ ἄριστος. νῦν γὰρ ἤδη πάντας ἀνθρώπους δεῖ εἰδέναι τὰ τούτου ἔργα. οὗτος οὔτε αἰσχροῦ ἡττηθεὶς οὐδενὸς ᾤχετο, οὔτε ἐμὲ φοβηθείς· ἀλλ' ὑπ' ἐμοῦ πεμφθείς, ὅπως ἡμῖν μαθὼν τὰ τῶν πολεμίων, σαφῶς τὰ ὄντα ἐξαγγείλειεν. ἃ μὲν οὖν ἐγώ σοι ὑπεσχόμην, ὦ ἀράσπα, μέμνημαί τε καὶ ἀποδώσω σὺν τούτοις πᾶσι. δίκαιον γὰρ καὶ ὑμᾶς ἅπαντας, ὦ ἄνδρες, τοῦτον τιμᾶν ὡς ἀγαθὸν ἄνδρα. ἐπὶ γὰρ τῷ ἡμετέρῳ ἀγαθῷ καὶ ἐκινδύνευσε, καὶ αἰτίαν ὑπέσχεν ἣ ἐβαρύνετο. ἐκ τούτου δὴ πάντες ἠσπάζοντο τὸν ἀράσπαν καὶ ἐδεξιοῦντο. ἀπόντος δὲ εἰπόντος ὅτι τούτων μὲν ἅλις, ἃ δὲ καιρὸς ἡμῖν εἰδέναι, ταῦτα, ἔφη, διηγοῦ ὦ ἀράσπα, καὶ μηδὲν μεῖον τοῦ ἀληθοῦς τὰ τῶν πολεμίων. κρεῖττον γὰρ μείζονα οἰηθέντας, μείονα ἰδεῖν, ἢ μείω ἀκούσαντας, ἰσχυρότερα εὑρίσκειν. καὶ μήν, ἔφη ὁ ἀράσπας, ὡς ἀσφαλέστατά γ' ἂν εἰδείην ἐποίουν. συνεξέταττον γὰρ παρὼν αὐτός. σὺ μὲν ἄρα, ἔφη ὁ κῦρος, οὐ τὸ πλῆθος μόνον οἶσθα, ἀλλὰ καὶ τὴν τάξιν αὐτῶν. ἐγὼ μὲν ναὶ μὰ δί', ἔφη ὁ ἀράσπας, καὶ ὡς διανοοῦνται τὴν μάχην ποιεῖσθαι. ἀλλ' ὅμως, ἔφη ὁ κῦρος, τὸ πλῆθος ἡμῖν πρῶτον εἰπὲ ἐν κεφαλαίῳ. ἐκεῖνοι τοίνυν πάντες τεταγμένοι ἐπὶ τριάκοντα τὸ βάθος, καὶ πεζοὶ καὶ ἱππεῖς, πλὴν τῶν αἰγυπτίων. οὗτοι δ' ἐπέχουσιν ἀμφὶ τὰ τετταράκοντα στάδια. πάνυ γάρ μοι, ἔφη, ἐμέλησεν, ὥστε εἰδέναι ὁπόσον κατεῖχον χωρίον. οἱ δ' αἰγύπτιοι, ἔφη ὁ κῦρος, πῶς εἰσι τεταγμένοι, ὅτι εἶπες, πλὴν τῶν αἰγυπτίων. τούτους δὲ οἱ μυρίαρχοι ἔταττον, εἰς ἑκατὸν πανταχῇ τὴν μυριοστὺν ἑκάστην. τοῦτον γὰρ σφίσι καὶ οἴκοι νόμον ἔφασαν εἶναι τῶν τάξεων. καὶ ὁ κροῖσος μέντοι μάλα ἄκων συνεχώρησεν αὐτοῖς, οὕτω τάττεσθαι. ἐβούλετο γάρ, ὅτι πλεῖστον ὑπερφαλαγγῆσαι τοῦ σοῦ στρατεύματος. πρὸς τί δή, ἔφη ὁ κῦρος, τοῦτ' ἐπιθυμῶν; ὡς ναὶ μὰ δί', ἔφη, τῷ περιττῷ κυκλωσόμενος. καὶ ὁ κῦρος εἶπεν· ἀλλ' οὗτοι ἂν εἰδεῖεν, εἰ οἱ κυκλούμενοι κυκλωθεῖεν. ἀλλ' ἃ μὲν παρὰ σοῦ καιρὸς μαθεῖν, ἀκηκόαμεν. ὑμᾶς δὲ χρή, ὦ ἄνδρες, οὕτω ποιεῖν. νῦν μὲν ἐπειδὰν ἐνθένδε ἀπέλθητε,

θετε, ἐπισκέψασθε καὶ τὰ τῶν ἵππων, καὶ τὰ ὑμῶν
αὐτῶν ὅπλα, ὡς πολλάκις μικροῦ ἐνδείᾳ, καὶ ἀνὴρ καὶ ἵππος
καὶ ἅρμα, ἀχρεῖον γίνεται. αὔριον δὲ πρωὶ ἕως ἂν ἐγὼ θύω-
μαι, πρῶτον μὲν χρὴ ἀριστῆσαι καὶ ἄνδρας καὶ ἵππους, ὅ-
πως ὅ τι ἂν πράττειν καιρὸς ἀεὶ ᾖ, μὴ τούτου ἡμῖν ἐνδέῃ. ἔ-
πειτα δὲ σύ, ἔφη, ὦ Ἀράσπα, τὸ δεξιὸν κέρας ἔχε, ὥσπερ
κατέχεις· καὶ οἱ ἄλλοι μυρίαρχοι ἅπερ νῦν ἔχετε. ὁμοῦ γὰρ
τοῦ ἀγῶνος ὄντος, οὐδενὶ ἅρματι ἔτι καιρὸς τοὺς ἵππους
μεταζευγνύναι. παραγγέλλετε δὲ τοῖς ταξιάρχοις καὶ λο-
χαγοῖς ἐπὶ φάλαγγος καθίστασθαι, εἰς δύο ἔχοντας ἕκα-
στον τὸν λόχον. ὁ δὲ λόχος ἦν ἕκαστος εἰκοσιτέτταρες. καί
τις εἶπε τῶν μυριάρχων· καὶ δοκοῦμέν σοι, ὦ Κῦρε, ἱκα-
νῶς ἕξειν εἰς τοσούτους τεταγμένοι, πρὸς οὕτω βαθεῖαν
φάλαγγα; καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν· αἱ δὲ βαθύτεραι φάλαγ-
γες, ἢ ὡς ἐξικνεῖσθαι τοῖς ὅπλοις τῶν ἐναντίων, τί σοι δο-
κοῦσιν, ἔφη, τοὺς πολεμίους βλάπτειν, ἢ τοὺς συμμάχους
ὠφελεῖν; ἐγὼ μὲν γάρ, ἔφη, τοὺς εἰς ἑκατὸν τούτους ὁπλί-
τας, εἰς μυρίους ἂν βουλοίμην μᾶλλον τετάχθαι. οὕτω γὰρ
ἂν ἐλαχίστοις μαχοίμεθα. ἐξ ὅσων μέντοι ἐγὼ τὴν φάλαγ-
γα βαθυνῶ, οἴομαι ὅλην ἐνεργὸν καὶ σύμμαχον ποιή-
σειν αὐτὴν ἑαυτῇ. ἀκοντιστὰς ἐπὶ τοῖς θωρακοφόροις τά-
ξω· ἐπὶ δὲ τοῖς ἀκοντισταῖς τοξότας. τούτους γὰρ πρωτο-
στάτας μὲν ἄν τις τάττοι, οἳ καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι μηδε-
μίαν μάχην ἂν ὑπομεῖναι ἐκ χειρός. προβεβλημένοι δὲ
τοὺς θωρακοφόρους, μενοῦσί γε. καὶ οἱ μὲν ἀκοντίζον-
τες, οἱ δὲ τοξεύοντες ὑπὲρ τῶν πρόσθεν πάντων, λυμα-
νοῦνται τοὺς πολεμίους. ὅ τι δ' ἂν κακουργῇ τις τοὺς ἐναν-
τίους, δηλονότι παντὶ τούτῳ τοὺς συμμάχους κουφί-
ζει. τελευταίους μέντοι στήσω, τοὺς ἐπὶ πᾶσι καλουμένους.
ὥσπερ γὰρ οἰκίας οὔτε ἄνευ λιθολογήματος ἰσχυροῦ,
οὔτε ἄνευ τῶν στέγην ποιούντων οὐδὲν ὄφελος· οὕτως
οὐδὲ φάλαγγος, οὔτε ἄνευ τῶν πρώτων, οὔτε ἄνευ τῶν τε-
λευταίων, ἢν μὴ ἀγαθοὶ ὦσιν, ὄφελος οὐδέν. ἀλλ' ὑ-
μεῖς τε, ἔφη, ὡς παραγγέλλω, τάττεσθε. καὶ ὑμεῖς οἱ τῶν πελ-
ταστῶν ἄρχοντες, ἐπὶ τούτοις τοὺς λόχους ὡσαύτως κα-
θίστατε. καὶ ὑμεῖς οἱ τῶν τοξοτῶν ἐπὶ τοῖς πελτασταῖς
ὡσαύτως. σὺ δὲ ὃς τῶν ἐπὶ πᾶσιν ἄρχεις τελευταίους
ἔχων τοὺς ἄνδρας, παράγγελλε τοῖς ἑαυτοῦ, ἐφορᾶν τε
ἑκάστῳ τοὺς καθ' ἑαυτόν. καὶ τοῖς μὲν τὸ δέον ποιοῦσιν,
ἐπικελεύειν· τοῖς δὲ μαλακυνομένοις, ἀπειλεῖν ἰσχυρῶς.
ἢν δέ τις στρέφηται, προδιδόναι θέλων, θανάτῳ ζη-
μιοῦν. ἔργον γάρ ἐστι τοῖς μὲν πρωτοστάταις, θαρρύνειν
τοὺς ἑπομένους καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ. ὑμᾶς δὲ δεῖ τοὺς ἐπὶ πᾶ-
σι τεταγμένους, πλείω φόβον παρέχειν τοῖς κακοῖς, τοῦ ἀπὸ
τῶν πολεμίων. καὶ ὑμεῖς μὲν ταῦτα ποιεῖτε. σὺ δὲ ὦ Ἀβρα-
δάτα, ὃς ἄρχεις τῶν ἐπὶ ταῖς μηχαναῖς, οὕτω ποίει, ὅπως
τὰ ζεύγη τὰ τοὺς ὑπηρέτας καὶ τοὺς πύργους φέροντα, ἕψε-
ται ὡς ἐγγύτατα τῆς φάλαγγος. σὺ δὲ ὦ Δαοῦχε, ὃς ἄρχεις
τῶν σκευοφόρων ἁρμαμαξῶν, ἐπὶ τοῖς πύργοις ἄγε πάν-
τα τὸν τοιοῦτον στρατόν. οἱ δ' ὑπηρέται σου ἰσχυρῶς κολα-
ζόντων τοὺς προϊόντας τοῦ καιροῦ ἢ λειπομένους. σὺ δ' ὦ
Καρδοῦχε, ὃς ἄρχεις τῶν ἁρμαμαξῶν, αἳ ἄγουσι τὰς γυ-
ναῖκας, κατάστησον αὐτὰς τελευταίας ἐπὶ τοῖς σκευο-
φόροις. ἑπόμενα γὰρ ταῦτα πάντα, καὶ πλήθους δόξαν
παρέξει, καὶ ἐνεδρεύειν ἡμῖν ἐξουσία ἔσται. καὶ τοὺς πο-
λεμίους ἢν κυκλοῦσθαι βούλωνται, μείζω τὴν περιβολὴν
ἀναγκάσει

tis, considerate & equorum et uestrûm ipsorum ar-
ma. sæpe enim ob paruæ rei defectũ, et uir et equus,
& currus inutilis redditur. Cras autẽ manè, donec
ego sacrum faciam, primùm quidem prandendũ est
& uiris & equis, ne quicquid agendi sit tempus, hu-
ius rei indigeatis. Dein tu Araspa dextrum habeto
cornu, quemadmodum etiam habes. At alij qui decies
millenis præestis, sicuti habetis nunc, habetote. Cum
enim simul certamen est, nulli currui tempestiuum
est equos mutando coniugare: iubetéq; centurioni-
bus atq; primipilis, ut stent in phalange bini, haben-
tes singulos manipulos. Erat autem manipulus quis-
que uiri XXIIII. Et quidam ex centurionibus in-
quit: Videmur'ne tibi Cyre satis habituri in tot mi-
lites instructi, aduersus phalanga adeò densam? Ad
quem Cyrus respondit: Ad phalãges densiores quàm
ut armis assequi hostis queant, quid tibi uidentur,
hostibus'ne nocere, an socijs prodesse? Ego enim il-
los grauis armaturæ milites in centenos diuisos,
mallem in decies millenos, ita enim aduersus paucis-
simos pugnaremus. Ex quot ego militibus phalan-
ga densabo, puto totam adiutricem ac sociam futu-
rã ipsam sibi. Iaculatores quidem post loricatos or-
dinabo, post iaculatores autem sagittarios. Hos e-
nim primos in acie quisnam ordinet, qui etiam ipsi
fatentur nullam posse pugnam cominus sustinere?
Cum uerò loricatos habebunt ante se, manebunt:
& illi iaculis, hi sagittis supra omnes ante se collo-
catos iaciendis, lædent hostes. Quicquid est autem
quo quis hostibus incommodat, hoc ipso toto so-
cios leuat. Postremos quidem statuam, qui extre-
mi omnium appellantur. NAM quemadmodum
ædium, neque sine lapidum munita structura, ne-
que sine facientibus tectum ulla est utilitas: ita e-
tiam neque phalangis, nec sine primis, nec sine
ultimis, nisi boni fuerint, ulla utilitas est. Sed uos
ut præcipio instruamini, atque uos scutatorum
principes post hos eodem modo manipulos con-
stituite: & uos sagittariorum præfecti post scu-
tatos itidem. Tu uerò qui in extremos principa-
tum geris, ultimos habens uiros, præcipe tuis ut
quisque suos obseruet, & alios pro officio fungen-
tes adhortetur, & alijs non facientibus uehemen-
ter minitetur. Si quis autem auertatur uolens pro-
dere, hic plectatur morte. Debent enim præfecti au-
dentiam sequentibus inijcere, & uerbo & re: atq;
uos etiam oportet, qui post omnes ordinati estis,
maiore metu ignauos afficere quàm qui est ab ho-
stibus. Et uos quidem hæc facitote. Tu uerò Eufra-
tes qui præes machinarijs, ita facito, ut iumenta
quæ turres atque ministros agunt, sequantur quam
proximè phalanga. Tu autem Dauce qui ducis im-
pedimentaria plaustris, post turreis ac post ma-
chinas age omnis huiusmodi copias. Tui autem mi-
nistri uehementer animaduertant in eos, qui ex
multitudine ante tempus aut procedunt, aut re-
stant. Tu uerò, ô Chadurca, qui carpentis mulie-
res agentibus præfectus es, ipsas post impedimen-
ta locato ultimas. Hæc enim omnia si sequantur,
& multitudinis præbent opinionem, & nobis insi-
diandi dabunt facultatem, maioremque circuitum

facere cogent hostis, si tentent circundare: qui quò plus loci circundent, eò hi necessariò imbecilliores fiant. Et uos quidem ita facitote. Sed tu Artabaze & Artagersa millenarium ordinem uterque uestrorum peditum unà nobiscum post hos habete. Tuq; Pharnuche & Asiadata millenarium equitum ordinem, cui uestrum uterque praeest, nolite constituere in phalanga: sed post carpenta uos separatim ipsi instruimini armis, deinde ad me itote unà cum alijs ducibus. Ita uos parari oportet, ut primos necessariò praeliaturos. Tu uerò qui ijs uiris es praefectus qui praesunt camelis, post carpenta stato, facitoq; quodcunque tibi Artagersas praeceperit. Vos autem qui designati estis curruum duces, uester quidem princeps ante phalanga currus centum secum constituat. alij quidem centeni ordines curruum, alteri ad dextrum latus exercitus incedentes sequantur phalanga ad cornu, alteri uerò ad leuum. Et Cyrus quidem ita instruxit. At Abradatas rex Susorum inquit: Ego tibi Cyre ultro recipio ordinem habere e regione aduersae phalangis, nisi quid tibi aliud uidetur. Et Cyrus eo delectatus admiratusq;, rogauit Persas qui erant in alijs curribus: Num etiam uos haec conceditis? Sed postea quam illi responderunt, non esse honestum haec concedere, sortes his dedit, & in Abradatam sors cecidit, quemadmodum receperat, & oppositus est aduersus Aegyptios. Tum igitur abeuntes, & eorum quae praedixerant curam habentes coenati sunt, constitutisq; custodijs discesserunt cubitum. Postero autem die Cyrus manè sacrum faciebat: alius uerò exercitus cum prandisset, libationemq; fecisset, instruebatur multis atq; pulchris tunicis thoracibusq;, & casidibus multis item & pulchris. Armauerunt etiam equos frontalibus, pectoralibusq;, & solos quidem equos femoralibus. eos uero equos qui erant sub curribus, lateralibus. Itaque uniuersus exercitus aere fulgurabat, puniceoque florebat ornatu. Atque Abradatae currus quatuor temonum, & equorum octo, pulcherrimè erat ornatus. Cumq; induturus esset lineum thoraca, qui ijs patrius est, affert ei Panthea auream casidem & brachialia, & latas armillas circa manuum iuncturas, & tunicam purpuream ad pedes usque tendentem, cuius inferiores orae stolae habebant speciem, & conum hyacinthini coloris. Haec autem clàm uiro fecerat, dimensa illius arma. Quae ille intuitus, & admiratus est, & Pantheam interrogauit: Tu sanè, ô mulier, mundo tuo conciso arma fecisti mihi? Per Iouem, inquit Panthea, haudquaquam illo multi faciundo. tu enim et mihi & alijs, si te talē praestiteris qualis mihi uideris esse, maximus eris mundus. Haec autem dicens simul cum armis induebat, eiq; (quod occultare nitebatur) lachrymae fundebantur per genas. Cumque etiam antea esset spectatu dignißimus Abradatas, ubi his armis instructus est, apparuit & pulcherrimus & uenustissimus: quippe qui natura etiam talis esset. Acceptis autem habenis ab auriga, parabatur ut in currum iam ascensurus. At hic Panthea alijs qui aderant omnibus iussis secedere, dixit: Si qua alia nunquam

uxor

ἀναγκάσει ποιεῖσθαι. ὅσῳ δ᾽ ἂν μείζω χώραν περιβάλλωνται, τοσούτῳ αὐτοὺς ἀσθενεστέρους ἀνάγκη γίγνεσθαι. καὶ ὑμᾶς μὲν αὖ οὕτω ποιεῖτε. σὺ δέ, Ἀρτάβαζε καὶ Ἀρταγέρσα, τὴν χιλιοστὺν ἑκάτερος τῶν σὺν ὑμῖν ἐπὶ τούτοις ἔχετε πεζῶν. καὶ σὺ ὦ Φαρνοῦχε καὶ Ἀσιαδάτα, τὴν τῶν ἱππέων χιλιοστύν, ἧς ἑκάτερος ὑμῶν ἄρχει, μὴ συγκατατάττετε εἰς τὴν φάλαγγα, ἀλλ᾽ ὄπισθεν τῶν ἁρμαμαξῶν ἐξοπλίζεσθε καθ᾽ ὑμᾶς αὐτούς. ἔπειτα πρὸς ἐμὲ ἥκετε σὺν τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσιν. οὕτω δὲ δεῖ ὑμᾶς παρεσκευάσθαι, ὡς πρώτους δεῆσον ὑμᾶς ἀγωνίζεσθαι. καὶ σὺ δέ, ὦ ἄρχων τῶν ἐπὶ ταῖς καμήλοις ἀνδρῶν, ὄπισθεν τῶν ἁρμαμαξῶν ἐκτάττου. ποίει δ᾽ ὅτι ἄν σοι παραγγέλλῃ Ἀρταγέρσης. ὑμεῖς δ᾽ οἱ τῶν ἁρμάτων ἡγεμόνες διακληρωσάμενοι, ὁ μὲν λαχὼν ὑμῶν πρὸ τῆς φάλαγγος, τὰ μεθ᾽ ἑαυτοῦ τὰ ἑκατὸν ἔχων ἅρματα καταστησάτω. αἱ δ᾽ ἕτεραι ἑκατοστύες τῶν ἁρμάτων, ἡ μὲν ἐπὶ τὸ δεξιὸν πλευρὸν τῆς στρατιᾶς στοιχοῦσα, ἑπέσθω τῇ φάλαγγι ἐπὶ κέρας. ἡ δὲ ἐπὶ τὸ εὐώνυμον. Κῦρος μὲν οὕτω διέταττεν. Ἀβραδάτας δὲ ὁ Σούσων βασιλεὺς εἶπεν· ἐγώ σοι ὦ Κῦρε ἐθελούσιος ὑφίσταμαι, τὴν κατὰ πρόσωπον τῆς ἀντίας φάλαγγος τάξιν ἔχειν, εἰ μή τι σοὶ ἄλλο δοκεῖ. καὶ ὁ Κῦρος ἀγασθεὶς αὐτὸν καὶ δεξιωσάμενος, ἐπήρετο τοὺς ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἅρμασι Πέρσας, εἰ καὶ ὑμεῖς, ἔφη, ταῦτα συγχωρεῖτε. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνοι ἀπεκρίναντο, ὅτι οὐ καλὸν εἴη ταῦτα ὑφίεσθαι, διεκλήρωσεν αὐτούς. καὶ ἔλαχεν Ἀβραδάτας ὅπερ ὑφίστατο. καὶ ἐγένετο κατὰ τοὺς Αἰγυπτίους. τότε μὲν δὴ ἀπιόντες καὶ ἐπιμεληθέντες ὧν προεῖπον, ἐδειπνοποιοῦντο καὶ φυλακὰς καταστησάμενοι, ἐκοιμήθησαν. τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ πρῲ μὲν ὁ Κῦρος ἐθύετο. ὁ δ᾽ ἄλλος στρατὸς ἀριστήσας καὶ σπονδὰς ποιησάμενος, ἐξωπλίζετο, πολλοῖς μὲν καὶ καλοῖς χιτῶσι· πολλοῖς δὲ καὶ καλοῖς θώραξι καὶ κράνεσιν· ὥπλιζον δὲ καὶ ἵππους προμετωπιδίοις καὶ προστερνιδίοις. καὶ τοὺς μὲν μονίππους, παραμηριδίοις· τοὺς δ᾽ ἐπὶ τοῖς ἅρμασι, παραπλευριδίοις. ὥστε ἤστραπτε μὲν χαλκῷ. ἤνθει δὲ φοινικίσι πᾶσα ἡ στρατιά. καὶ τὸ τοῦ Ἀβραδάτου δὲ τὸ τετράρρυμον ἅρμα καὶ ἵππων ὀκτὼ παγκάλως ἐκεκόσμητο. ἐπεὶ δ᾽ ἔμελλε τὸν λινοῦν θώρακα, ὃς ἐπιχώριος ἦν αὐτοῖς, ἐνδύεσθαι, προσφέρει αὐτῷ ἡ Πάνθεια χρυσοῦν κράνος, καὶ περιβραχιόνια, καὶ ψέλλια πλατέα περὶ τοὺς καρποὺς τῶν χειρῶν, καὶ χιτῶνα πορφυροῦν ποδήρη στολιδωτὸν κάτω, καὶ λόφον ὑακινθινοβαφῆ. ταῦτα δὲ ἐποιήσατο λάθρα τοῦ ἀνδρὸς ἐκμετρησαμένη τὰ ἐκείνου ὅπλα. ὁ δὲ ἰδὼν ἐθαύμασε, καὶ ἤρετο τὴν Πάνθειαν· οὐ δήπου, ὦ γύναι, συγκόψασα τὸν σαυτῆς κόσμον τὰ ὅπλα μοι ἐποιήσω; μὰ Δί᾽, ἔφη ἡ Πάνθεια, τόν γε πλείστου ἄξιον. σὺ γάρ ἔμοιγ᾽ ἂν καὶ τοῖς ἄλλοις φανῇς, οἷος ἐμοὶ δοκεῖς εἶναι, μέγιστος κόσμος ἔσῃ. ταῦτα λέγουσα, ἐνέδυέ τε τὰ ὅπλα, καὶ λανθάνειν μὲν ἐπειρᾶτο. ἐλείβετο δὲ αὐτῇ τὰ δάκρυα κατὰ τῶν παρειῶν. ἐπεὶ δὲ καὶ πρόσθεν ὢν ἀξιοθέατος ὁ Ἀβραδάτας, ὡπλίσθη τοῖς ὅπλοις τούτοις, ἐφάνη μὲν κάλλιστος καὶ ἐλευθεριώτατος, ἅτε καὶ τῆς φύσεως ὑπαρχούσης. λαβὼν δὲ παρὰ τοῦ ὑφηνιόχου τὰς ἡνίας, παρεσκευάζετο ὡς ἀναβησόμενος ἤδη ἐπὶ τὸ ἅρμα. ἐν δὲ τούτῳ ἡ Πάνθεια ἀποχωρῆσαι κελεύσασα τοὺς παρόντας πάντας, ἔλεξεν· ἀλλ᾽ ὅτι μὲν ὦ Ἀβραδάτα, εἴτις καὶ ἄλλη πώποτε

γυνὴ

γυνὴ τὸν αὑτῆς ἄνδρα μεῖζον τῆς ἑαυτῆς ψυχῆς ἐτίμησεν, οἶμαί σε γιγνώσκειν, ὅτι κἀγὼ μία τούτων εἰμί. τί οὖν με δεῖ καθ᾽ ἓν ἕκαστον λέγειν; τὰ γὰρ ἔργα οἶμαί σοι πιθανώτερα παρεσχῆσθαι τῶν νῦν λεχθέντων. ὅμως δὲ οὕτως ἔχουσα πρὸς σὲ ὥσπερ σὺ οἶσθα, ἐπομνύω σοι τὴν ἐμὴν καὶ σὴν φιλίαν, ἦ μὴν ἐγὼ βούλεσθαι ἂν μετὰ σοῦ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ γενομένου, κοινῇ γῆν ἐπιέσασθαι μᾶλλον, ἢ ζῆν μετ᾽ αἰσχυνομένου αἰσχυνομένη· οὕτως ἐγὼ καὶ σὲ τῶν καλλίστων, καὶ ἐμαυτὴν ἠξίωκα. καὶ Κύρῳ δὲ δοκῶ μεγάλην τινὰ ἡμᾶς χάριν ὀφείλειν, ὅτι με αἰχμάλωτον γενομένην, καὶ ἐξαιρεθεῖσαν ἑαυτῷ, οὔτε ὡς δούλην ἠξίωσε κεκτῆσθαι, οὔτε ὡς ἐλευθέραν ἐν ἀτίμῳ ὀνόματι, διεφύλαξε δὲ σοὶ ὥσπερ ἀδελφοῦ γυναῖκα λαβών. πρὸς δὲ καὶ ὅτε ὁ Ἀράσπας ἀπέστη αὐτοῦ ὁ ἐμὲ φυλάττων, ὑπεσχόμην αὐτῷ, εἴ με ἐάσειε πρὸς σὲ πέμψαι, ἥξειν αὐτῷ σὲ πολὺ Ἀράσπου πιστότερον καὶ ἀμείνονα. ἡ μὲν ταῦτα εἶπεν· ὁ δὲ Ἀβραδάτας ἀγασθεὶς αὐτήν, καὶ θιγὼν αὐτῆς τῆς κεφαλῆς, ἀναβλέψας πρὸς τὸν οὐρανόν, ἐπηύξατο· Ἀλλ᾽, ὦ Ζεῦ μέγιστε, δός μοι φανῆναι ἀξίῳ μὲν Πανθείας ἀνδρί, ἀξίῳ δὲ Κύρου φίλῳ τοῦ ἡμᾶς τιμήσαντος. ταῦτ᾽ εἰπὼν κατὰ τὰς θύρας τοῦ ἁρματείου δίφρου ἀνέβαινεν ἐπὶ τὸ ἅρμα. ἐπεὶ δὲ ἀναβάντος αὐτοῦ κατέκλεισε τὸν δίφρον ὁ ὑφηνίοχος, οὐκ ἔχουσα ἡ Πάνθεια πῶς ἂν ἔτι ἄλλως αὐτὸν ἀσπάσαιτο, κατεφίλησε τὸν δίφρον. καὶ τῷ μὲν προῄει ἤδη τὸ ἅρμα. ἡ δὲ λαθοῦσα αὐτὸν συνεφείπετο, ἕως ἐπιστραφεὶς καὶ ἰδὼν αὐτὴν ὁ Ἀβραδάτας, εἶπε· Θάρρει Πάνθεια, καὶ χαῖρε, καὶ ἄπιθι ἤδη. ἐκ τούτου δὴ οἱ εὐνοῦχοι, καὶ αἱ θεράπαιναι λαβοῦσαι αὐτήν, ἀπῆγον εἰς τὴν ἁρμάμαξαν, καὶ κατέκλιναν, καὶ κατεκάλυψαν τῇ σκηνῇ. οἱ δ᾽ ἄνθρωποι καλοῦ ὄντος τοῦ θεάματος τοῦ Ἀβραδάτου καὶ τοῦ ἅρματος, οὐ πρόσθεν ἐδύναντο θεάσασθαι αὐτόν, πρὶν ἡ Πάνθεια ἀπῆλθεν. ὡς δ᾽ ἐκεκαλλιερήκει μὲν ὁ Κῦρος, ἡ δὲ στρατιὰ παρετέτακτο αὐτῷ, ὥσπερ παρήγγειλε, κατέχων σκοπὰς ἄλλας πρὸ ἄλλων, συνεκάλεσε τοὺς ἡγεμόνας, καὶ ἔλεξεν ὧδε.

ΔΗΜΗΓΟΡΙΑ ΚΥΡΟΥ.

Ἄνδρες φίλοι καὶ σύμμαχοι, τὰ μὲν ἱερὰ ἡμῖν οἱ θεοὶ φαίνουσιν, οἷάπερ ὅτε τὴν πρόσθεν νίκην ἔδοσαν. ὑμᾶς δ᾽ ἐγὼ βούλομαι ἀναμνῆσαι, ὧν μοι δοκεῖτε μεμνημένοι, πολὺ ἂν εὐθυμότεροι εἰς τὸν ἀγῶνα ἰέναι. ἠσκήκατε μὲν γὰρ τὰ εἰς τὸν πόλεμον, πολὺ μᾶλλον τῶν πολεμίων· συντέτραφθε δὲ καὶ συντέταχθε ἐν τῷ αὐτῷ πολὺ πλείω χρόνον ἢ οἱ πολέμιοι, καὶ συννενικήκατε μετ᾽ ἀλλήλων. τῶν δὲ πολεμίων πολλοὶ μὲν συνήττηνται μετ᾽ αὐτῶν. οἱ δὲ ἀμάχητοι ἑκατέρων, οἱ μὲν τῶν πολεμίων ἴσασιν, ὅτι προδότας τοὺς παραστάτας ἔχουσιν. ὑμεῖς δὲ οἱ μεθ᾽ ἡμῶν ἴστε, ὅτι μετὰ θελόντων τῶν συμμάχων ἀρήγειν μάχεσθε. εἰκὸς δὲ τοὺς μὲν πιστεύοντας ἀλλήλοις, ὁμονόως μάχεσθαι μένοντας. τοὺς δὲ ἀπιστοῦντας, ἀναγκαῖον βουλεύεσθαι πῶς ἕκαστοι τάχιστα ἐκποδὼν γένοιντο. ἴωμεν δή, ὦ ἄνδρες, ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἅρματα μὲν ἔχοντες ὡπλισμένα, πρὸς ἄοπλα τὰ τῶν πολεμίων. ὡς δ᾽ αὔτως καὶ ἱππέας καὶ ἵππους ὡπλισμένους πρὸς ἀόπλους ὡς ἐκ χειρὸς μάχεσθαι. πεζοῖς δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις, οἷοις καὶ πρόσθεν μαχεῖσθε. Αἰγυπτίοις δέ, οἳ ὁμοίως μὲν ὡπλισμένοι εἰσίν,

uxor uirum suum pluris quàm animam suam æstimauit, puto te Abradata cognoscere me etiã harũ esse unam. Quid igitur opus est ut omnia singillatim eloquar, cum existimẽ præstitisse me opera uerbis præsentibus probabiliora? Veruntamen cum sic habeã erga te, ut ipse nosti, testor tibi meã tuamq; amicitiam, indubitatò malle me publice obrui terra tecũ bono uiro, quàm uiuere cum dedecoroso dedecorosam. Sic ego & te et meipsam rebus honestissimis dignos habeo. Cyro aũt magnã nos quandã gratiam debere arbitror, quòd me & captiuã & sibi electã, neq; ut seruã dignũ existimauit possidere, neq; ut liberam cũ famæ ignominia, sed asseruauit tibi me captam tanquã fratris uxorẽ. Præterea quando Araspas qui me custodiebat ab eo defecit, ego ei pollicita sum, si me sineret ad te mittere ut uenires, sibi te futurum multò quàm Araspam & fideliorẽ & meliorem uirum. Panthea hæc loquuta est. At Abradatas eius oratione delectatus, mulcensq; eius caput, in cœlum oculos tollens, ita precatus est: At, ô Iupiter optime maxime, da mihi ut me præstem, et uirũ dignum Panthea & dignũ amicũ Cyro, qui nos est honoribus prosecutus. Hæc locutus, per portas capsij ascendit in currum. Sed postea quam is ascendisset, sellamq; auriga clausisset, Panthea non habens quomodo item aliter eum amplecteretur, sellã osculata est. Et Abradatæ currus iam procedebat. Panthea uerò clàm eũ sequebatur, donec cõuersus Abradatas eam intuitus inquit. Fide Panthea, & gaude, atq; iam abito. Exhinc igitur spadones & ancillæ eam capientes deduxerunt in carpentũ, eamq; declinantes tabernaculo uelauerũt. Homines uero quamuis spectaculum pulchrũ esset & Abradatæ & currus, non eum tamen prius spectare potuerunt, quàm Panthea abiisset. At Cyrus postea quam litauit, & eius exercitus quemadmodum is præceperat instructus est, habens speculatores alios ante alios, conuocatis ducibus huiusmodi oratione est usus:

ORATIO CYRI.

AD amorem, Ludouice Auyla, in animis hominum excitandum, etsi nihil est uirtutis pulchritudine ualentius, sæpe tamen usu uenire uidemus, ut ea amoris scintilla, quam uirtutis ipsius splendor accenderit, nisi mutuis officijs, & perspicuis beneuolentiæ indicijs foueatur, aut in ipsis amicitiæ primordijs elanguescat, aut ad luminis claritatem segnius emicet. Quare a quo primum tempore tua me eximia indoles, suauissimi mores, incredibile optimarũ artium studium, te ut quantum alium neminem amarem, impulerunt, ac mihi egregiam tuam erga me uoluntatẽ, tua multa & humanitatis plenissima officia declararũt: nihil mihi sanctius, aut solennius esse debere existimaui, quam ut orientis (ut ita dicã) mutui amoris nostri igniculos, certa quapiam meæ erga te obseruantiæ significatione inflammarẽ, atque enixe operam darẽ, ut me qui à te constanter & perpetuo diligerer, non indignissimũ duceres. Quo in genere, cum eos qui amant nõ ignorarẽ, eos quos amant, ijs potissimũ rebus munerari solere, quas ab illis maxime expeti intelligũt, tibi, quem literarũ cupidissimũ cognoram, aliquid de studiorũ meorum quasi penu depromere cogitabã. Verum cũ de multis, quę inchoata duntaxat atq; informata habeo, unũ aliquid cuperẽ deligere, quod & ad meũ erga te studiũ testificandũ esset appositũ, & tibi aptum ac iucundũ contingeret: optatissimus tuus à Turcico bello cum Cæsare (quem maiestatis causa nomino) Bononiam reditus, facile omnem eius delectus mei dubitationem sustulit. Cum enim in primo congressu nostro, tibi ego de secundissimis Cæsaris euentis essem gratulatus, qui diuina uirtute sua immanissimum hostem præproperam fugam facere coegisset, atq; è re nata inter nos mentio facta esset Alexandri, Themistoclis, Miltiadis, Agesilai, Luculli, Pompeij, & aliorum quorundam Imperatorum, quorum fuissent maxime illustres de Asiæ gentibus uictoriæ: quęsisti tu hoc loco, quęnam fuisset illa Græcorum expeditio, quam Plutarchus M. Antonio cum Parthis bellum gerenti, admirationi fuisse scriptum reliquerit: & nunquid Xenophontis, quem ille autorem nominat, de ea libri adhuc extent: exposui ego tibi celebratæ illius Græcorum monumentis historiæ summatim argumentum. Ac cum te eius subtilius cognoscendæ cupiditate incensum animaduerterem, an Xenophontis ipsius libris septem, quos inter iuueniles meas exercitationes, in latinum sermonem conuersos haberem, rem omnem ordine explicatam, prius quàm hinc discederes, me tibi traditurum pollicitus sum. Ac statim e bibliothecæ meæ latebris, in quibus annos amplius duodecim rudes & informes pene contabuerant, eductos, ut in tuo nomine apparerent in lucẽ, non magis expoliui quam extrusi. Quid enim facerem? An qui in huiusmodi aliqua re tibi gratificari ardentissime cupiissem, hoc à te gratiã iucundi tempus prætermitterem? præsertim cum tu postea sæpius pro iure tuo me appellaris, & tanquam æris alieni submonueris. Ego uero, cum quamdiu esset hic Cæsar commoraturus incertum omnino esset, malui festinata expositione in obsequendo studium & fidem, quam emendationis maturitate curam & exactam quandam diligentiam tibi meam probare. Qui cum ex sermone etiam tuo suspicari potuissem, ita demum fore tibi hoc quicquid muneris est gratissimum, si posses absoluti iam operis uno tempore complusculа exemplaria habere, libros hosce non describendos (quod famæ fuisset meæ fortasse consultius) sed librariorum formulis exprimendos curaui. Neq; illud omnino me deterruit, quod paratos uidebam multos, qui aut hanc uertendi operam contemnerent, aut melius uerti potuisse dicerent. illis enim quod respondeã in promptu est. Primum inique eos facere qui laborem eum uituperent, per quem maximas & grauissimas disciplinas, facile qui non sit rerum omnium imperitissimus, ab interitu uindicatas intelligere possit. Deinde non posse iure id operis reprehendi, e quo summam aliquando de ueteribus ac recentioribus hominibus multi sibi laudem meruerint. Quanquam attentius consideranti, uideri quodammodo possint ea quæ nõ legantur

legantur, maiore ex parte ab alijs, uel quasi mutuo accepta, uel ex alia lingua in patrium sermonem conuersa. Atque ut nulla uertentem laus consequatur, mihi bene & præclare de hominum genere meriti illi uideri solent, qui quum intelligerent operam suam alijs commodiorem, quam sibi gloriosiorem fore, non grauate suam paucorum laudem, ut quamplurimorum utilitati condonatam uellent, sibi in animum induxerunt. Ad hæc, iure fortassis nonnullis mea hæc editio sermonem dederit, si in hoc uno omnes uigiliæ meæ uertantur, ac non tam multa à me scripta domi delitescant, ut quæ conuersa in lucem prodierint, illorum merito prolusiones ueluti quædam numerentur. Et profecto facile passurus sum meum hoc consilium reprehendi, si hi ipsi quibus id non probabitur, ostenderint aliquando, se melius sua, quàm qui uertenint aliena, pronunciasse. Quod si minimi fortasse negocij, atque operę leuissimæ græca in latinum transferre existimauerint, in hac cupio palęstra ut periculum faciant, intelligent profecto multa esse cogitantibus facilima, experientibus supra quam dici possit grauia ac laboriosa. Postremo hos homines exoratos uelim, ne moleste ferant, me dum & incomparabili, quo tui incensus sum, amori indulgeo, & neglectæ fidei crimen redimo, de laude mea non plurimum laborasse. Iam uero qui melius potuisse dicant, hi ut eadem, qua ipse cum eos uerti sui ætate, à se aliquid melius conuersum, ac non maiore ocio, uel laxiore tempore elimatum ostendant, uehementer cupio. Hic est à Cæsaris in hanc urbem aduentu dies opinor quinquagesimus: ex his ipsis diebus, cum primorum aliquot lucem, partim in maximis eripuit negocijs, partim in scholarum publico munere consumpserim, noctium, & succisiuis quidem horis totius operis castigationem elucubraui: reliqui dies librario dati sunt. At maturitatem, & potius cunctationem desiderant. hoc est eodem reuolui. Meum, inquam, studium & beneuolentiam tibi adolescenti nobilissimo, atque omnibus fortunæ ac uirtutis ornamentis prædito, quo uno ego in præsentia poteram, & tu maxime cupiebas modo, declaratam quamprimum uolui, non scienter uertendi facultatem longiore sumpto temporis spacio cuiquam ostentari. Verum cum pluribus quàm in animo habebam, cum hæc ad te scribere exorsus essem, mei huius uel officij, uel obsequij uituperatoribus, si quorum forte aculeos meus hic labor exacuerit, responderim, ad te iam ornatissime Auyla redeo. Munusculi certe huius mei prima erit ab autore commendatio, in quo te spero uel latine loquente, propter summam rerum prudentiam, Socratis discipulum, propter orationis copiam & iucunditatem, Atticam Musam: iam uero quod ea scripsit quibus non solum miles interfuit, uerumetiam dux præfuit, & historiæ fidem, & summi imperatoris laudes agniturum. Illud enim hoc loco non dicam, multa te animaduersurum inter legendum fidei, prudentiæ, tolerantiæ, ac reliquarum uirtutum exempla, quæ facile uelis & possis imitari. Multa item uitiorum, à quibus te semper abhorruisse lætere. Vt illud nullum faciam, magnam tibi uoluptatem afferre posse locorum & [illegible] descriptionem, euentorum uarietatem, illustrium præterea hominum mirabiliter expressos mores, naturam, consilia, acta, casus. Non addam multas etiam castrenses conciones, grauiter & ornate, ac cum multa & plane Xenophontea iucunditate expositas, tibi facile declaraturas, uel inter armorum fremitus suum esse eloquentiæ locum. Quæ enim communes sunt totius historiæ laudes, etsi in Xenophonte, atque adeo in his eius libris multum eminent, eas tamen potes ex aliorum etiam scriptorum monumentis cognoscere. Quod uero præter autoris dignitatem, ad munus meum apud te ornandum ualde fore accommodatum duco primum erit quædam ac maxime germana similitudo illius Græcorum expeditionis cum hac, quæ nuper Caroli Cæsaris magnitudinem & felicitatem immortalitati consecrauit. Vtraque enim magno sane temporum interuallo, certissimo fuit documento, non copiarum numero, sed militum uirtute consilio, non ducum temeritate disciplina, non impetu ad uictoriam profici. Deinde uero, quod cum Græcos leges parua manu infinitum prope Asianorum numerum sæpius fudisse, neque tantum hostium perfidiam, periuria atque insidias ualuisse, quin sola illi uirtute freti per ignota atque infesta loca, feras & immanes gentes euaserint, atque ad suos in patriam incolumes redierint: in minime dubiam spem adduci poteris, Cæsarem aliquando minore multo negocio, uindicata Christiano imperio Peloponneso, extorto de impij hostis manibus Byzantio, in Asiam uictrices aquilas illaturum. Atque utinam mi Auyla, & cum hæc spe atque cogitatione complectere, & cum inter illas gentes assiduus, & fidus comes Cæsarem sequere: mihi qui incredibilem meum erga te amorem hac æditione indicare uolui, animo uero ac uoluntate summa, totum me in clientelam & fidem tibi tradidi, uel uiuenti, uel uitæ iam muneribus perfuncto, aliquid suauitatis ac beneuolentiæ tuæ impertiare. Vale. Bononiæ. pridie Kalend. Februar.

M. D. XXIII.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ
ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

ΔΑΡΕΙΟΥ καὶ Παρυσάτιδος γίγνονται παῖδες δύο, πρεσβύτερος μὲν Ἀρταξέρξης, νεώτερος δὲ Κῦρος. ἐπεὶ δὲ ἠσθένει Δαρεῖος καὶ ὑπώπτευε τελευτὴν τοῦ βίου, ἐβούλετο τὼ παῖδε ἀμφοτέρω παρεῖναι. ὁ μὲν οὖν πρεσβύτερος παρὼν ἐτύγχανε. Κῦρον δὲ μεταπέμπεται ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἧς αὐτὸν σατράπην ἐποίησε. καὶ στρατηγὸν δὲ αὐτὸν ἀπέδειξε πάντων, ὅσοι εἰς Καστωλοῦ πεδίον ἀθροίζονται. ἀναβαίνει οὖν ὁ Κῦρος, λαβὼν Τισσαφέρνην ὡς φίλον, καὶ τῶν Ἑλλήνων δὲ ἔχων ὁπλίτας ἀνέβη τριακοσίους, ἄρχοντα δὲ αὐτῶν Ξενίαν Παῤῥάσιον. ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησε Δαρεῖος, καὶ κατέστη εἰς τὴν βασιλείαν Ἀρταξέρξης, Τισσαφέρνης διαβάλλει τὸν Κῦρον πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὡς ἐπιβουλεύοι αὐτῷ. ὁ δὲ πείθεταί τε, καὶ συλλαμβάνει Κῦρον, ὡς ἀποκτενῶν. ἡ δὲ μήτηρ ἐξαιτησαμένη αὐτὸν, ἀποπέμπει πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχήν. ὁ δ' ὡς ἀπῆλθε κινδυνεύσας καὶ ἀτιμασθεὶς, βουλεύεται ὅπως μήποτε ἔτι ἔσται ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ, ἀλλ' ἢν δύνηται, βασιλεύσει ἀντ' ἐκείνου. Παρύσατις μὲν δὴ ἡ μήτηρ ὑπῆρχε τῷ Κύρῳ φιλοῦσα αὐτὸν μᾶλλον, ἢ τὸν βασιλεύοντα Ἀρταξέρξην. ὅστις δ' ἀφικνεῖτο τῶν παρὰ βασιλέως πρὸς αὐτὸν, πάντας οὕτω διατιθεὶς ἀπεπέμπετο, ὥσθ' ἑαυτῷ μᾶλλον φίλους εἶναι ἢ βασιλεῖ. καὶ τῶν παρ' ἑαυτῷ δὲ βαρβάρων ἐπεμελεῖτο, ὡς πολεμεῖν τε ἱκανοὶ εἴησαν, καὶ εὐνοϊκῶς ἔχοιεν αὐτῷ. τὴν δὲ Ἑλληνικὴν δύνα-

μιν

XENOPHONTIS
DE CYRI MINORIS EXPEDITIONE LIBER PRIMVS,

Romulo Amasæo interp.

DARIVS ex Parysatide filios duos suscepit: maiorē quidem natu Artaxerxē, minorē uerò Cyrū. Is cū graui affectus morbo, extremū à se diē nō longe abesse suspicaretur, utrūq; filium cùm è uita decederet, interesse cupiebat. Aderat tūc quidē Artaxerxes. Cyrus e prouincia, cui à patre præfectus fuerat, accersendus fuit: ei nāq; omniū qui ad Castoli cāpos cōueniūt, imperiū detulerat. Ac uenit ille quidē quamprimū cū Tissapherne, quē sibi amicū putabat, & Grecorum grauis armature peditū trecentorū cohorte, quam Xenias Parrhasius ducebat. Mortuo uerò Dario, cū ei in regnū Artaxerxes successisset, Tissaphernes Cyrum apud fratrē criminatur, quòd ei insidias cōpararet: cui cū ille credidisset, Cyrū cōprehēdit. Eū tamē mater deprecatione sua, certæ necis periculo liberatum, in prouinciā remittit. Tūc Cyrus et periculi, et fraterne cōtumeliæ indignitate grauiter cōmotus, deliberat quonā modo et à fratre deficiat, et eius etiā sibi regnū uindicet. Et Parysatis qdē mater, in hūc magis q̄ in ipsum regnantē Artaxerxē animi inclinatiōe ppēdebat. Ipse uerò Cyrus eorū q ad se à rege quacūq; de causa uenißēt, ita sibi animos cōciliabat, ut amiciores multò sibi, q̄ regi dimitteret. Preterea curabat, ut barbari quos habebat apud se, boni bellatores essent, & eos sibi suo beneficio deuinciebat, & Grecorū copias

pias quam occultißime (quod scilicet regem imparatißimum adoriretur) ad se accersebat. Quoties uaque singularum ciuitatum præsidia recenseret, toties præfectis earum negocium dabat, ut e Peloponneso quam plurimos, quamq; lectißimos homines euocarent, simulans comperisse se eas Ioniæ ciuitates à Tissapherne clàm solicitari. quæ cum fuissent antea à rege Tissapherni traditæ, nuper ad Cyrum omnes, præter Miletum, defecerant. Cum enim Milesios Tissaphernes præsensisset nouas res moliri, ex consilij eius autoribus partim occiderat, partim in exilium expulerat. Hos cum Cyrus ad se confugientes excepisset, exercitu comparato Miletum summa ui, terra marique suscepta exulum causa, aggressus fuerat obsidere: quæ sane obsidio eius quoque in nouo delectu dissimulationem facilè sustinebat. Qua etiam de causa miserat Cyrus ad regem legatos. qui cum orarent, ut ei qui frater esset, mallet quàm Tissapherni eas ciuitates parère: qua quidem in re neque matris ei studium defuit. Atque his artibus rex initum aduersus se consilium non animaduertit. Cum enim existimaret contra Tissaphernem à fratre copias comparari, non molestißime ferebat eos inter se armis dissidere, præsertim uero cum tributi nomine, pro ijs quas diximus ciuitatibus nihil minus quàm Tissaphernes regi Cyrus penderet. Et Cyro alius etiam delectus habebatur in Chersoneso, qui Abydi è regione est, ad hunc sane modum. Clearchus Lacedæmonius domo eiectus, erat apud Cyrum in summo honore à quo cum Daricorum decem millia accepisset, ex Chersoneso collecta manu, Thracibus qui supra Hellespontum sunt bellum intulit. Quæ res quod erat ex Græcorum commodo, ciuitates Hellesponti ultrò ei ad alendum exercitum pecunias conferebant: quare & hæ Cyro copiæ clàm confectæ sunt. Aristippus uerò Thessalus hospes eius, cum domi aduersariorum factione premeretur, ad Cyrum confugit. à quo cum pecuniam in bis mille mercenarios milites, & trimestre stipendium poposcisset, quòd ea se manu facile inimicis superiorem futurum consideret, Cyrus in quater mille, & mensium sex ei stipendium detulit: hominemque incitauit, ut negocium conficere maturaret, prius quàm ad se eum consultandi causa accerseret. Atque etiam in Thessalia exercitus ex occulto Cyro alebatur. Eodem sanè tempore Proxenum Bœotium, bello in Pisidas sibi infensos simulato, pro uetere amicitia rogauit, ut ad se cum quàm posset maximo militum numero ueniret. Sophænetum etiam Stymphalium, & Socratem Achæum cum & illi sui essent hospites, belli eius nomine quod Milesiorū exulum causa contra Tissaphernem suscepisset, plurimis militibus sumptis utrunq; ad se euocauit: neq; hi in officio non fuerunt. Cyrus ubi in superiorem Asiam mouere statuit, causam huius belli eam præ se tulit, quod Pisidas finibus suis uellet eijcere: atque ob eam rem simulat omnia tum Græcorum, tum barbarorum auxilia se cogere. Tum Clearcho denunciat, ut ad se quas habebat copias, adducat. Aristippum admonet ut pace cum ciuibus facta, ad se quem haberet exercitum mittat. Xeniæ uerò Arcadi, quem ijs quos

μιν ἤθροιζεν, ὡς μάλιστα ἐδύνατο ἐπικρυπτόμενος, ὅπως ὅτι ἀπαρασκευαστότατον λάβοι βασιλέα. ὅτε οὖν ἐποιεῖτο τὴν συλλογήν, ὁπόσους εἶχε φύλακας ἐν ταῖς πόλεσι, παρήγγειλε τοῖς φρουράρχοις ἑκάστοις λαμβάνειν ἄνδρας πελοποννησίους, ὅτι πλείστους καὶ βελτίστους, ὡς ἐπιβουλεύοντος τισσαφέρνους ταῖς πόλεσι. καὶ γὰρ ἦσαν ἰωνικαὶ πόλεις τισσαφέρνους τὸ ἀρχαῖον, ἐκ βασιλέως δεδομέναι. τότε δ᾽ ἀπέστησαν πρὸς κῦρον πᾶσαι πλὴν μιλήτου. ἐν μιλήτῳ δ᾽ ὁ τισσαφέρνης προαισθόμενος τὰ αὐτὰ ταῦτα βουλευομένους ἀποστῆναι πρὸς κῦρον, τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δ᾽ ἐξέβαλεν. ὁ δὲ κῦρος ὑπολαβὼν τοὺς φεύγοντας, συλλέξας στράτευμα, ἐπολιόρκει μίλητον καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, ἐπειρᾶτο κατάγειν τοὺς ἐκπεπτωκότας. αὕτη οὖν ἄλλη πρόφασις ἦν αὐτῷ τοῦ ἀθροίζειν στράτευμα. πρὸς δὲ βασιλέα πέμπων, ἠξίου ἀδελφὸς ὢν αὐτοῦ, δοθῆναι οἱ ταύτας τὰς πόλεις μᾶλλον, ἢ τισσαφέρνην ἄρχειν αὐτῶν. καὶ ἡ μήτηρ συνέπραττεν αὐτῷ ταῦτα, ὥστε βασιλεὺς τῆς πρὸς ἑαυτὸν ἐπιβουλῆς οὐκ ᾐσθάνετο. τισσαφέρνει δὲ ἐνόμιζε πολεμοῦντα αὐτὸν ἀμφὶ τὰ στρατεύματα δαπανᾶν. ὥστε οὐδὲν ἤχθετο αὐτῶν πολεμούντων. καὶ γὰρ ὁ κῦρος ἀπέπεμπε τοὺς γιγνομένους δασμοὺς βασιλεῖ ἐκ τῶν πόλεων, ὧν ὁ τισσαφέρνης ἐτύγχανεν ἔχων. ἄλλο δὲ στράτευμα συνελέγετο αὐτῷ ἐν χερρονήσῳ τῇ καταντιπέρας ἀβύδου, τόνδε τὸν τρόπον. κλέαρχος λακεδαιμόνιος φυγὰς ἦν. τούτῳ συγγενόμενος ὁ κῦρος, ἠγάσθη τε αὐτόν, καὶ δίδωσιν αὐτῷ μυρίους δαρεικούς. ὁ δὲ λαβὼν τὸ χρυσίον, στράτευμα συνέλεξεν ἀπὸ τούτων τῶν χρημάτων. καὶ ἐπολέμει ἐκ χερρονήσου ὁρμώμενος, τοῖς θρᾳξὶ τοῖς ὑπὲρ ἑλλήσποντον οἰκοῦσι, καὶ ὠφέλει τοὺς ἕλληνας. ὥστε καὶ χρήματα συνεβάλλοντο αὐτῷ εἰς τὴν τροφὴν τῶν στρατιωτῶν, αἱ ἑλλησποντιακαὶ πόλεις ἑκοῦσαι. τοῦτο δ᾽ αὖ οὕτω τρεφόμενον ἐλάνθανεν αὐτῷ τὸ στράτευμα. ἀρίστιππος δὲ ὁ θετταλὸς ἐτύγχανε ξένος ὢν αὐτῷ, καὶ πιεζόμενος ὑπὸ τῶν οἴκοι ἀντιστασιωτῶν, ἔρχεται πρὸς τὸν κῦρον, καὶ αἰτεῖ αὐτὸν εἰς δισχιλίους ξένους καὶ τριῶν μηνῶν μισθόν, ὡς οὕτω περιγενόμενος ἂν τῶν ἀντιστασιωτῶν. ὁ δὲ κῦρος δίδωσιν αὐτῷ εἰς τετρακισχιλίους, καὶ ἓξ μηνῶν μισθόν. καὶ δεῖται αὐτοῦ μὴ πρόσθεν καταλῦσαι πρὸς τοὺς ἀντιστασιώτας, πρὶν ἂν αὐτῷ συμβουλεύσηται. οὕτω δὲ αὖ τὸ ἐν θετταλίᾳ ἐλάνθανεν αὐτῷ τρεφόμενον στράτευμα. πρόξενον δὲ τὸν βοιώτιον, φίλον ὄντα αὐτῷ, ἐκέλευσε λαβόντα ἄνδρας ὅτι πλείστους παραγενέσθαι, ὡς εἰς πισίδας βουλόμενος στρατεύεσθαι, ὡς πράγματα παρεχόντων πισιδῶν τῇ ἑαυτοῦ χώρᾳ. σοφαίνετον δὲ τὸν στυμφάλιον, καὶ σωκράτην τὸν ἀχαιόν, ξένους ὄντας καὶ τούτους, ἐκέλευσεν ἄνδρας λαβόντας ἐλθεῖν ὅτι πλείστους, ὡς πολεμήσων τισσαφέρνει σὺν τοῖς φυγάσι τῶν μιλησίων. καὶ ἐποίουν οὕτως οὗτοι. ἐπεὶ δὲ ἐδόκει αὐτῷ ἤδη πορεύεσθαι ἄνω, τὴν μὲν πρόφασιν ἐποιεῖτο, ὡς πισίδας βουλόμενος ἐκβαλεῖν παντάπασιν ἐκ τῆς χώρας. καὶ ἀθροίζει ὡς ἐπὶ τούτους τό τε βαρβαρικὸν καὶ τὸ ἑλληνικὸν ἐνταῦθα στράτευμα. καὶ παραγγέλλει τῷ τε κλεάρχῳ λαβόντι ἥκειν ὅσον ἦν αὐτῷ στράτευμα. καὶ τῷ ἀριστίππῳ συναλλαγέντι πρὸς τοὺς οἴκοι, ἀποπέμψαι πρὸς ἑαυτὸν ὃ εἶχε στράτευμα, καὶ ξενίᾳ τῷ ἀρκάδι, ὃς αὐτῷ προειστήκει

προειστήκει τοῦ ἐν ταῖς πόλεσι ξενικοῦ, ἥκειν παραγγέλλει λαβόντα τοὺς ἄνδρας, πλὴν ὁπόσοι ἱκανοὶ ἦσαν τὰς ἀκροπόλεις φυλάττειν. ἐκάλεσε δὲ καὶ τοὺς μίλητον πολιορκοῦντας, καὶ τοὺς φυγάδας ἐκέλευσε σὺν αὐτῷ στρατεύεσθαι, ὑποσχόμενος αὐτοῖς εἰ καλῶς καταπράξειεν ἐφ᾽ ἃ ἐστρατεύετο, μὴ πρόσθεν παύσεσθαι, πρὶν αὐτοὺς καταγάγοι οἴκαδε. οἱ δὲ ἡδέως ἐπείθοντο. ἐπίστευον γὰρ αὐτῷ. καὶ λαβόντες τὰ ὅπλα, παρῆσαν εἰς σάρδεις. ξενίας μὲν δὴ τοὺς ἐκ τῶν πόλεων λαβὼν, παρεγένετο εἰς σάρδεις ὁπλίτας εἰς τετρακισχιλίους. πρόξενος δὲ παρῆν ἔχων ὁπλίτας μὲν εἰς πεντακοσίους καὶ χιλίους, γυμνῆτας δὲ πεντακοσίους. σοφαίνετος δὲ ὁ συμφάλιος, ὁπλίτας ἔχων χιλίους. σωκράτης δὲ ὁ ἀχαιὸς ὁπλίτας ἔχων ὡς πεντακοσίους. πασίων δὲ ὁ μεγαρεὺς εἰς ἑπτακοσίους ἔχων ἄνδρας παρεγένετο. ἦν δὲ καὶ οὗτος καὶ ὁ σωκράτης τῶν ἀμφὶ μίλητον στρατευομένων. οὗτοι μὲν εἰς σάρδεις αὐτῷ ἀφίκοντο. τισσαφέρνης δὲ κατανοήσας ταῦτα, καὶ μείζονα ἡγησάμενος εἶναι, ἢ ὡς ἐπὶ πισίδας τὴν παρασκευὴν, πορεύεται ὡς βασιλέα ᾗ ἐδύνατο τάχιστα, ἱππέας ἔχων ὡς πεντακοσίους. καὶ βασιλεὺς μὲν δὴ ἐπεὶ ἤκουσε παρὰ τισσαφέρνους τὸν κύρου στόλον, ἀντιπαρεσκευάζετο. κῦρος δὲ ἔχων, οὓς εἶπον, ὡρμᾶτο ἀπὸ σάρδεων, καὶ ἐξελαύνει διὰ τῆς λυδίας σταθμοὺς τρεῖς παρασάγγας εἴκοσι καὶ δύο ἐπὶ τὸν μαίανδρον ποταμόν. τούτου τὸ εὖρος δύο πλέθρα. γέφυρα δὲ ἐπῆν, ἐζευγμένη πλοίοις ἑπτά. τοῦτον διαβὰς, ἐξελαύνει διὰ φρυγίας σταθμὸν ἕνα, παρασάγγας ὀκτὼ, εἰς κολοσσὰς πόλιν οἰκουμένην, εὐδαίμονα καὶ μεγάλην. ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας ἑπτά. καὶ ἧκε μένων ὁ θετταλὸς, ἔχων ὁπλίτας χιλίους, καὶ πελταστὰς πεντακοσίους, δόλοπας καὶ αἰνιᾶνας καὶ ὀλυνθίους. ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς παρασάγγας εἴκοσιν, εἰς κελαινὰς τῆς φρυγίας πόλιν οἰκουμένην μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. ἐνταῦθα κύρῳ βασίλεια ἦν, καὶ παράδεισος μέγας ἀγρίων θηρίων πλήρης, ἃ ἐκεῖνος ἐθήρευεν ἀπὸ ἵππου, ὁπότε γυμνάσαι βούλοιτο ἑαυτόν τε καὶ τοὺς ἵππους. διὰ μέσου δὲ τοῦ παραδείσου ῥεῖ ὁ μαίανδρος ποταμός. αἱ δὲ πηγαὶ αὐτοῦ εἰσιν ἐκ τῶν βασιλείων. ῥεῖ δὲ καὶ διὰ τῆς κελαινῶν πόλεως. ἔστι δὲ καὶ μεγάλου βασιλέως βασίλεια ἐν κελαιναῖς ἐρυμνὰ ἐπὶ ταῖς πηγαῖς τοῦ μαρσύου ποταμοῦ, ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει. ῥεῖ δὲ καὶ οὗτος διὰ τῆς πόλεως, καὶ ἐμβάλλει εἰς τὸν μαίανδρον. τοῦ δὲ μαρσύου τὸ εὖρος ἐστὶν εἴκοσι καὶ πέντε ποδῶν. ἐνταῦθα λέγεται ἀπόλλων ἐκδεῖραι μαρσύαν νικήσας, ἐρίζοντά οἱ περὶ σοφίας, καὶ τὸ δέρμα κρεμάσαι ἐν τῷ ἄντρῳ, ὅθεν αἱ πηγαί. διὰ δὲ τοῦτο ὁ ποταμὸς καλεῖται μαρσύας. ἐνταῦθα ξέρξης ὅτε ἐκ τῆς ἑλλάδος ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ ἀπεχώρει, λέγεται οἰκοδομῆσαι ταῦτά τε τὰ βασίλεια, καὶ τὴν κελαινῶν ἀκρόπολιν. ἐνταῦθα ἔμεινε κῦρος ἡμέρας τριάκοντα, καὶ ἧκε κλέαρχος ὁ λακεδαιμόνιος φυγὰς, ἔχων ὁπλίτας χιλίους, καὶ πελταστὰς θρᾷκας ὀκτακοσίους, καὶ τοξότας κρῆτας διακοσίους. ἅμα δὲ καὶ σωσίας παρῆν ὁ συρακόσιος, ἔχων ὁπλίτας χιλίους. καὶ σοφαίνετος ὁ ἀρκὰς ἔχων ὁπλίτας χιλίους. ἐνταῦθα κῦρος ἐξέτασιν καὶ ἀριθμὸν τῶν ἑλλήνων ἐποίησεν ἐν τῷ παραδείσῳ. καὶ ἐγένοντο οἱ σύμπαντες, ὁπλῖται μὲν μύριοι καὶ χίλιοι, πελτασταὶ δὲ ἀμφὶ τοὺς δισχιλίους. ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, εἰς πέλτας πόλιν οἰκουμένην. ἐνταῦθα ἔμεινεν

quos in ciuitatib. singulis habebat mercenarijs præfecerat, imperat ut ad se, firmatis tamē præsidijs arcibus, cū suis omnibus ueniat. Eos quoq; qui in Mileti obsidione occupati erāt, ac ipsos etiā exules, sibi eius expeditionis socios adsciscit. quibus pollicetur confecto ex sentētia quod tunc suscipiebat bello, nō conquieturū se prius, quam eos domum restituisset. Hi uero minime inuiti paruerunt: quippe qui Cyro fidem habebāt, ac omnes quidē Sardeis armati conuenerunt. Xenias collectis omnibus ex urbibus, ad quatuor millia peditū grauis armaturæ: Proxenus cum mille & quingentis, et expeditis quingētis: Sophænetus grauis armaturæ mille. Socrates Achæus ferè quingētos adduxere. Pasion Megarensis cū septingentis militibus uenit. Hic & Socrates unà in Mileti oppugnatiōe fuerāt. Atq; hi quidē Sardibus præstò fuere. Cū hæc animaduerteret Tissaphernes, eumq; apparatū maiorē esse arbitraretur, quàm ut aduersus Pisidas cōparari uideretur, cū equitū quingentorum comitatu, ad regē quàm potuit maximis itineribus cōtendit. Vbi rem omnē rex cognouit ex Tissapherne, & ipse omnia ad bellū necessaria comparat. Cyrus uero cū ijs, quas enumerauimus copijs, Sardibus mouit. Inde per Lydiā tertijs castris, parasangas uiginti duas, quod est ad passuū millia octoginta octo, progressus, ad Mæandrū amnē peruenit. Cuius cū esset latitudo duū plethrorū, id est, passuum fermè quadraginta, erat tūc pōte, quē nauigia septē sustinebāt, iūctus. Hūc cū traiecisset, per Phrygiam primis castris tricies bis mille passib. cōfectis, ad Colossas uenit, celebrē urbē, magnā et opulentā: ubi cum dies septē cōmoratus esset, superuenit interea Menon Thessalus, cum grauis armaturæ peditibus mille, cetratis: item quingentis Dolopibus, Aenianensibus, Olynthijs. Inde uero tertijs castris passuū octoginta millia progressus, Celenas uenit. Vrbs hæc Phrygiæ est, ampla, frequens, & luculēta. Hic Cyri regia fuit in qua hortus feris refertissimi, quas ex equo insectabatur, quoties seipsum & equos exercere uellet. Medios hortos Mæāder perlabitur, eiusq; fontes in ipsa regia sunt. Idem amnis oppidū quoq; præterfluit. Est etiam regis ipsius Celenis regia in edito, et situ ipso munito loco, sub arce, ad Marsyæ fluminis fontes. Marsyas etiam urbem præterfluēs, in Mæandrum intrat: cuius est latitudo pedū uiginti quinque. Hic Apollinem ferunt à se in tibiarū certamine uicto Marsyæ cutē detraxisse, eāq; in antro ubi fontes sunt, suspendisse, atq; ex ea re flumini nomen inditū. Hoc in loco Xerxē traditū est, cum clade accepta ex Græcia retrocederet, regiā hanc & arcem munisse. Illic Cyrus triginta dies commoratus est. intra quos Clearchus Lacedæmonius exul, cum peditib. grauis armaturæ mille, & Thracibus cetratis octingentis, Cretensibus sagittarijs ducentis, est eum assequutus. Per eosdē etiā dies Sosias adfuit Syracusanus, cum grauis armaturæ peditibus mille, & cum totidē Sophænetus Arcas. In ijs quos antè diximus hortis, Cyrus Græcorū cēsum habuit. Censa sunt grauis armaturæ pedites XI millia, cetrati plus minus bis mille. Hinc secūdis castris passus XL millia processit ad Peltas celebre oppidum, ubi dies

Celenæ Cyri regia.

dies item tres mansit. Ibi Xenias ludos fecit, Lupercalia. uictoribus præmia fuere strigiles aureæ. Eos ludos ipse etiã Cyrus spectauit. Hinc secũdis castris millibus passuum XLVIII. confectis, Ceramuntem uenit. Ea urbs nobilis est, in Mysiæ finibus. Ab hac tertijs castris millibus passuũ CXX. ad Caystri campos, quæ ciuitas & ipsa frequens: hic dies quinque substitit. Quo in loco cum militi trimestre iam, atq; eo maius stipendium deberetur, urgebatur quotidie Cyrus à multitudine, quæ ad eius fores cõueniebat. At ille flagitantes spe alebat: neq; tamen animi solicitudinẽ dissimulare poterat, quippe qui neutiquã, cum haberet, pensionem differre solitus esset. Interea Epyaxa, Syennesis Ciliciũ regis uxor, ad Cyrum uenit, à qua magnam creditur pecuniam accepisse. quatuor mensium certè mercedẽ militibus dissoluit: ac eam quidẽ Ciliciũ & Aspendiorũ satellitũ comitatus deduxerat. Vulgò quidẽ ferebatur eum Cyro eam congressam. Hinc secũdis castris passuum XL. millia progressus, Thymbrium uenit. ciuitas et ea celebris. In ipsa quæ huc ducit uia, fons ostẽditur, qui Midæ dicitur: cum enim Midam Phrygum regem uino miscuisse proditum est, cum ad se * Silenum pellexit. Hinc secundis castris millium passuum XL. itinere, ad frequentem urbem Tyriæum peruenit, quo in loco dies tres commoratus. Cum interea Cilissa ut exercitum sibi ostenderet uniuersum rogasset, Græcorum ac barbarorum copias in proximo campo hoc modo recensuit. Græcis imperauit, ut suo ritu aciem instruerent, ac suos quisq; produceret. Illi in cornua diuisi, quaterni constiterunt. Dextrum Menõ tenuit: in læuo suos Clearchus habuit: in media cæteri duces acie stetere. Spectauit Cyrus barbaros primùm: atq; hi quidẽ in cateruas ac centurias descripti processere: Græcos deinde: ipse curru præteruectus, Cilissa uero plaustro curuli. Erant omnibus æreæ galeæ, puniceæ tunicæ, ocreæ, & scuta ad splendorem detersa. Cyrus omnia conspicatus, currum ante aciem sustinuit, ac Pigretem interpretẽ misit, qui Græcorum ducibus suo nomine denunciaret, ordinibus imperarent, scuta ut proijcerent, ac quasi impressionem facerent, ita promouerent. Atque hi quidem militibus quod facto opus essent significarunt. Quare ubi classicum cecinit, cuncti proiectis scutis, cum clamore promouerunt. Inde cùm celerius cum clamore progrederentur, factus est sua spõte militũ cursus ad tentoria. Ibi cùm barbaris alijs sane multis incessit metus ac trepidatio, tũ Cilissa ex curruli plaustro se in fugã dedit: forensis uerò omnis multitudo mercibus relictis dilapsa est: at Græci se cũ risu intra tabernacula recepere. Regina speciẽ ac ordinẽ exercitus est uehemẽter admirata. Ac Cyrus quidẽ magnã cepit uoluptatẽ, cũ Græcos animaduertit tãtopere à barbaris metui. Progressus hinc tertijs castris millia pass. LXXX. ad Iconium, quæ extrema Phrygiæ urbs est, uenit: in qua triduum cõmoratus, inde per Lycaoniã quinis castris nonaginta duûm milliũ passuũ iter fecit. Agrum uero eius regionis uniuersum, ut hostilem, Græcis diripiendũ tradidit. Hinc Ciliciã ea uia, quæ breuissima uisa est, Menonis Thessali cohorti, ipsiq; Meno-

* In Græco Satyrum.

ἔμεινεν ἡμέρας τρεῖς· ἐν αἷς Ξενίας ὁ Ἀρκὰς τὰ Λύκαια ἔθυσε, καὶ ἀγῶνα ἔθηκε· τὰ δὲ ἆθλα ἦσαν, στλεγγίδες χρυσαῖ. ἐθεώρει δὲ τὸν ἀγῶνα καὶ Κῦρος. ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δώδεκα, εἰς Κεραμῶν ἀγοράν, πόλιν οἰκουμένην, ἐσχάτην ἐν τῇ Μυσίᾳ χώρᾳ. ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας τριάκοντα, εἰς Καΰστρου πεδίον, πόλιν οἰκουμένην. ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας πέντε, καὶ τοῖς στρατιώταις ὠφείλετο μισθὸς πλέον ἢ τριῶν μηνῶν. καὶ πολλάκις ἰόντες ἐπὶ τὰς θύρας ἀπῄτουν. ὁ δὲ ἐλπίδας λέγων διῆγε, καὶ δῆλος ἦν ἀνιώμενος. οὐ γὰρ ἦν πρὸς τοῦ Κύρου τρόπου, ἔχοντα μὴ ἀποδιδόναι. ἐνταῦθα ἀφικνεῖται Ἐπύαξα ἡ Συεννέσιος γυνὴ τοῦ Κιλίκων βασιλέως παρὰ Κῦρον. καὶ ἐλέγετο Κύρῳ δοῦναι χρήματα πολλά. τῇ δ' οὖν στρατιᾷ τότε ἀπέδωκε Κῦρος μισθὸν τεττάρων μηνῶν. εἶχε δὲ ἡ Κίλισσα καὶ φύλακας περὶ αὑτὴν Κίλικας καὶ Ἀσπενδίους. ἐλέγετο δὲ καὶ συγγενέσθαι τῇ Κιλίσσῃ. ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, εἰς Θύμβριον πόλιν οἰκουμένην. ἐνταῦθα ἦν παρὰ τὴν ὁδὸν κρήνη ἡ Μίδου καλουμένη τοῦ Φρυγῶν βασιλέως, ἐφ' ᾗ λέγεται Μίδας τὸν σάτυρον θηρεῦσαι, οἴνῳ κεράσας αὐτήν. ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο παρασάγγας δέκα εἰς Τυριάειον πόλιν οἰκουμένην. ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας τρεῖς. καὶ λέγεται δεηθῆναι ἡ Κίλισσα Κύρου, ἐπιδεῖξαι τὸ στράτευμα ἑαυτῇ. βουλόμενος οὖν ἐπιδεῖξαι, ἐξέτασιν ποιεῖται ἐν τῷ πεδίῳ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων. ἐκέλευσε δὲ τοὺς Ἕλληνας, ὡς νόμος αὐτοῖς εἰς μάχην, οὕτω ταχθῆναι καὶ στῆναι, συντάξαι δὲ ἕκαστον τοὺς ἑαυτοῦ. ἐτάχθησαν οὖν ἐπὶ τεττάρων. εἶχε δὲ τὸ μὲν δεξιὸν Μένων καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· τὸ δ' εὐώνυμον, Κλέαρχος καὶ οἱ ἐκείνου· τὸ δὲ μέσον οἱ ἄλλοι στρατηγοί. ἐθεώρει οὖν ὁ Κῦρος πρῶτον μὲν τοὺς βαρβάρους. οἱ δὲ παρήλαυνον τεταγμένοι κατ' ἴλας καὶ κατὰ τάξεις· εἶτα δὲ τοὺς Ἕλληνας παρελαύνων ἐφ' ἅρματος, καὶ ἡ Κίλισσα ἐφ' ἁρμαμάξης. εἶχον δὲ πάντες κράνη χαλκᾶ καὶ χιτῶνας φοινικοῦς, καὶ κνημῖδας, καὶ τὰς ἀσπίδας ἐκκεκαθαρμένας. ἐπεὶ δὲ πάντας παρήλασε, στήσας τὸ ἅρμα πρὸ τῆς φάλαγγος, πέμψας Πίγρητα τὸν ἑρμηνέα παρὰ τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων, ἐκέλευσε προβαλέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ ἐπιχωρῆσαι ὅλην τὴν φάλαγγα. οἱ δὲ ταῦτα προεῖπον τοῖς στρατιώταις. καὶ ἐπεὶ ἐσάλπιγξε, προβαλόμενοι τὰ ὅπλα ἐπῄεσαν. ἐκ δὲ τούτου θᾶττον προϊόντων σὺν κραυγῇ, ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, δρόμος ἐγένετο τοῖς στρατιώταις ἐπὶ τὰς σκηνάς. τῶν δὲ βαρβάρων φόβος πολλοῖς τε καὶ ἄλλοις. καὶ ἥ τε Κίλισσα ἔφυγεν ἐκ τῆς ἁρμαμάξης. καὶ οἱ ἐκ τῆς ἀγορᾶς καταλιπόντες τὰ ὤνια, ἔφυγον. οἱ δὲ Ἕλληνες σὺν γέλωτι ἐπὶ τὰς σκηνὰς ἦλθον. ἡ δὲ Κίλισσα ἰδοῦσα τὴν λαμπρότητα καὶ τὴν τάξιν τοῦ στρατεύματος, ἐθαύμαζε. Κῦρος δὲ ἥσθη, τὸν ἐκ τῶν Ἑλλήνων φόβον εἰς τοὺς βαρβάρους ἰδών. ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσιν, εἰς Ἰκόνιον τῆς Φρυγίας πόλιν ἐσχάτην. ἐνταῦθα ἔμεινε τρεῖς ἡμέρας. ἐντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ τῆς Λυκαονίας σταθμοὺς πέντε, παρασάγγας τριάκοντα. ταύτην τὴν χώραν ἐπέτρεψε διαρπάσαι τοῖς Ἕλλησιν, ὡς πολεμίαν οὖσαν. ἐντεῦθεν ὁ Κῦρος τὴν Κίλισσαν εἰς Κιλικίαν ἀποπέμπει, τὴν ταχίστην ὁδόν. καὶ συνέπεμψεν αὐτῇ στρατιώτας, οὓς Μένων εἶχε, καὶ αὐτὸν μένωνα

μένωνα τὸν θεσσαλόν. κῦρος δὲ μετὰ τῶν ἄλλων ἐξελαύνει διὰ καππαδοκίας σταθμοὺς τέσσαρας, παρασάγγας εἴκοσι καὶ πέντε, πρὸς δάναν πόλιν οἰκουμένην μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς, ἐν αἷς κῦρος ἀπέκτεινεν ἄνδρα πέρσην μεγαφέρνην, φοινικιστὴν βασίλειον, καὶ ἕτερόν τινα τῶν ὑπάρχων δυνάστην, αἰτιασάμενος ἐπιβουλεύειν αὐτῷ. ἐντεῦθεν ἐπειρῶντο εἰσβάλλειν εἰς τὴν κιλικίαν. ἡ δὲ εἰσβολὴ ἦν ὁδὸς ἁμαξιτὸς ὀρθία ἰσχυρῶς, καὶ ἀμήχανος εἰσελθεῖν στρατεύματι, εἴ τις ἐκώλυεν. ἐλέγετο δὲ καὶ συέννεσιν εἶναι ἐπὶ τῶν ἄκρων, φυλάττοντα τὴν εἰσβολήν· δι᾽ ὃ ἔμειναν ἡμέραν ἐν τῷ πεδίῳ. τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ ἧκεν ἄγγελος λέγων, ὅτι λελοιπὼς εἴη συέννεσις τὰ ἄκρα, ἐπεὶ ᾔσθετο ὅτι τὸ μένωνος στράτευμα, ὅτι ἐν κιλικίᾳ εἴη εἴσω τῶν ὀρέων, καὶ ὅτι τριήρεις ἤκουε περιπλεούσας ἀπ᾽ ἰωνίας εἰς κιλικίαν, τάμων ἔχοντα τὰς λακεδαιμονίων καὶ αὐτοῦ κύρου. κῦρος δ᾽ οὖν ἀνέβη ἐπὶ τὰ ὄρη, οὐδενὸς κωλύοντος, καὶ εἶδε τὰς σκηνάς, οὗ ἐφύλαττον οἱ κίλικες. ἐντεῦθεν δὲ κατέβαινεν εἰς πεδίον μέγα, καλὸν καὶ ἐπίρρυτον, καὶ δένδρων παντοδαπῶν ἔμπλεον καὶ ἀμπέλων. πολὺ δὲ καὶ σήσαμον καὶ μελίνην καὶ κέγχρον καὶ πυροὺς καὶ κριθὰς φέρει. ὄρος δ᾽ αὐτὸ περιέχει ὀχυρόν, καὶ ὑψηλὸν πάντῃ ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν. καταβὰς δὲ διὰ τούτου τοῦ πεδίου, ἤλασε σταθμοὺς τέσσαρας, παρασάγγας πέντε καὶ εἴκοσιν εἰς ταρσούς, πόλιν τῆς κιλικίας μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. ἐνταῦθα ἦσαν τὰ συεννέσιος βασίλεια, τοῦ κιλίκων βασιλέως. διὰ μέσου δὲ τῆς πόλεως ῥεῖ ποταμός, κύδνος ὄνομα, εὖρος δύο πλέθρων. ταύτην τὴν πόλιν ἐξέλιπον οἱ ἐνοικοῦντες μετὰ συεννέσιος εἰς χωρίον ὀχυρὸν ἐπὶ τὰ ὄρη, πλὴν οἱ τὰ καπηλεῖα ἔχοντες. ἔμειναν δὲ καὶ οἱ παρὰ τὴν θάλατταν οἰκοῦντες ἐν σόλοις καὶ ἐν ἰσσοῖς. ἐπύαξα δὲ ἡ συεννέσιος γυνὴ προτέρα κύρου πέντε ἡμέρας εἰς ταρσοὺς ἀφίκετο. ἐν δὲ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ὀρῶν τῇ εἰς τὸ πεδίον, δύο λόχοι τοῦ μένωνος στρατεύματος ἀπώλοντο. οἱ μὲν ἔφασαν ἁρπάζοντάς τι κατακοπῆναι ὑπὸ τῶν κιλίκων. οἱ δὲ ὑπολειφθέντας καὶ οὐ δυναμένους εὑρεῖν τὸ ἄλλο στράτευμα οὐδὲ τὰς ὁδούς, εἶτα πλανωμένους ἀπολέσθαι. ἦσαν δὲ οὗτοι ἑκατὸν ὁπλῖται. οἱ δ᾽ ἄλλοι ἐπειδὴ ἧκον, τήν τε πόλιν τοὺς ταρσοὺς διήρπασαν, διὰ τὸν ὄλεθρον τῶν συστρατιωτῶν ὀργιζόμενοι, καὶ τὰ βασίλεια τὰ ἐν αὐτῇ. κῦρος δέ, ἐπεὶ εἰσήλασεν εἰς τὴν πόλιν, μετεπέμπετο συέννεσιν πρὸς ἑαυτόν. ὁ δὲ οὔτε πρότερον οὐδενί πω κρείττονι ἑαυτοῦ εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ἔφη, οὔτε τότε κύρῳ ἰέναι ἤθελε, πρὶν ἡ γυνὴ αὐτὸν ἔπεισε, καὶ πίστεις ἔλαβε. μετὰ δὲ ταῦτα, ἐπεὶ συνεγένοντο ἀλλήλοις, συέννεσις μὲν ἔδωκε κύρῳ χρήματα πολλὰ εἰς τὴν στρατιάν, κῦρος δ᾽ ἐκείνῳ δῶρα, ἃ νομίζεται παρὰ βασιλεῦσι τίμια, ἵππον χρυσοχάλινον, καὶ στρεπτὸν χρυσοῦν, καὶ στολὴν περσικήν, καὶ τὴν χώραν μηκέτι ἁρπάζεσθαι. τὰ δὲ ἡρπασμένα ἀνδράποδα, ἤν που ἐντυγχάνωσιν, ἀπολαμβάνειν. ἐνταῦθ᾽ ἔμεινε κῦρος καὶ ἡ στρατιὰ ἡμέρας εἴκοσιν. οἱ γὰρ στρατιῶται οὐκ ἔφασαν ἰέναι τοῦ πρόσω. ὑπώπτευον γὰρ ἤδη ἐπὶ βασιλέα ἰέναι. μισθωθῆναι δὲ οὐκ ἐπὶ τούτῳ ἔφασαν. πρῶτος δὲ κλέαρχος τοὺς αὑτοῦ στρατιώτας ἐβιάζετο ἰέναι. οἱ δὲ αὐτόν τε ἔβαλλον, καὶ τὰ ὑποζύγια τὰ ἐκείνου, ἐπεὶ ἄρξαιτο προϊέναι. κλέαρχος δὲ τότε μικρὸν ἐξέφυγε τὸ μὴ κατα-

πετρω-

Menoni, in Ciliciam deducendam cōmittit. Ipse cum reliquo exercitu quartis castris millibus passuum c. confectis, per Cappadociam Danam, quæ ampla & opulenta urbs est, peruenit. In eo loco Cyrus quoq; triduū est commoratus, atq; interea Megaphernem Persam hominem, regis purpuratum, & alium quendam, summo inter regios præfectos loco, eo nomine quòd sibi insidias fecissent, interemit. Hinc Ciliciam inuadere conantur. Angusti sunt ad eam aditus, trames uehementer arduus, & uix singulis plaustris peruius. quem certè agmen nullum, si quis prohibeat, ulla ui superare possit. Ac tunc quidem Syennesis summis in iugis aditus eos custodire ferebatur. Quare in campis Cyrus diem unum constitit: postero uerò die cum renunciatum esset, Syennesin, ubi animaduertisset intra montes Menonem in ipsa iam Cilicia cum suis constituisse, audisset etiam Tamon, cum Lacedæmoniorum, Cyriq; ipsius triremibus ex Ionia profectum, ad Ciliciam appropinquare, e montibus præsidium deduxisse, sine ullo negocio in montes ascendit: ubi deserta Cilicum castra conspicatus, descendit in latè patentes campos, amœnos & irriguos, ac omnifarijs arboribus & uitibus consitos: sesami uerò, panici, milij, tritici, ordei, feracissimos. Eos arduus ab una maris ad alteram partem, & præruptus mons amplectitur. Hinc cum millia passuum c. castris tertijs promouisset, Tarsum uenit: magna & opulenta est Ciliciæ ciuitas, & in eadem Syennesis Cilicum regis domus. mediam urbem præterlabitur Cydnus amnis, cuius est latitudo passuum xl. Ac urbe quidem cum Syennesi ciues omnes deserta, se in montium castella receperant: soli remanserant caupones: neque hi se loco mouerant, qui Solis & Issi ad mare habitabant. Epyanaxa quidem Syennesis uxor, quinque ante Cyrum diebus Tarsum peruenerat: in quibus qua in plana è summis montibus descensus erat, manipulos duos de copijs suis Menon amiserat, quos populabundos erant qui dicerent à Cilicibus cæsos: alij uerò aiebant, in extremo agmine relictos, suos assequi nequisse, quòd scilicet à uia aberrassent, itaque palantes interemptos. Fuere qui desiderati sunt grauis armaturæ c. reliqui cum Tarsum uenissent, ira ob amissos commilitones incensi, oppidum ac ipsam regiam diripuere. Cyrus primùm urbem ingressus, misit qui Syennesin ad se euocarent. At ille quòd diceret, eam sibi cautionem semper fuisse, ne ad eos accederet, quibus se infirmiorem esse putaret, non prius cum Cyro congredi uoluit quàm & uxoris suasu adductus, & fide à Cyro data confirmatus esset. Cum essent itaque multa inter se colloquuti, Syennesis Cyro magnam pecuniam ad exercitum alendum dedit. Cyrus illi uicissim munera quæ regibus eximia esse consueuerunt, equum cum fræno aureo, aureum item torquem, Persicum uestitum. Ad hæc in posterum tutos fore ei à suorum populationibus fines recepit, mancipiaq; redditurum se, ubicunque ea essent reperta. Hoc in loco Cyrus dies uiginti commoratus est, cum milites iam suspicantes se contra regem duci, recusarent longius progredi: neque enim se eo nomine conductos aiebant. Hic Clearchus suos ui impellere conatus est: at illi & in eum, cum iam agmen duceret, & in iumenta lapides concecerunt: quo factum ut penè lapidibus obrue-

retur.

retur. Quare cũ iã planè intelligeret se nihil ui profe-
cturũ, suos ad cõcionẽ uocauit: ac prius cum diu stans
collachrymatus esset cũ magna militũ admiratione ac
silẽtio, ad hũc deinde modũ loquutus est: Nihil est mili-
tes quod miremini, si animi angor ꝓpter præsentẽ rerũ
statũ. Cyrus mihi quidẽ hospes est: is mihi exulãti & a-
lios honores habuit, et Daricorũ x. millia largitus est:
quam ego pecuniam neq; in cõmoda, neq; in uoluptates
proprias effudi, sed eam uniuersam inter uos diuisi. Et
primũ cũ Thracibus bellũ gessi, quos uobiscũ unà, susce-
pta Græciæ causa, armis sum ꝑsequutus: ac eos Græcis
colonis agrũ eripere conãtes, è Chersoneso eiecimus.
Vbi uero me Cyrus ad se euocauit, uobiscũ ad eũ ueni,
ut cum qua in re opus esset, ille me adiutore uteretur,
pro multis in me meritis gratiã ei referrẽ. Iam uerò cũ
refugere uos hoc iter animaduertã, ac mihi horũ alteru-
trũ necesse sit, uel ut uos prodã, Cyri amicitia utar: uel
ut cũ spe sua frustrer, uobiscũ abeã: etsi haud scio an iu-
stum cuiquã meũ hoc factũ uideri possit, certũ est tamẽ
uos illi anteponere, et uobiscũ quencũq; casum fors tu-
lerit, æquo animo pati. Neq; me quisquã iure criminabi-
tur, quod cũ Græcos ad barbaros duxerim, Græcis pla-
nè proditis, barbarorũ amicitiã sim sequutus: uerùm cũ
uos neq; audire me, neq; seq uolueritis, ego uos sequar,
ego uobiscũ quicquid ceciderit, ferã. Vos ego mihi pa-
triam, uos amicos, uos socios esse arbitror. uobiscũ ego
ubicunq; fuero, egregiũ me fore & honoratũ cõfido: à
uobis si deseror, ne esse quidẽ possim, nedũ aut amicũ iu-
uare, aut inimicum ulcisci. Quare eo animo uos esse ue-
lim, ut me, quocũq; uos duxeritis, uenturũ putetis. Hæc
cum dixisset, milites, quod negasset se illis inuitis aduer-
sus regẽ profecturũ, eius orationẽ magnopere appro-
barũt. Quocirca à Xenia & Pasiõe amplius bis mille,
cum armis & iumẽtis ad Clearchi tabernacula transie-
runt. Hic Cyrus magna solicitudine ac molestia ex re
inopinata affectus, Clearchũ ad se accersi iubet: ille pa-
làm quidẽ se iturũ negat: clàm uerò certũ ex militibus
suis nunciũ mittit, ac Cyrũ bono animo esse iubet, quòd
ut i expediret, omnia euẽtura cõfideret, se modo iterum
accerseret. Quo facto, ille iterũ se uenturũ negauit. At-
que è re nata uocatis cũ suis, tũ aduẽtitijs ad concionẽ,
in hunc modũ uerba fecit: Iam milites nihil plus hercu-
le nos à Cyro, q̃ illũ à nobis expectare æquũ est: neq; e-
nim nos illi milites, qui scilicet eũ non sequimur: neq; ip-
se nobis iam stipendium pendet. Atq; cum quidẽ planè
scio se à nobis existimare iniuria affectũ esse: quare cum
accersierit, nullo pacto ad eum mihi eundũ putaui: pu-
det enim me (quod caput est) quod mihi conscius sum, il-
lum prorsus à me deceptũ esse. Deinde uero & illud ti-
meo, ne cum me cõprehensum tenuerit, meam in se iniu-
riam iusta uindicet pœna. Vt res igitur se nũc habet, nõ
patitur tẽpus ut somno nos demus, et ipsos nos ut negli-
gamus. uerùm pro re atq; tẽpore cõsiliũ capiendũ, quò
aut si hic manendũ putamus, quamminimo cũ periculo
maneamus: aut si discedendũ, quàm tutissimè abeamus,
atq; interea nobis ut commeatus suppeditent. Neq; e-
nim hi si desint, aut militis, aut ducis opera quicquam
proficere possit. Et Cyrus sanè, ut cui amicus est, omni
officij genere cuiuis facile præstat: ita est cui inimicus
exstiterit, hostis acerbissimus. Habet præterea eas, cum
terrestres peditum atque equitum, tum maritimas co-
pias,

πεπροδόσθαι. ὕστερον δὲ ἐπεὶ ἔγνω, ὅτι οὐ δυνήσεται βιά-
σασθαι, συνήγαγεν ἐκκλησίαν τῶν αὐτοῦ στρατιωτῶν. καὶ
πρῶτον μὲν ἐδάκρυε πολὺν χρόνον ἑστώς. οἱ δὲ ὁρῶντες
ἐθαύμαζον, καὶ ἐσιώπων, εἶτα ἔλεξε τοιάδε· ἄνδρες στρα-
τιῶται, μὴ θαυμάζετε ὅτι χαλεπῶς φέρω τοῖς παροῦσι
πράγμασιν. ἐμοὶ γὰρ κῦρος ξένος ἐγένετο, καί με φεύγοντα
τὰ ἐκ τῆς πατρίδος, τά τε ἄλλα ἐτίμησε, καὶ μυρίους ἔδω-
κε δαρεικούς. οὓς ἐγὼ λαβὼν, οὐκ εἰς τὸ ἴδιον κατεθέμην
ἐμοὶ, ἀλλ' οὐδὲ καθηδυπάθησα, ἀλλ' εἰς ὑμᾶς ἐδαπάνων.
καὶ πρῶτον μὲν πρὸς τοὺς θρᾶκας ἐπολέμησα. καὶ ὑπὲρ
τῆς ἑλλάδος ἐτιμωρούμην μεθ' ὑμῶν ἐκ τῆς χερρονήσου
αὐτοὺς ἐξελαύνων, βουλομένους ἀφαιρεῖσθαι τοὺς ἐνοικοῦν-
τας ἕλληνας τὴν γῆν. ἐπειδὴ δὲ κῦρος ἐκάλει, λαβὼν
ὑμᾶς ἐπορευόμην, ἵνα εἴ τι δέοιτο, ὠφελοίην αὐτὸν, ἀνθ'
ὧν εὖ ἔπαθον ὑπ' ἐκείνου. ἐπεὶ δὲ ὑμεῖς οὐ βούλεσθε συμ-
πορεύεσθαι, ἀνάγκη δή μοι ἢ ὑμᾶς προδόντα τῇ κύρου
φιλίᾳ χρῆσθαι, ἢ πρὸς ἐκεῖνον ψευσάμενον μεθ' ὑμῶν εἶ-
ναι. εἰ μὲν δὴ δίκαια ποιήσω, οὐκ οἶδα. αἱρήσομαι δ' οὖν
ὑμᾶς, καὶ σὺν ὑμῖν ὅ τι ἂν δέῃ πείσομαι. καὶ οὔποτ' ἐρεῖ οὐ-
δεὶς ὡς ἐγὼ ἕλληνας ἀγαγὼν εἰς τοὺς βαρβάρους, προδοὺς
τοὺς ἕλληνας, τὴν τῶν βαρβάρων φιλίαν εἱλόμην. ἀλλ'
ἐπεὶ ὑμεῖς ἐμοὶ οὐκ ἐθέλετε πείθεσθαι οὐδὲ ἕπεσθαι, ἐγὼ
σὺν ὑμῖν ἕψομαι, καὶ ὅ τι ἂν δέῃ πείσομαι. νομίζω γὰρ ὑ-
μᾶς ἐμοὶ εἶναι πατρίδα καὶ φίλους καὶ συμμάχους. καὶ σὺν ὑ-
μῖν μὲν ἂν εἶναι τίμιος ὅπου ἂν ὦ· ὑμῶν δ' ἔρημος ὢν, οὐκ
ἂν ἱκανὸς εἶναι οἶμαι, οὔτ' ἂν φίλον ὠφελῆσαι, οὔτ' ἂν ἐχ-
θρὸν ἀλέξασθαι. ὡς ἐμοῦ οὖν ἰόντος ὅπῃ ἂν ὑμεῖς, οὕτω τὴν
γνώμην ἔχετε. ταῦτα εἶπεν. οἱ δὲ στρατιῶται, οἵ τε αὐτοῦ
ἐκείνου, καὶ οἱ ἄλλοι ταῦτα ἀκούσαντες, ὅτι οὐ φαίη πα-
ρὰ βασιλέα πορεύεσθαι, ἐπῄνεσαν. παρὰ δὲ ξενίου καὶ
πασίωνος πλείους ἢ δισχίλιοι λαβόντες τὰ ὅπλα, καὶ τὰ
σκευοφόρα, ἐστρατοπεδεύσαντο παρὰ κλεάρχῳ. κῦρος
δὲ τούτοις ἀπορῶν τε καὶ λυπούμενος, μετεπέμπετο τὸν
κλέαρχον. ὁ δὲ ἰέναι μὲν οὐκ ἤθελε. λάθρα δὲ τῶν στρατιωτῶν
πέμπων αὐτῷ ἄγγελον, ἔλεγε θαρρεῖν, ὡς καταστησομέ-
νων τούτων εἰς τὸ δέον. μεταπέμπεσθαι δ' ἐκέλευεν αὐ-
τόν. αὐτὸς δὲ οὐκ ἔφη ἰέναι. μετὰ δὲ ταῦτα συναγα-
γὼν τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας, καὶ τοὺς προσελθόντας αὐτῷ,
καὶ τῶν ἄλλων τὸν βουλόμενον, ἔλεξε τοιάδε· ἄνδρες
στρατιῶται, τὰ μὲν δὴ κύρου δῆλον ὅτι οὕτως ἔχει πρὸς ἡ-
μᾶς, ὥσπερ τὰ ἡμέτερα πρὸς ἐκεῖνον. οὔτε γὰρ ἡμεῖς ἔτι
ἐκείνου στρατιῶται, ἐπεί γε οὐ συνεπόμεθα αὐτῷ, οὔτε ἐ-
κεῖνος ἡμῖν ἔτι μισθοδότης. ὅτι μέντοι ἀδικεῖσθαι νομί-
ζει ὑφ' ὑμῶν, οἶδα. ὥστε καὶ μεταπεμπομένου αὐτοῦ, οὐκ
ἐθέλω ἐλθεῖν. τὸ μὲν μέγιστον αἰσχυνόμενος, ὅτι σύνοι-
δα ἐμαυτῷ πάντα ἐψευσμένος αὐτόν. ἔπειτα δὲ καὶ
δεδιὼς, μὴ λαβών με, δίκην ἐπιθῇ, ὧν νομίζει ὑπ' ἐμοῦ
ἠδικῆσθαι. ἐμοὶ οὖν δοκεῖ, οὐχ ὥρα εἶναι ἡμῖν καθεύδειν,
οὐδ' ἀμελεῖν ἡμῶν αὐτῶν· ἀλλὰ βουλεύεσθαι ὅτι χρὴ
ποιεῖν ἐκ τούτων. καὶ ἕως τε μένομεν αὐτοῦ, σκεπτέον
μοι δοκεῖ εἶναι, ὅπως ἀσφαλέστατα μένωμεν· εἴτε ἤδη δο-
κεῖ ἀπιέναι, ὅπως ἀσφαλέστατα ἄπιμεν, καὶ ὅπως τὰ
ἐπιτήδεια ἕξομεν. ἄνευ γὰρ τούτων οὔτε στρατηγοῦ, οὔτε
ἰδιώτου ὄφελος οὐδέν. ὁ δ' ἀνὴρ, πολλοῦ μὲν ἄξιος φί-
λος, ᾧ ἂν φίλος ᾖ, χαλεπώτατος δ' ἐχθρὸς, ᾧ ἂν πολέ-
μιος ᾖ. ἔχει δὲ δύναμιν καὶ πεζὴν καὶ ἱππικὴν καὶ ναυ-
τικὴν,

-χλῳ, ἣν πάντων ὁμοίως ὁρῶμεν τί καὶ ἐπιστάμεθα. καὶ γὰρ οὐδὲ πόρρω δοκοῦμέν μοι αὐτοῦ καθίζεσθαι. ὥστε ὥρα λέγειν, ὅτι τις γιγνώσκει ἄριστον εἶναι. ταῦτ' εἰπὼν, ἐπαύσατο. ἐκ δὲ τούτου ἀνίσταντο οἱ μὲν ἐκ τοῦ αὐτομάτου, λέξοντες ἃ ἐγίγνωσκον. οἱ δὲ καὶ ὑπ' ἐκείνου ἐγκέλευστοι, ἐπιδεικνύντες οἵα εἴη ἡ ἀπορία ἄνευ τῆς Κύρου γνώμης, καὶ μένειν καὶ ἀπιέναι. εἷς δὲ δὴ εἶπε, προσποιούμενος σπεύδειν ὡς τάχιστα πορεύεσθαι εἰς τὴν Ἑλλάδα. στρατηγοὺς μὲν ἑλέσθαι ἄλλους ὡς τάχιστα, εἰ μὴ βούλεται Κλέαρχος ἀπάγειν. τὰ δ' ἐπιτήδεια ἀγοράζεσθαι (ἡ δ' ἀγορὰ ἦν ἐν τῷ βαρβαρικῷ στρατεύματι) καὶ συσκευάζεσθαι. ἐλθόντας δὲ Κῦρον αἰτεῖν πλοῖα ὡς ἀποπλέοιεν. ἐὰν δὲ μὴ διδῷ ταῦτα, ἡγεμόνα αἰτεῖν Κῦρον, ὅστις ὡς διὰ φιλίας τῆς χώρας ἀπάξει. ἐὰν δὲ μηδὲ ἡγεμόνα διδῷ, συντάττεσθαι τὴν ταχίστην. πέμψαι δὲ καὶ προκαταληψομένους τὰ ἄκρα, ὅπως μὴ βλάψωσι, μήτε ὁ Κῦρος μήτε οἱ Κίλικες καταλαβόντες, ὧν πολλοὺς καὶ πολλὰ χρήματα ἔχομεν ἀνηρπακότες. οὗτος μὲν δὴ τοιαῦτα εἶπε. μετὰ δὲ τοῦτον Κλέαρχος εἶπε τοσοῦτον· ὡς μὲν στρατηγήσοντα ἐμὲ ταύτην τὴν στρατηγίαν, μηδεὶς ὑμῶν λεγέτω. πολλὰ γὰρ ἐνορῶ, δι' ἃ ἐμοὶ τοῦτο οὐ ποιητέον. ὡς δὲ τῷ ἀνδρὶ ὃν ἂν ἕλησθε πείσομαι ᾗ δυνατὸν μάλιστα, ἵνα εἰδῆτε, ὅτι καὶ ἄρχεσθαι ἐπίσταμαι, ὥς τις καὶ ἄλλος μάλιστα ἀνθρώπων. μετὰ δὲ τοῦτον ἄλλος ἀνέστη, ἐπιδεικνὺς μὲν τὴν εὐήθειαν τοῦ τὰ πλοῖα αἰτεῖν κελεύοντος, ὥσπερ πάλιν τὸν στόλον Κύρου μὴ ποιουμένου. ἐπεδείκνυε δὲ ὡς εὔηθες εἴη, ἡγεμόνα αἰτεῖν παρὰ τούτου, ᾧ λυμαινόμεθα τὴν πρᾶξιν. εἰ δὲ τι καὶ τῷ ἡγεμόνι πιστεύσομεν ᾧ ἂν Κῦρος διδῷ, τί κωλύει καὶ τὰ ἄκρα ἡμῖν κελεύειν Κῦρον προκαταλαμβάνειν. ἐγὼ μὲν γὰρ ὀκνοίην ἂν εἰς τὰ πλοῖα ἐμβαίνειν, ἃ ἡμῖν δοίη, μὴ ἡμᾶς αὐταῖς ταῖς τριήρεσι καταδύσῃ. φοβοίμην δ' ἂν τῷ ἡγεμόνι, ᾧ ἂν δοίη ἕπεσθαι, μὴ ἡμᾶς ἀγάγῃ, ὅθεν οὐχ οἷόν τε ἔσται ἐξελθεῖν. βουλοίμην δ' ἂν ἄκοντος ἀπιὼν Κύρου λαθεῖν αὐτὸν ἀπελθών, ὃ οὐ δυνατόν ἐστιν. ἀλλ' ἔγωγέ φημι, ταῦτα μὲν φλυαρίας εἶναι. δοκεῖ δέ μοι ἄνδρας ἐλθόντας πρὸς Κῦρον οἵτινες ἐπιτήδειοι σὺν Κλεάρχῳ, ἐρωτᾶν ἐκεῖνον τί βούλεται ἡμῖν χρῆσθαι. κἂν μὲν ᾖ ἡ πρᾶξις παραπλησία, οἵαπερ καὶ πρότερον ἐχρῆτο τοῖς ξένοις, ἕπεσθαι καὶ ἡμᾶς, καὶ μὴ κακίους εἶναι τῶν πρόσθεν τούτῳ συναναβάντων. ἐὰν δὲ μείζων ἡ πρᾶξις τῆς πρόσθεν φαίνηται, καὶ ἐπιπονωτέρα καὶ ἐπικινδυνοτέρα, ἀξιοῦν, ἢ πείσαντας ἡμᾶς ἄγειν, ἢ πεισθέντας, πρὸς φιλίαν ἀφιέναι. οὕτω γὰρ καὶ ἑπόμενοι ἂν φίλοι αὐτῷ καὶ πρόθυμοι ἑποίμεθα. καὶ ἀπιόντες, ἀσφαλῶς ἂν ἀπίοιμεν. ὅ, τι δ' ἂν πρὸς ταῦτα λέγῃ, ἀπαγγεῖλαι δεῦρο. ἡμᾶς δ' ἀκούσαντας πρὸς ταῦτα βουλεύεσθαι. ἔδοξε δὲ ταῦτα, καὶ ἄνδρας ἑλόμενοι σὺν Κλεάρχῳ πέμπουσιν, οἳ ἠρώτων Κῦρον, τὰ δόξαντα τῇ στρατιᾷ. ὁ δ' ἀπεκρίνατο, ὅτι ἀκούει Ἀβροκόμαν ἐχθρὸν ἄνδρα ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ ποταμῷ εἶναι, ἀπέχοντα δώδεκα σταθμούς. πρὸς τοῦτον οὖν ἔφη βούλεσθαι ἐλθεῖν. κἂν μὲν ᾖ ἐκεῖ, τὴν δίκην ἔφη χρῄζειν ἐπιθεῖναι αὐτῷ. ἢν δὲ φύγῃ, ἡμεῖς ἐκεῖ πρὸς ταῦτα βουλευσόμεθα. ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ αἱρετοὶ, ἀναγγέλλουσι τοῖς στρατιώταις. τοῖς δὲ ὑποψία μὲν ἦν ὅτι ἄγει πρὸς βασιλέα, ὅμως δὲ ἐδόκει ἕπεσθαι. προσαιτοῦσι δὲ μισθόν· ὁ Κῦρος ὑπισχνεῖται ἡμιόλιον πᾶσι δώσειν,

οὗ

pias, quas omnes æquè cernere ac noſſe poſſumus: neq; enim, ut mihi uidetur, ita longè ab eo conſedimus. Quare tempus monet, ut quod quiſq; factu optimum ducat, id in medium afferat. Cum dicendi finem feciſſet, ſurrexerunt ex eo numero militũ, partim qui pro animi ſui ſententia uerba fecerunt, partim uero qui à Clearcho ſubornati, demonſtrabant quæ eſſet rerum omnium difficultas futura, uel manerent, uel diſcederent ſine Cyri conſenſu. Ac unus ex his ſimulans ſe feſtinare quamprimum in Græciam proficiſci, dixit: Si Clearchus dux eſſe recuſaret, alios quamprimum duces deligendos, commeatus curandos (erat autem in barbarorũ caſtris forum) reliqua omnia comparanda: mittendos item qui à Cyro nauigia poſcerent, quibus in patriam reueherentur: ea ſi dare nollet, ducem daret, qui per amicorum fines reduceret. Quod ſi hunc etiam ſe daturũ negaret, occupanda eſſe quamcelerrimè montiũ iuga, ne ſcilicet aut Cyrus, aut Cilices, quorum paulò ante, inquit, opimam prædam aſportauimus, detrimento nos ullo afficiant. Hæc ille. Tunc Clearchus unum hoc addidit: Me quidem iubeat nemo hoc imperium capeſſere: multa enim occurrunt, quamobrẽ id mihi nullo pacto cenſeam faciendum. Et tamẽ quemcunq; uos imperatorẽ delegeritis, pro facultate mea parebo, ut me intelligatis nõ facile cuiquam hominum etiam parendi ſcientia cedere. Alius deinde eius ſtultitiam reprehẽdit, qui nauis à Cyro petendas cenſuerit, tanquam uero aliam ille claſſem cõparare nõ poſſet. Nã quid abſurdius, inquit, quàm ab eo ducẽ petere, cuius nos expeditionẽ, quantũ in nobis eſt, irritam facimus? Sed fidẽ Cyri duci habeamus, quis prohibeat quin iubeat Cyrus iuga montium occupari? Ego quidẽ & nauis quas ille nobis dederit, non medius fidius libenter conſcenderim, quod ſcilicet iure timeri poſſit, ne cum ipſis nos triremibus demergẽdos curet. Cur etiam non timeã, quẽ mihi dederit ducẽ ſequi? quaſi nos ille eò compingere nõ poſſit, unde nulla ſit exeundi poteſtas. Ego uero inuito ſi Cyro abeundũ ſit, quàm occultiſſimè diſcedendum putarim. Sedenim hæc mihi plane nugatoria eſſe uidetur: quin potius cũ Clearcho idoneos homines ad Cyrũ mittimus, q percõtentur qua in re opera noſtra uti uelit. Quod ſi intellexerimus, à nobis illũ nihil pluſquã à cæteris cõductitijs poſtulare, cẽſeo ſequamur, neq; deteriores ijs ſimus q cũ illo ante hoc iter ingreſsi ſunt. Sin res maior, maioriſq; periculi ac laboris, quàm adhuc fuerit, uideatur: aut ille nos ſe ut ſequamur adducat, aut ſi nobis id perſuadere non potuerit, ſalua amicitia nos abire ſinat. Sic enim aut amici ac libentes ſequemur, aut tuti diſcedemus. Ac quid ille quidẽ ad hæc reſponderit, legati renuncient: nos uerò tunc ex ipſa re conſilium capiemus. Huius eſt omnibus probata ſententia, ac ſtatim delecti ſunt qui cum Clearcho ad Cyrum profecti, quæ à ſuis mandata acceperant, expoſuerunt. Ad ea ille reſpondit: Audiſſe ſe Abrocomam hoſtem ſuum ad Euphratẽ amnẽ eſſe, quò poſſit dierũ XII. itinere perueniri: eò ſe igitur iter habere, ubi ſi hominẽ aſſequatur, de eo ſe ſuppliciũ ſumpturũ: ſin effugerit, eo ipſo in loco cõſilium de reliquo inquit, capiemus. Hæc legati ſuis renunciarunt. At illi tametſi ſuſpicabãtur ſe aduerſus regem duci, decreuerunt tamen ſequi, ſtipendiũ tantum poſtularunt. quibus Cyrus priſtinæ mercedis ſeſquiplum daturum recepit,

posteros laudi futurum sit, cum illi scilicet aut legent, aut audient Phalynum à rege missum, ut Graecos iuberet arma tradere, etsi regis in officio erat, id tamen illis consilij dedisse: quicquid enim id fuerit, tibi persuadeas in Graecia praedicatũ iri. Hoc sermone Clearchus se illum inducturum sperabat, ut diceret, neq; se putare ex Graecorum re esse arma tradere: Graecos uero ipsos cum legati regij sententiam nossent, meliorem existimabat in posterũ spem concepturos. Verum multo secus Phalynus, atq; ille opinatus fuerat, respondit. Ego, inquit si uel tantula spes reliqua est, fore uos saluos si bellum regi inferatis, neutiquam uobis suadeam arma trádere: sin salutis spes prorsus nulla reliqua esse posit, uos hortor, ut quo possitis modo salui esse malitis. Tum Clearchus: Tu quidem, inquit, ita censes: à nobis uerò haec regi renunciato, arbitrari nos, si nos sibi amicos esse malit, multò et fore utiliores amicos, arma si retinuerimus, quàm si ea cuiquam tradiderimus: sin bellum fuerit gerendum, non esse difficile existimare, quanto magis conducat arma retinere, quàm alijs tradere. At Phalynus: Nos, inquit, ita ut iubes renunciabimus. Sed et alia à rege ad uos mãdata habemus: manentibus hoc ipso in loco, foedus: progredietibus uero, aut regredientibus se uobis bellum proponere. Respondebitis igitur & hoc mihi, utrum manentes uobis à rege pacem, an uero discedentes bellum malitis, ut habeam quid regi renunciem. Hic Clearchus: Illi, inquit, renunciabis, hac de re idem nobis quod regi uideri. Quid hoc est? inquit Phalynus. Si manserimus, respondet Clearchus, pacem: sin progressi aut regressi fuerimus, bellum nobis futurum. Dic, inquit ille apertius, pacem'ne an bellum renuncio? Iterum Clearchus: Pax, inquam, manentibus, progressis aut regressis bellum. Neq; quid facturus esset, ulla ex parte significauit. Ac Phalynus quidem cum collegis profectus est. Procles uero & Chirisophus ab Ariaeo redierunt. apud illum Menon mansit. Hi retulerunt, Ariaeum dicere in Persis multos esse dignitate se longe superiores, qui nequaquã laturi essent se regnare si ad se uenire uellent, ea ipsa nocte uenirẽt, prima luce se omnino discessurum. Tum Clearchus: Sic, inquit, ut dicitis, si uenerimus: sin aliter, quod maxime uobis uisum fuerit expedire, illud facitote. Quid uero facturus esset, neq; his aperuit. His ita actis, sole iam occidẽte ducibus & centurionibus ad se aduocatis, in hunc modũ uerba fecit: Mihi, uiri fortissimi, deos per exta consulenti, an aduersus regem eundum sit, non est belle litatum: atq; id opinor consentaneum fuit. Re enim explorata, inter nos & regẽ Tigrim fluuiũ comperio: atq; is non aliter quàm nauibus traijci potest, quae nobis nusquam suppetunt. Hic uero commorandi nulla est nobis facultas. desunt enim commeatus. At enim ad Cyri amicos si nos conferamus, exta optime promittunt. Sic igitur facto opus est. pro sua quisq; copia cibũ capiat: deinde cũ eodem modo quo quiescendi tẽpus significatur, cornu signum datum fuerit, ad primum protinus signum uasa colligantur: ad secundũ, iumenta onerentur: ad tertiũ, ducem omnes sequantur: atq; ita ut impedimenta secundum flumen sint armati exterius iter faciant. His auditis, duces ac centuriones sibi quod ille statuisset faciendum putarunt: atq; ex hoc quidem tempore, tacito omnium consensu, ille uniuersis imperauit, quod nempe

solus

solus imperatorijs artibus, quarum cæteri expertes essent, excellere uideretur. Fuit iter quod ab Epheso Ioniæ confecerunt, castrorum quingentesimum nonagesimum tertium. stadiûm sedecies m. & l. id est, millium passuum uicies centenûm, & amplius centum, decem & octo. Ab eo uero loco ubi pugnatum est, ad Babylonem usque, stadia esse ferebantur ter m. & lx. passuum millia cccc viii. Hinc cum iam primæ se intenderent tenebræ, Miltocythes Thrax cum equitibus quibus ipse imperabat, circiter xl. ad regem transfugit. Clearchus reliquos dicto audientes habuit, cum quibus media ferme nocte ad prima castra, ad Ariæum, eiusque copias peruenit. Ibi duces & centuriones instructam aciem relinquentes, ad Ariæum conuenere. Vbi inter Græcos & Ariæum, eiusque optimates fœdus percussum est, neutram partem alteram prodituram, firmam & fidam inter ipsos societatem futuram: Barbari priores iusiurandum conceperunt, se bona fide agmen ducturos. Fœdus ictum est, mactatis super scuto, tauro, apro, lupo, ariete, in quorum sanguine enses Græci, hastas barbari intinxerunt. His rite sancitis, Clearchus, Age, inquit, Ariæe, quando idem est nobis de reditu consilium capiendum, quid obsecro de tota itineris ratione censes? utrum ne eadem qua uenimus uia utamur? an tibi potior ulla in mentem uenire potest? Hic ille: Si eadem, inquit, reuertamur, fame nos confici necesse est, ubi neque commeatus ulli nobis, ut proximè, his denis septenis castris suppetant: neque ex agro liceat comparare, cum nuper quacunque iter fecimus, omnia consumpserimus. Quare uia utendum altera, etsi longiore, in qua tamē commeatuum penuria multò minus laboremus. Ac primis quidem diebus magnis est nobis itineribus contendendum, quo scilicet à regijs castris quamlongissimè recedamus. Nam si biduò aut triduò iter ab rege abfuerimus, non erit quod uereamur ne nos assequi possit. Cum paruis enim copijs non audebit, cum magna manu non poterit celeriter insequi. Ad hæc commeatuum penuria laborabit. Hæc, inquit, mea sententia est. Erat hoc consilium ad fugam & recessum appositum, ad reliqua inutile. Verùm fortuna melior dux fuit. Vt enim illuxit, iter facere cœperunt, à dextera solem habentes, cum se existimarent sole iam occidente ad uicos Babyloniæ peruenturos. Quæ sanè coniectura nihil eos fefellit. Sub ipsum uerò crepusculum, hostilem sibi equitatum uidere uisi sunt: ob id Græci qui ordinem, ut in longiore uia fit, negligentius seruarant, statim in locum suum recurrerunt. Et Ariæus ipse, cum propter uulnus quod in pugna acceperat, plaustro curuli ueheretur, desilijt, ac loricam induit. Idem eius milites fecerunt. Dum hi arma caperent, qui speculatum missi fuerant, renunciarunt nullos in conspectu esse equites, iumenta duntaxat pascere. ex quo facile omnes intellexerunt regis castra non longè abesse, quod item fumus è proximis uicis planum fecit. Ibi Clearchus neque aduersus hostes progredi tutum duxit, cum fessum de uia, & planè debilitatum inedia militem esse intelligeret. Neque tamen (id cauens ne fugere uideretur) de uia sibi declinandum putauit. sed recta agmen agens occidente iam sole, cum ijs qui in fronte agminis erant castra locauit.

Taber/

Fœderis iciendi mos priscus.

ὅτι μόνος ἐφρόνει οἷα δεῖ τὸν ἄρχοντα. οἱ δὲ ἄλλοι ἄπειροι ἦσαν. ἀριθμὸς δὲ τῆς ὁδοῦ, ἣν ἦλθον ἐξ Ἐφέσου τῆς Ἰωνίας μέχρι τῆς μάχης, σταθμοὶ τρεῖς καὶ ἐνενήκοντα καὶ πεντακόσιοι. στάδιοι πεντήκοντα καὶ ἑξακισχίλιοι καὶ μύριοι. ἀπὸ δὲ τῆς μάχης ἐλέγοντο εἶναι εἰς Βαβυλῶνα στάδιοι ἑξήκοντα καὶ τρισχίλιοι. ἐντεῦθεν δ' ἐπεὶ σκότος ἐγένετο, Μιλτοκύθης μὲν ὁ Θρᾷξ, ἔχων τούς τε ἱππέας τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ εἰς τεσσαράκοντα, καὶ τῶν πεζῶν Θρᾳκῶν ὡς τριακοσίους, ηὐτομόλησε πρὸς βασιλέα. Κλέαρχος δὲ τοῖς ἄλλοις ἡγεῖτο κατὰ τὰ παρηγγελμένα. οἱ δ' εἵποντο, καὶ ἀφικνοῦνται εἰς τὸν πρῶτον σταθμὸν παρὰ Ἀριαῖον καὶ τὴν ἐκείνου στρατιὰν, ἀμφὶ μέσας νύκτας. καὶ ἐν τάξει θέμενοι τὰ ὅπλα, συνῆλθον οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ λοχαγοὶ τῶν Ἑλλήνων παρὰ Ἀριαῖον, καὶ ὤμοσαν, οἵ τε Ἕλληνες καὶ Ἀριαῖος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ οἱ κράτιστοι, μήτε προδώσειν ἀλλήλους, σύμμαχοί τε ἔσεσθαι. οἱ δὲ βάρβαροι προσώμοσαν, καὶ ἡγήσεσθαι ἀδόλως. ταῦτα δ' ὤμοσαν, σφάξαντες κάπρον καὶ ταῦρον καὶ λύκον καὶ κριὸν, εἰς ἀσπίδα βάπτοντες, οἱ μὲν Ἕλληνες ξίφος, οἱ δὲ βάρβαροι λόγχην. ἐπεὶ δὲ τὰ πιστὰ ἐγένετο, εἶπεν ὁ Κλέαρχος· ἄγε δὴ, ὦ Ἀριαῖε, ἐπείπερ ὁ αὐτὸς ὑμῖν στόλος ἐστὶ καὶ ἡμῖν, εἰπὲ, τίνα γνώμην ἔχεις περὶ τῆς πορείας. πότερον ἄπιμεν, ἥνπερ ἤλθομεν, ἢ ἄλλην τινὰ ἐννενοηκέναι δοκεῖς ὁδὸν, κρείττω; ὁ δ' εἶπεν· ἣν μὲν ἤλθομεν ἀπιόντες, παντελῶς ἂν ὑπὸ λιμοῦ ἀπολοίμεθα. ὑπάρχει γὰρ νῦν ἡμῖν οὐδὲν τῶν ἐπιτηδείων. ἑπτακαίδεκα γὰρ σταθμῶν τῶν ἐγγυτάτω οὐδὲ δεῦρο ἰόντες ἐκ τῆς χώρας, οὐδὲν εἴχομεν λαμβάνειν. ἔνθα δ' εἴ τι ἦν, ἡμεῖς διαπορευόμενοι κατεδαπανήσαμεν. νῦν δ' ἐπινοοῦμεν πορεύεσθαι, μακροτέραν μὲν, τῶν δ' ἐπιτηδείων οὐκ ἀπορήσομεν. πορευτέον δ' ἡμῖν τοὺς πρώτους σταθμοὺς, ὡς ἂν δυνώμεθα μακροτάτους, ἵνα ὡς πλεῖστον ἀποσπασθῶμεν τοῦ βασιλικοῦ στρατεύματος. ἢν γὰρ ἅπαξ δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀπόσχωμεν, οὐκέτι μὴ δυνήσεται βασιλεὺς ἡμᾶς καταλαβεῖν. ὀλίγῳ μὲν γὰρ στρατεύματι οὐ τολμήσει ἐφέπεσθαι· πολὺν δὲ ἔχων στόλον, οὐ δυνήσεται ταχὺ πορεύεσθαι. ἴσως δὲ καὶ τῶν ἐπιτηδείων σπανιεῖ. ταύτην, ἔφη, γνώμην ἔχω ἐγώ. ἦν δὲ αὕτη ἡ στρατηγία οὐδὲν ἄλλο δυναμένη, ἢ ἀποδρᾶναι, ἢ ἀποφυγεῖν. ἡ δὲ τύχη ἐστρατήγησε κάλλιον. ἐπεὶ γὰρ ἡμέρα ἐγένετο, ἐπορεύοντο ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸν ἥλιον· λογιζόμενοι ἥξειν ἅμα ἡλίῳ δύνοντι, εἰς κώμας τῆς Βαβυλωνίας χώρας. καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἐψεύσθησαν. ἔτι δὲ ἀμφὶ δείλην ἔδοξαν πολεμίους ὁρᾶν ἱππέας. καὶ τῶν τε Ἑλλήνων, οἳ μὴ ἔτυχον ἐν ταῖς τάξεσιν ὄντες, εἰς τὰς τάξεις ἔθεον. καὶ Ἀριαῖος (ἐτύγχανε γὰρ ἐφ' ἁμάξης πορευόμενος, διότι ἐτέτρωτο) καταβὰς ἐθωρακίζετο καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. ἐν ᾧ δὲ ὡπλίζοντο, ἧκον λέγοντες οἱ προπεμφθέντες σκοποὶ, ὅτι οὐχ ἱππεῖς εἰσὶν, ἀλλὰ ὑποζύγια νέμοιτο. καὶ εὐθὺς ἔγνωσαν πάντες ὅτι ἐγγύς που ἐστρατοπεδεύετο βασιλεύς. καὶ γὰρ καὶ καπνὸς ἐφαίνετο ἐν κώμαις οὐ πρόσω. Κλέαρχος δὲ ἐπὶ μὲν τοὺς πολεμίους οὐκ ἦγεν. ᾔδει γὰρ καὶ ἀπειρηκότας τοὺς στρατιώτας, καὶ ἀσίτους ὄντας. ἤδη δὲ καὶ ὀψὲ ἦν. οὐ μέντοι οὐδ' ἀπέκλινε, φυλαττόμενος, μὴ δοκοίη φεύγειν. ἀλλ' εὐθύωρον ἄγων, ἅμα τῷ ἡλίῳ δυομένῳ εἰς τὰς ἐγγυτάτω κώμας, τοὺς πρώτους ἔχων κατεσκήνωσεν,

ξ ὧν διήρπαστο ὑπὸ τοῦ βασιλικοῦ στρατεύματος, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν οἰκιῶν ξύλα. οἱ μὲν οὖν πρῶτοι, ὁμοίῳ τρόπῳ δή τινι ἐστρατοπεδεύοντο· οἱ δὲ ὕστεροι σκοταῖοι προσιόντες ὡς ἐτύγχανον ἕκαστοι ηὐλίζοντο, καὶ κραυγὴν πολλὴν ἐποίουν καλοῦντες ἀλλήλους, ὥστε καὶ τοὺς πολεμίους ἀκούειν. ὥστε οἱ μὲν ἐγγύτατα τῶν πολεμίων, καὶ ἔφυγον ἐκ τῶν σκηνωμάτων. δῆλον δὲ τοῦτο τῇ ὑστεραίᾳ ἐγένετο. οὔτε γὰρ ὑποζύγιον οὐδὲν ἔτ' ἐφάνη, οὔτε στρατόπεδον, οὔτε καπνὸς οὐδαμοῦ πλησίον. ἐξεπλάγη δὲ ὡς ἔοικε καὶ βασιλεὺς τῇ ἐφόδῳ τοῦ στρατεύματος. ἐδήλωσε δὲ τοῦτο, οἷς τῇ ὑστεραίᾳ ἔπραττε. προϊούσης γάρ τοι τῆς νυκτὸς ταύτης, καὶ τοῖς Ἕλλησι φόβος ἐμπίπτει, καὶ θόρυβος. καὶ δοῦπος ἦν, οἷον εἰκὸς φόβου ἐμπεσόντος γίγνεσθαι. Κλέαρχος δὲ Τολμίδην Ἠλεῖον, ὃν ἐτύγχανεν ἔχων παρ' ἑαυτῷ κήρυκα ἄριστον τῶν τότε, τοῦτον ἀνειπεῖν ἐκέλευσε, σιγὴν κατακηρύξαντα. προαγορεύουσιν οἱ ἄρχοντες, ὃς ἂν τὸν ἀφέντα τὸν ὄνον εἰς τὰ ὅπλα, καταμηνύσῃ, ὅτι λήψεται μισθὸν, τάλαντον ἀργυρίου. ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐκηρύχθη, ἔγνωσαν οἱ στρατιῶται ὅτι κενὸς ὁ φόβος εἴη, καὶ οἱ ἄρχοντες σῶοι. ἅμα δὲ ὄρθρῳ παρήγγειλε Κλέαρχος, εἰς τάξιν τὰ ὅπλα τίθεσθαι τοὺς Ἕλληνας, ᾗπερ εἶχον ὅτε ἦν ἡ μάχη. ὃ δὲ δὴ ἔγραψα, ὅτι βασιλεὺς ἐξεπλάγη τῇ ἐφόδῳ, τῷδε δῆλον ἦν. τῇ μὲν γὰρ πρόσθεν ἡμέρᾳ πέμπων, τὰ ὅπλα παραδιδόναι ἐκέλευε. τότε δὲ ἅμα ἡλίῳ ἀνατέλλοντι, κήρυκας ἔπεμψε περὶ σπονδῶν. οἱ δ' ἐπεὶ ἦλθον πρὸς τοὺς προφύλακας, ἐζήτουν τοὺς ἄρχοντας. ἐπεὶ δ' ἀπήγγελλον οἱ προφύλακες, Κλέαρχος τυχὼν τότε τὰς τάξεις ἐπισκοπῶν, εἶπε τοῖς προφύλαξι κελεύειν τοὺς κήρυκας περιμένειν ἄχρι σχολάσῃ. ἐπεὶ δὲ κατέστησε τὸ στράτευμα, ὥστε καλῶς ἔχειν ὁρᾶσθαι πάντῃ φάλαγγα πυκνήν, τῶν δὲ ἀόπλων μηδένα καταφανῆ εἶναι, ἐκάλεσε τοὺς ἀγγέλους, καὶ αὐτός τε προῆλθε, τούς τε εὐοπλοτάτους ἔχων καὶ εὐειδεστάτους τῶν αὑτοῦ στρατιωτῶν, καὶ τοῖς ἄλλοις στρατηγοῖς ταῦτα ἔφρασεν. ἐπεὶ δὲ πρὸς τοῖς ἀγγέλοις ἦσαν, ἠρώτα τί βούλοιντο. οἱ δ' ἔλεγον ὅτι περὶ σπονδῶν ἥκοιεν ἄνδρες, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται, τά τε παρὰ βασιλέως τοῖς Ἕλλησιν ἀπαγγεῖλαι, καὶ τὰ παρὰ τῶν Ἑλλήνων βασιλεῖ. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· ἀπαγγέλλετε τοίνυν αὐτῷ, ὅτι μάχης δεῖ πρῶτον. ἄριστον γὰρ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ὁ τολμήσων περὶ σπονδῶν τοῖς Ἕλλησι λέγειν, μὴ πορίσας ἄριστον. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ ἄγγελοι, ἀπήλαυνον, καὶ ἧκον ταχύ. ᾧ καὶ δῆλον ἦν, ὅτι ἐγγύς που ἦν βασιλεύς, ἢ ἄλλος τις, ᾧ ἐπετέτακτο ταῦτα πράττειν. ἔλεγον δέ, ὅτι εἰκότα δοκοῖεν λέγειν βασιλεῖ, καὶ ἥκοιεν ἡγεμόνας ἔχοντες, οἳ αὐτούς, ἐὰν σπονδαὶ γένωνται, ἄξουσιν, ἔνθεν ἕξουσι τὰ ἐπιτήδεια. ὁ δ' ἠρώτα, εἰ αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι σπένδοιτο, ἰοῦσι καὶ ἀπιοῦσιν, ἢ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔσοιντο σπονδαί. οἱ δέ, πᾶσιν ἔφασαν, μέχρις ἂν βασιλεῖ τὰ παρ' ὑμῶν διαγγελθῇ. ἐπεὶ δὲ ταῦτα εἶπον, μεταστησάμενος αὐτοὺς ὁ Κλέαρχος, ἐβουλεύετο, καὶ ἐδόκει ταχὺ τὰς σπονδὰς ποιεῖσθαι, καὶ καθ' ἡσυχίαν ἐλθεῖν τε ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια καὶ λαβεῖν. ὁ δὲ Κλέαρχος εἶπε· δοκεῖ μὲν καὶ ἐμοὶ ταῦτα. οὐ μέντοι ταχύ γε ἀπαγγελῶ, ἀλλὰ διατρίψω, ἔστ' ἂν ὀκνήσωσιν οἱ ἄγγελοι μὴ ἀποδόξῃ ἡμῖν τὰς σπονδὰς ποιήσασθαι. οἶμαί γε μέντοι, ἔφη, καὶ τοῖς ἡμετέροις στρατιώταις τὸν αὐτὸν φόβον

παρέσε-

Tabernacula ex ea copia quam rex ceteris direptis reliquam fecerat, sumpta è uillarum tugurijs materia, erecta sunt: ac priores quidē continuò ac certo ordine, postremi ut intempesta & obscura nocte adfuere, quo quisq; potuit loco decubuerunt. Ac dum se mutuo, ut fit, uocarēt, sublatum clamorē hostes audierunt: è quibus qui proximi erāt, fugientes tabernacula deseruere. Quod postero die facile intellectū est neq; enim aut iumētum, aut castra, aut fumus ullus in cōspectu fuit. Quocirca ipsum regē cōstabat primo exercitus nostri accessu perterrefactum: cuius rei certa postridie argumenta extiterunt. Verum & Græcis timor et trepidatio incessit, talisq; in castris fremitus fuit, qualis cū subitus terror inciderit, existere cōsueuit. Quod ubi Clearchus animaduertit, Tolmidē Eleū preconē ætatis suæ præstātissimum, quem secū forte habebat, accersit, ei mandat ut silentio imperato hæc pronunciet: Qui indicarit à quo sit asinus in media arma actus, ei duces præmium argenti talentum decernūt. Ex edicto milites plane intellexerunt inanē fuisse metū, & duces incolumes esse. Sub primā uero lucē Græcis imperat Clearchus, ut sumptis armis eo ordine aciem instruant, quo in pugna steterant. Quod uero scripsi ante, regem pertimuisse, ex eo intelligi etiā potuit, quod cum pridie sibi arma tradi postulasset, postero die sole oriēte de pace legatos misit. Hi itaque cum ad primas custodias accessissent, ubi duces essent quæsierūt. Quod ubi ducibus est à custodibus renunciatū, Clearchus qui tum forte ordines cōsiderabat, custodibus mandat, ut oratores iubeant expectare, quantisper ijs audiēdis uacui aliquid tēporis dare posit. Postea uero quàm copias omnes bellissime instructas animaduertit, atque ita ut ex omni parte densæ phalangis species pulcherrima cerni posset, neq; esset quisquam inermis in conspectu, tum legatos accersi iubet, ac ipse processit paululum, globo militum stipatus, armorum ornatu ac forma præstantissimorum. quod & reliqui duces eius monitu fecere. Vbi ad legatos uentum est, tum rogat Clearchus quidnam uelint. Illi se ut de pacis conditionibus agerent, uenisse dixerunt: idoneosq; se esse, qui & à rege Græcis, & regi rursus à Græcis, quicquid utraque pars mandarit, renuncient. Renunciate igitur, inquit Clearchus, pugna prius opus esse: prandium enim nusquam in promptu est: neq; fuerit quisquam inuentus qui de conditionibus apud Græcos uerba facere audeat, prius quàm prandium ijs præbeat. Vbi hæc illi audierunt, statim profecti quamcelerrime redierunt. Quæ res indicio fuit uel regē, uel eum cui hæc à rege cura demandata esset, non longe abesse. Ac illi quidē renunciarunt, æqua regi uideri quæ attulissent: quamobrē se adduxisse secum eos homines, quibus ducibus ad eum locum essent peruenturi, unde sibi commeatum compararēt, modo ut pax fieret. Tum quæsiuit Clearchus, cū omnibus'ne pax futura esset, an cum ijs tantum qui ultro citroq; commeassent? Cum omnibus, illi responderunt, usq; dum quæ à uobis proposita fuerint, ad regem referantur. Hæc illi. Tum Clearchus cum eos paululum concedere iussisset, de uniuersa re suos consulat. Quibus statim ac sine disceptatione ulla uisum est compositionem transigendam, ad commeatus comparandos proficiscendum. Sed enim Clearchus, etsi, inquit, eadem mihi quoque omnino uidentur, non tamen e uestigio responsum à me auferent. Nam de industria cunctabor, quo & legati uereantur ne nobis compositio non probetur, et idem nostri milites metuant.

Vbi

Vbi uero respondendi maturitas uisa est, se fœdus percussurum dixit, sed ad cõmeatus deduci se prius iussit. Tunc illi iter ingressi sunt. Clearchus, etsi paulo post fœderis eras conditiones accepturus, quadrato tamen agmine consequebatur, ac ipse quidē in subsidijs erat. Cum uero in fossas et alueos quosdã aquæ plenissimos incidissent, quos nequaquam sine pontibus traijcere poterãt, ex palmis aut passim humi iacentibus, aut quas ipsi excidissent, pontes iacere aggressi sunt. ibi Clearchus curæ ac diligētiæ suæ in imperando specimē dedit: cū læua manu hastã, dextra uirgã tenens, quemcunque segnius opus facientē, ex ijs quib. id negocij dederat, animaduertisset, iuberet multatū de medio recedere, aliū in eius locū deligeret. Quin ipsemet in cœnū cū descēdisset, eius operis suas sibi partes depoposcit. Quod cū cæteri uidissent, dedecori sibi fore putarunt, si non fuissent illius alacritatē imitati. Quare cū eos tantū haberet apud se, qui triginta annos nati essent, seniores tamen cū illū nullū laboris genus detrectantē uiderēt, et ipsi sua munia obierunt. Et Clearchus quidē eo plus celeritatis in negocio conficiendo adhibebat, quod cū eas lacunas nequaquam perēnes esse suspicaretur, iam uero aquis completas uideret, eo anni tēpore quo agros irrigari nihil necesse erat, id ueritus est, ne rex aquam eam inducendã curasset, quo Græcos itineris difficultate perterrefaceret. Peruenerãt iam ad eos uicos, e quibus ducū suorum iussu, commeatus capiendi erant. Frumentū plurimū, uinumque ex palmulis magnam copiam nacti sunt. Quin & acetum ex ijsdem palmulis decoctis conditum. Ac palmarū quidē fructus ipsi multò præstãtiores ijs qui in Græciã comportantur, seruis apponebãtur. Delectissimi uero quique, & pulchritudine, ac magnitudine admirabiles, colore nõ multū ab electro differētes, dominis reseruabãtur. Hos erant qui siccarēt, ac in usum bellariorū reponerēt. Mēsis quidē ex his suauissimæ epulæ, sed quæ capitis dolorē afferrēt. Quin et cerebro, id est, excisa ex uiridib. ramis medulla, milites uescebantur, quæ item ipsa capiti molesta erat. Sed multi præcipuã quãdã in eo cibi genere suauitatē admirabãtur. Hac extracta, arbor tota exarescebat. Hoc in loco Græci triduū cõmorati sunt. Interea uenit à rege Tissaphernes, et cū eo regis uxoris frater, tres itē Persæ, cū magno seruorum numero. Quib. cū Græcorū duces obuiã uenissent, prior Tissaphernes per interpretē ita loquutus est: Ego principes Græci, pximo Græciæ loco habito. Quare cū uos in summas ac plurimas rerū difficultates incidisse uiderē, præclare me uestris reb. cõsulere posse putaui, si forte à rege posse impetrare, ut à me uos in Græciã incolumes reduci sineret. Pro quo cum et à uobisipsis, et ab uniuersa Græcia egregiã me gratiã initurū mihi psuaderē, à rege id pro iure meo petij: cū illi etiã dicerē, me plane ita meritum esse, ut libēter mihi in hoc genere gratificari deberet, cū et de Cyri motu primus eū certiorē fecerim. Primus item, atque adeo cū ipso nūcio copias ei in auxiliū adduxerim. Solus deinde ex omnib. q cõtra Græcos in acie steterunt, nõ fugerim, sed p medios hostes euaserim. Deinde cū ipso rege in uestris castris cõgressus, quò scilicet rex post Cyri cædē penetrarat, barbaros eos qui Cyrū secuti fuerant, unà cū ijs q nūc mecū sunt regi fidelissimis hominibus, in fugã uerterim. Quæ cum exposuissem, se deliberaturū rex pmisit. Verum interea me ad uos uenire iussit, ac quærere quamnã ob causam cõtra ipsum arma ceperitis. Hic ego uobis ut lenius respondeatis suadeo, quo possim

παρέσεσθαι. ἐπεὶ δ' ἐδόκει καιρὸς εἶναι, ἀπήγγελλεν ὅτι σπένδοιτο, καὶ εὐθὺς ἡγεῖσθαι ἐκέλευε πρὸς τὰ ἐπιτήδεια. καὶ οἱ μὲν ἡγοῦντο. Κλέαρχος μέντοι ἐπορεύετο, τὰς μὲν σπονδὰς ποιησάμενος, τὸ δὲ στράτευμα ἔχων ἐν τάξει, καὶ αὐτὸς ὠπισθοφυλάκει. καὶ ἐνετύγχανον τάφροις, καὶ αὐλῶσι πλήρεσιν ὕδατος, ὡς μὴ δύνασθαι διαβαίνειν ἄνευ γεφυρῶν. ἀλλ' ἐποιοῦντο διαβάσεις ἐκ τῶν φοινίκων, οἳ ἦσαν ἐκπεπτωκότες. τοὺς δὲ καὶ ἐξέκοπτον. καὶ ἐνταῦθα ἦν Κλέαρχον καταμαθεῖν, ὡς ἐπεστάτει. ἐν μὲν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ τὸ δόρυ ἔχων· ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ βακτηρίαν. καὶ εἴ τις αὐτῷ δοκοίη τῶν πρὸς τοῦτο τεταγμένων αὐτῷ βλακεύειν, ἐκλεγόμενος τὸν ἐπιτήδειον, ἔπαισεν ἄν. καὶ ἅμα αὐτὸς προσελάμβανεν εἰς τὸν πηλὸν ἐμβαίνων, ὥστε πᾶσιν αἰσχύνην εἶναι, μὴ οὐ συσπουδάζειν. καὶ ἐτάχθησαν μὲν πρὸς αὐτὸν οἱ τριάκοντα ἔτη γεγονότες. ἐπεὶ δὲ καὶ Κλέαρχον ἑώρων σπουδάζοντα, προσελάμβανον καὶ οἱ πρεσβύτεροι. πολὺ δὲ μᾶλλον ὁ Κλέαρχος ἔσπευδεν, ὑποπτεύων, μὴ αἰεὶ οὕτω πλήρεις εἶναι τὰς τάφρους ὕδατος (οὐ γὰρ ἦν ὥρα οἵα τὸ πεδίον ἄρδειν) ἀλλ' ἵνα πολλὰ τὰ ἄπορα φαίνοιτο τοῖς Ἕλλησιν εἶναι εἰς τὴν πορείαν, τούτου ἕνεκα βασιλέα ὑπώπτευεν, ἐπὶ τὸ πεδίον τὸ ὕδωρ ἀφεικέναι. πορευόμενοι δὲ ἀφίκοντο εἰς κώμας, ὅθεν ἀπέδειξαν οἱ ἡγεμόνες λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια. ἐνῆν δὲ σῖτος πολύς, καὶ οἶνος φοινίκων, καὶ ὄξος ἑψητὸν ἀπὸ τῶν αὐτῶν. αὗται δὲ αἱ βάλανοι τῶν φοινίκων, οἵας μὲν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἔστιν ἰδεῖν, τοῖς οἰκέταις ἀπέκειντο. αἱ δὲ τοῖς δεσπόταις ἀποκείμεναι, ἦσαν ἀπόλεκτοι, θαυμάσιαι τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος. ἡ δὲ ὄψις ἠλέκτρου οὐδὲν διέφερε. τὰς δέ τινας ξηραίνοντες, τραγήματα ἀπετίθεσαν, καὶ ἦν καὶ παρὰ πότον ἡδὺ μέν, κεφαλαλγὲς δέ. ἐνταῦθα καὶ τὸν ἐγκέφαλον τοῦ φοίνικος πρῶτον ἔφαγον οἱ στρατιῶται, καὶ οἱ πολλοὶ ἐθαύμαζον τό τε εἶδος καὶ τὴν ἰδιότητα τῆς ἡδονῆς. ἦν δὲ σφόδρα καὶ τοῦτο κεφαλαλγές. ὁ δὲ φοῖνιξ ὅθεν ἐξαιρεθείη ὁ ἐγκέφαλος, ὅλος ἐξηραίνετο. ἐνταῦθα δὲ ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς, καὶ παρὰ μεγάλου βασιλέως ἧκε Τισσαφέρνης, καὶ ὁ τῆς βασιλέως γυναικὸς ἀδελφός, καὶ ἄλλοι Πέρσαι τρεῖς. δοῦλοι δὲ πολλοὶ εἵποντο. ἐπεὶ δὲ ἀπήντησαν αὐτοῖς οἱ τῶν Ἑλλήνων στρατηγοί, ἔλεγε πρῶτος Τισσαφέρνης δι' ἑρμηνέως τοιάδε. ἐγώ, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, γείτων οἰκῶ τῇ Ἑλλάδι, καὶ ἐπεὶ ὑμᾶς εἶδον εἰς πολλὰ κακὰ καὶ ἀμήχανα πεπτωκότας, εὕρημα ἐποιησάμην, εἴ πως δυναίμην παρὰ βασιλέως αἰτήσασθαι, δοῦναί μοι ἀποσῶσαι εἰς τὴν Ἑλλάδα ὑμᾶς. οἶμαι γὰρ οὐκ ἀχαρίστως μοι ἕξειν οὔτε πρὸς ὑμῶν, οὔτε πρὸς τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης. ταῦτα δὲ γνούς, ᾐτούμην βασιλέα, λέγων αὐτῷ, ὅτι ἄν μοι δικαίως χαρίζοιτο, ὅτι αὐτῷ Κῦρον τε ἐπιστρατεύοντα πρῶτος ἤγγειλα, καὶ βοήθειαν ἔχων, ἅμα τῇ ἀγγελίᾳ ἀφικόμην, καὶ μόνος τῶν κατὰ τοὺς Ἕλληνας τεταγμένων οὐκ ἔφυγον. ἀλλὰ διήλασα καὶ συνέμιξα βασιλεῖ ἐν τῷ ὑμετέρῳ στρατοπέδῳ, ἔνθα βασιλεὺς ἀφίκετο, ἐπεὶ Κῦρον ἀπέκτεινε. καὶ τοὺς σὺν Κύρῳ βαρβάρους ἐδίωξα, σὺν τοῖς δὲ τοῖς παροῦσιν νῦν μετ' ἐμοῦ, οἵπερ αὐτῷ εἰσὶ πιστότατοι. καὶ περὶ μὲν τούτων, ὑπέσχετό μοι βουλεύσασθαι. ἐρέσθαι δὲ ὑμᾶς ἐκέλευσεν ἐλθόντα, τίνος ἕνεκα ἐστρατεύσατε ἐπ' αὐτόν. καὶ συμβουλεύω ὑμῖν μετρίως ἀποκρίνασθαι, ἵνα μοι εὐπρακτότερον ᾖ, ἐάν τι δύνωμαι

ἀγαθὸν

ἀγαθὸν ὑμῖν παρ' αὐτοῦ διαπράξασθαι. πρὸς ταῦτα μεταστάντες οἱ Ἕλληνες, ἐβουλεύοντο καὶ ἀπεκρίναντο. Κλέαρχος δ' ἔλεγεν· ἡμεῖς οὔτε συνήλθομεν ὡς βασιλεῖ πολεμήσοντες, οὔτ' ἐπορευόμεθα ἐπὶ βασιλέα· ἀλλὰ πολλὰς προφάσεις Κῦρος ηὕρισκεν, ὡς καὶ σὺ εὖ οἶσθα, ἵνα ὑμᾶς τε ἀπαρασκευάστους λάβοι, καὶ ἡμᾶς ἐνθάδε ἀναγάγοι. ἐπεὶ μέντοι ἤδη ἑωρῶμεν αὐτὸν ἐν δεινῷ ὄντα, ᾐσχύνθημεν καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους προδοῦναι αὐτὸν ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ παρέχοντες ἡμᾶς αὐτοὺς εὖ ποιεῖν. ἐπεὶ δὲ Κῦρος τέθνηκεν, οὔτε ἀντιποιούμεθα βασιλεῖ τῆς ἀρχῆς, οὔτ' ἔστιν, οὗ ἕνεκ' ἂν βουλοίμεθα τὴν βασιλέως χώραν κακῶς ποιεῖν, οὐδ' αὐτὸν ἀποκτεῖναι ἂν ἐθέλοιμεν. πορευοίμεθα δ' ἂν οἴκαδε, εἴ τις ἡμᾶς μὴ λυποίη. ἀδικοῦντα μέντοι πειρασόμεθα σὺν τοῖς θεοῖς ἀμύνασθαι. ἐὰν μέντοι τις ἡμᾶς καὶ εὖ ποιῶν ὑπάρχῃ, καὶ τούτου εἴς γε δύναμιν οὐχ ἡττησόμεθα εὖ ποιοῦντες. ὁ μὲν οὕτως εἶπεν. ἀκούσας δὲ ὁ Τισσαφέρνης, ἔφη· ταῦτα ἐγὼ ἀπαγγελῶ βασιλεῖ, καὶ ὑμῖν πάλιν τὰ παρ' ἐκείνου. μέχρι δ' ἂν ἐγὼ ἥκω, αἱ σπονδαὶ μενόντων. ἀγορὰν δὲ ἡμεῖς παρέξομεν. καὶ εἰς μὲν τὴν ὑστεραίαν οὐχ ἧκεν, ὥσθ' οἱ Ἕλληνες ἐφρόντιζον. τῇ δὲ τρίτῃ ἥκων ἔλεγεν, ὅτι διαπεπραγμένος ἥκοι παρὰ βασιλέως, δοθῆναι αὐτῷ σῴζειν τοὺς Ἕλληνας. καίπερ πάνυ πολλῶν ἀντιλεγόντων, ὡς οὐκ ἄξιον εἴη βασιλεῖ, ἀφεῖναι τοὺς ἐφ' ἑαυτὸν στρατευσαμένους. τέλος δ' εἶπε· καὶ νῦν ἔξεστιν ὑμῖν πιστὰ λαβεῖν παρ' ἡμῶν, ἦ μὴν φιλίαν ὑμῖν παρέξειν τὴν χώραν, καὶ ἀδόλως ἀπάξειν εἰς τὴν Ἑλλάδα ἀγορὰν παρέχοντας. ὅπου δ' ἂν μὴ παρέχωμεν ἀγοράν, λαμβάνειν ὑμᾶς ἐκ τῆς χώρας ἐάσομεν τὰ ἐπιτήδεια. ὑμᾶς δ' αὖ ἡμῖν δεήσει ὀμόσαι, ἦ μὴν πορεύεσθαι ὡς διὰ φιλίας ἀσινῶς, σῖτα καὶ ποτὰ λαμβάνοντας, ὁπόταν μὴ παρέχωμεν ἀγοράν. ἐὰν δὲ παρέχωμεν ἀγοράν, ὠνουμένους ἕξειν τὰ ἐπιτήδεια. ταῦτα ἔδοξε, καὶ ὤμοσαν. καὶ δεξιὰς ἔδοσαν, Τισσαφέρνης καὶ ὁ τῆς βασιλέως γυναικὸς ἀδελφὸς τοῖς τῶν Ἑλλήνων στρατηγοῖς καὶ λοχαγοῖς, καὶ ἔλαβον παρὰ τῶν Ἑλλήνων. μετὰ δὲ ταῦτα Τισσαφέρνης εἶπε· νῦν μὲν δή, ἄπειμι ὡς βασιλέα. ἐπειδὰν δὲ διαπράξωμαι ἃ δέομαι, ἥξω συσκευασάμενος, ὡς ἀπάξων ὑμᾶς εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ αὐτὸς ἀπιὼν ἐπὶ τὴν ἐμαυτοῦ ἀρχήν. μετὰ ταῦτα περιέμενον Τισσαφέρνην, οἵ τε Ἕλληνες καὶ Ἀριαῖος ἐγγὺς ἀλλήλων ἐστρατοπεδευμένοι ἡμέρας πλείους ἢ εἴκοσιν. ἐν δὲ ταύταις ἀφικνοῦνται πρὸς Ἀριαῖον, καὶ οἱ ἀδελφοὶ καὶ οἱ ἄλλοι ἀναγκαῖοι, καὶ πρὸς τοὺς σὺν ἐκείνῳ Περσῶν τινες παραθαρρύνοντές τε καὶ δεξιὰς ἐνίοις παρὰ βασιλέως φέροντες, μὴ μνησικακήσειν βασιλέα αὐτοῖς, τῆς σὺν Κύρῳ ἐπιστρατείας, μηδὲ ἄλλου μηδενὸς τῶν παροιχομένων. τούτων δὲ γιγνομένων, ἔνδηλοι ἦσαν οἱ περὶ τὸν Ἀριαῖον, ἧττον τοῖς Ἕλλησι προσέχοντες τὸν νοῦν. ὥστε καὶ διὰ τοῦτο τοῖς μὲν πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων οὐκ ἤρεσκον· ἀλλὰ προσιόντες τῷ Κλεάρχῳ, ἔλεγον καὶ τοῖς ἄλλοις στρατηγοῖς, τί μένομεν; ἢ οὐκ ἐπιστάμεθα ὅτι βασιλεὺς ἡμᾶς ἀπολέσαι περὶ παντὸς ἂν ποιήσαιτο, ἵνα καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι φόβος ᾖ ἐπὶ βασιλέα στρατεύειν; καὶ νῦν μὲν ἡμᾶς ὑπάγεται μένειν, διὰ τὸ διεσπάρθαι αὐτῷ τὸ στράτευμα. ἐπειδὰν δὲ πάλιν ἁλισθῇ αὐτῷ ἡ στρατιά, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἐπιθήσεται ἡμῖν.

ἴσως

quæ cupio uestra causa facilius obtinere. Hæc ubi Græci audierũt, paululũ cõcedẽtes, inter se qd respõdendũ esset cõsultarũt. Tũ Clearchus pro omnib. in hũc modũ loquutus est: Nos neq; in unũ cõuenimus ut bellũ regi inferremus, neq; cõtra ipsum prudẽtes ac sciẽtes uenimus. sed, ut ipse nosti, Cyrus omnib. artibus usus est, quo et uos imparatos opprimeret, et nos huc pduceret. Vbi cũ cũ maximis rerũ difficultatibus circũuentũ uideremus, fuit quod deorum nos, et hominũ pudor adduxit, ne eũ in aduersis deseremus, cui in sequendis præsto semper fuissemus. Iam Cyro interfecto, neq; nobis de imperio cum rege ullũ est certamẽ, neq; in eius fines hostiliter inuadimus, nec ipsum occidere uelimus, liceat modo in patriã sine cuiusquã iniuria redire. Quod si quis nos lacesserit, hũc diis freti, ut ulciscamur, operã dabimus. Sin fuerit de nobis quisquam bene meritus, nihil certe, ne uicti beneficio uideamur, referẽdæ gratiæ studio futurũ nobis antiquius est. Hæc Clearchus. Tissaphernes uerò: Hæc, inquit, regi nũciabo, rursumq; uobis quicqd ille respõderit. Dũ uero ad illũ excurro, de cõpositione illud maneat, qd ante inter nos cõuenit, ac interim cõmeatus uobis dabimus. Ac tũc abiẽs, cũ postero die nõ rediret, Græcis nõnihil suspicãdum præbuit. Tertio uero die cũ uenisset, se à rege impetrasse dixit, ut liceret Græcos in patriã incolumes reducere: quãuis non defuissent q aduersati essẽt, cũ è regis dignitate esse negarent, si q cõtra ipsum armati uenissẽt, impune ab eo discederẽt. Postremò, ut rẽ, inqt, paucis absoluã, uobis, ut nũc se res habet, licet nobiscum pacisci. Fidẽ nos dabimus primũ, tuta uobis fore itinera, per oẽs regni partes, ut nihil plus q̃ ab amicis uobis timẽdũ sit: deinde nos optima fide in Græciã reducẽdos suscipiemus. Cõmeatuũ copiã faciemus: id si minus præstiterimus, tũ ex agro quæcũq; opus fuerint, uos sumere patiemur. Vos cõtrà iusiurandũ cõcipietis, quacũq; trãsieritis, nulli neq; incõmodũ, neq; detrimentũ ullũ importaturos, ac si per sociorũ fines iter faceretis: esculẽta tantũ et poculẽta sumpturos, ubi e foro ea nobis curare nõ potuerimus. Vbi uero mercãdi facultas fuerit, omnia uos empturos. Hæc utrinq; iureiurãdo sancita sunt: dextræ datæ uicissim. Autores fuere illinc Tissaphernes, & regis uxoris frater, hinc Græcorũ duces & centuriones. His ita transactis, Tissaphernes ad regẽ inquit excurro: illinc rebus omnibus, quæ ad iter ptinẽt, cõparatis, cõfestim adero, uosq; in Græciã deducã, et ipse me in meã prouinciã recipiã. Post hæc Græci eo ipso in loco, et Ariæus coniunctis castris, uiginti dies Tissaphernẽ expectantes cõmorati sunt. Interea uenerũt ex Persis ad Ariæum, cæterosq; qui cum eo erãt, cũ ipsius fratres, tum cæteri necessarij, qui eos bono animo esse iusserũt: fidẽ etiã à rege dederũt, quod Cyrũ armis iuuissent, nulli ipsis fraudi futurũ, ac præteritas omnes offensiones illũ ijs condonaturũ. Hæc Ariæũ eiusq; milites ita cõmouisse uidebantur, ut iam Græcorũ societatẽ multo negligẽtius colerẽt. Quod cum uulgus Græcorũ animaduertisset, nõ belle secum agi putarũt: quare cum Clearchũ & cæteros duces conuenissent: Quid, inquiũt, hic amplius cõmoramur? An uero ignoramus regẽ nihil impensius, quàm nos perditos cupere? atq; ob id maximè, ut reliquos Græcos hoc exemplo perterrefaciat, ne in posterũ contra ipsum arma capiant. At nũc quidẽ dedita opera hic nos detinet, quãtisper scilicet eius copiæ, quæ nũc dissipatæ sunt, in unũ coeant. An dubitatis qn ubi coierint, sit in nos impetũ facturus?

 Quid

Quid si fortè nunc, aut fodiendum, aut muniendum ali/
quid curat, quo nos intercludat. Neque enim quantum in
se fuerit, passurum consentaneum est, in Græciam renun/
ciari, nos cum tam pauci essemus, regem in ordinem re/
degisse, atque ab ipsius, ut aiunt, ianua, domum, eius po/
tentiam illudentes, rediisse. Ad hæc ita respondit Clear/
chus: Eadem, mihi inquit, suspicari in mentē uenire solet:
sed illud iam cogito, si nunc discedimus, ne rebellasse con
tra fœdus uideamur. Deinde uero commeatus nobis da/
bit nemo, neque erit quô frumentatum eamus: ducem præ
terea itineris neminem habebimus. Ad hæc Ariæus, si
hæc fecerimus, à nobis planè deficiet. Atque ita non mo/
do nullum nobis amicum reliquum fecerimus, sed qui an/
te amici, hi hostes fient. Fluuius quidem nunquis trajcien
dus nobis sit alius, nescio. Euphraten certe, facile intelli/
gere possumus, si obsistant hostes, nullo pacto transmit/
ti posse. Quod si pugnandum fuerit, ecquis nobis est e/
quitatus? at is hostibus plurimus & lectissimus. Quo fiet,
ut si uicerimus, illos tamen assequi nequeamus: sin ui/
cti fuerimus, nostrum euadat nemo. Ego sane regis con/
silium miror, si cum tam multis modis pro suis opibus ac
facultatibus, nos facilime perdere posit, nobiscum fœ/
dus feriat, fidem det, deos periurio lædat, fideique suæ au/
toritatem apud Græcos & barbaros comminuat. Mul/
ta in hanc sententiam cum dixisset, Tissaphernes uenit,
copiasq; suas secum, uti domum reduturus, adduxit. Cum
eo unà Orontes, cum suis item copijs uenit: ac is secum
regis filiam sibi matrimonio coniunctam habebat. Hinc
duce Tissapherne, & eodem commeatus uenum expo/
nente, profecti sunt. Vnà etiam Ariæus cum eo barba/
rorum exercitu, qui Cyri fuerat. Atque hi quidem, &
Orontes, communibus castris utebantur. Græci uerò
cum barbaros suspectos haberent, seorsum iter faciebāt,
duces suos sequentes: quocunque locorum peruenissent,
castra ponebant, interuallo haud multo minore inter se
pass. IIII. M. Ac utrinque, æque ac aduersus hostes custo/
diæ adhibebantur: quæ res suspicionem haud leuem in om
nium animos immisit. Sæpe etiam qui aut lignatum, aut
pabulatum, aut quid aliud quæsitum mittebantur, ab al/
terutris plagis mulctati redibant, ex quo inimicitiæ exi/
stebant. Hinc uero progressi, tertijs castris ad Medeæ mu
ros accesserunt: per cuius etiam interius pomœrium iter
fecere. Erant hi coctilibus laterculis & bitumine extru
cti, uiginti pedum latitudine, & altitudine centum, in spa
cium uero excurrentes uti ferebatur M. pass. LXXX. A
Babylone uero non longe hi aberant. Proximis binis ca/
stris M. pass. XXXII. confectis, alueos duos trauecerunt,
quorum unus ponte, alter nauigijs septem iungebatur:
Hi à Pigrete amne ducti fuerant, atque ab his fossæ per to
tum agrum diducebātur: quarum primæ queq; maiores,
minores mediæ, postremæ nihilo latiores ijs riuulis, quos
Græci in panici segetem inducere solent. Hinc ad Pigre/
tem amnem peruenere, à quo quindecim circiter stadia
urbs abest Sitace nomine, magna illa & hominum multi/
tudine abundans. Græci in proximo agro nō longe à pul/
cherrimis maximisq;, ac omnifarijs arboribus consitis
hortis, castrametati sunt: Barbari ipsi trans Pigretem,
quaqùe in parte conspici non poterant. Iam uerò cum à
cœna forte Proxenus & Xenophon pro castris ambula/
rent, accedens nescio quis ab ijs qui pro statione erant,
quæsiuit, Clearchum aut Proxenū, ubinā repetire posit;
de Me/

ἴσως δὲ πῃ, ἢ ἀποσκάπτει τι, ἢ ἀποτειχίζει, ὡς ἄπορος ἡ
ὁδός. οὐ γάρ ποτε ἑκών γε βουλήσεται ἡμᾶς ἐλθόντας εἰς τὴν
Ἑλλάδα ἀπαγγεῖλαι, ὡς ἡμεῖς τοσοίδε ὄντες, ἐνικῶμεν
τὴν βασιλέως δύναμιν ἐπὶ ταῖς θύραις αὐτοῦ, καὶ κατα-
γελάσαντες ἀπήλθομεν. κλέαρχος δὲ ἀπεκρίνατο τοῖς
ταῦτα λέγουσιν· ἐγὼ ἐνθυμοῦμαι μὲν καὶ ταῦτα πάντα.
ἐννοῶ δὲ, ὅτι εἰ νῦν ἄπιμεν, δόξομεν ἐπὶ πολέμῳ ἀπιέ-
ναι, καὶ παρὰ τὰς σπονδὰς ποιεῖν. ἔπειτα πρῶτον μὲν ἀ-
10 γορὰν οὐδεὶς ἡμῖν παρέξει, οὐδ᾽ ὁπόθεν ἐπισιτισόμεθα.
αὖθις δὲ ὁ ἡγησόμενος οὐδεὶς ἔσται, καὶ ἅμα ταῦτα ποιούν
των ἡμῶν, εὐθὺς ἀριαῖος ἀφεστήσει. ὥστε φίλος ἡμῖν
οὐδεὶς λελείψεται, ἀλλ᾽ οἱ καὶ πρόσθεν ὄντες πολέμιοι ἡ-
μῖν ἔσονται. ποταμὸς δὲ εἰ μέν τις καὶ ἄλλος ἄρα ἡμῖν ἐστι
διαβατέος, οὐκ οἶδα. τὸν δ᾽ οὖν εὐφράτην ἴσμεν, ὅτι ἀδύ-
νατον διαβῆναι, κωλυόντων πολεμίων. οὐ μὲν δὴ ἂν μά-
χεσθαι δέῃ, ἱππεῖς εἰσιν ἡμῖν σύμμαχοι; τῶν δὲ πολεμίων
ἱππεῖς εἰσιν οἱ πλεῖστοι, καὶ πλείστου ἄξιοι. ὥστε νικῶντες μὲν
20 τίνα ἂν κατακάνοιμεν; ἡττωμένων δὲ μᾶλλον οὐδένα οἷόν τε
σωθῆναι. ἐγὼ μὲν οὖν βασιλέα, ᾧ πολλά οὕτως ἐστὶ τὰ σύμ-
μαχα, εἴπερ προθυμεῖται ἡμᾶς ἀπολέσαι, οὐκ οἶδα ὅτι δεῖ
αὐτὸν ὀμόσαι, καὶ δεξιὰν δοῦναι, καὶ θεοὺς ἐπιορκῆσαι,
καὶ τὰ ἑαυτοῦ πιστὰ, ἄπιστα ποιῆσαι Ἕλλησι καὶ βαρβάροις.
τοιαῦτα ἔλεγε πολλά. ἐν δὲ τούτῳ τισσαφέρνης ἧκεν,
ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ὡς εἰς οἶκον ἀπιὼν, καὶ ὀρό-
ντας τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν. ἦγε δὲ καὶ τὴν θυγατέρα τὴν
βασιλέως ἐπὶ γάμῳ. ἐντεῦθεν δὲ τισσαφέρνους ἡγουμέ-
νου, καὶ ἀγορὰν παρέχοντος, ἐπορεύοντο. ἐπορεύετο δὲ
30 καὶ ἀριαῖος, ἔχων τὸ κύρου βαρβαρικὸν στράτευμα, ἅμα
τισσαφέρνει καὶ ὀρόντᾳ, καὶ συνεστρατοπεδεύετο σὺν ἐκείνοις.
οἱ δὲ ἕλληνες ὑφορῶντες τούτους, αὐτοὶ ἐφ᾽ ἑαυτῶν ἐ-
χώρουν, ἡγεμόνας ἔχοντες. ἐστρατοπεδεύοντο δὲ ἑκάστο-
τε, ἀπέχοντες ἀπ᾽ ἀλλήλων, παρασάγγην καὶ μεῖον. ἐφυ-
λάττοντο δὲ οἱ ἀμφότεροι, ὥσπερ πολεμίους, ἀλλήλους, καὶ
εὐθὺς τοῦτο ὑποψίαν παρεῖχεν. ἐνίοτε δὲ καὶ ξυλιζόμενοι
ἐκ τοῦ αὐτοῦ, καὶ χόρτον, καὶ ἄλλα τοιαῦτα συλλέγοντες, πλη-
γὰς ἐνέτεινον ἀλλήλοις, ὥστε καὶ τοῦτο ἔχθραν παρεῖχε. δι-
40 ελθόντες δὲ τρεῖς σταθμοὺς, ἀφίκοντο πρὸς τὸ μηδίας
τεῖχος, καὶ παρῆλθον αὐτοῦ εἴσω. ἦν δὲ ᾠκοδομημένον,
πλίνθοις ὀπταῖς, ἐν ἀσφάλτῳ κειμέναις, εὖρος εἴκοσι
ποδῶν, ὕψος δὲ ἑκατὸν, μῆκος δὲ ἐλέγετο εἴκοσι παρα-
σαγγῶν. ἀπέχει δὲ βαβυλῶνος οὐ πολύ. ἐντεῦθεν δ᾽
ἐπορεύθησαν σταθμοὺς δύο, παρασάγγας ὀκτὼ, καὶ διέβη-
σαν διώρυχας δύο· τὴν μὲν ἐπὶ γεφύρας, τὴν δὲ ἐζευγμέ-
νην πλοίοις ἑπτά. αὗται δὲ ἦσαν ἀπὸ τοῦ τίγρητος ποτα-
μοῦ. κατετέτμηντο δὲ ἐξ αὐτῶν καὶ τάφροι ἐπὶ τὴν χώ-
50 ραν. αἱ μὲν πρῶτοι μεγάλαι, ἔπειτα δ᾽ ἐλάσσους. τέλος
δὲ καὶ μικροὶ ὀχετοὶ, ὥσπερ ἐν τῇ ἑλλάδι ἐπὶ τὰς μελί-
νας. καὶ ἀφικνοῦνται ἐπὶ τὸν τίγρητα ποταμὸν, πρὸς ᾧ πό-
λις ἦν μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, ᾗ ὄνομα σιττάκη, ἀ-
πέχουσα τοῦ ποταμοῦ σταδίους πεντεκαίδεκα. οἱ μὲν οὖν ἕλ
ληνες παρ᾽ αὐτὴν ἐσκήνωσαν, ἐγγὺς παραδείσου καλοῦ καὶ
μεγάλου καὶ δασέος παντοίων δένδρων. οἱ δὲ βάρβαροι
διαβεβηκότες τὸν τίγρητα, οὐ μέντοι γε καταφανεῖς ἦσαν.
μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον, ἔτυχον ἐν περιπάτῳ ὄντες πρὸ τῶν ὅπλων
πρόξενος καὶ ξενοφῶν. καὶ προσελθὼν ἠρώτησέ τις ἄνθρω-
πος τοὺς πρὸ τῆς φυλακῆς, ποῦ ἂν ἴδοι πρόξενον ἢ κλέαρχον.
μένωνα

μένοντα δ' οὐκ ἔζητει. καὶ ταῦτα παρὰ Ἀριαίου ὤν, τοῦ μένω-
νος ξένος. ἐπεὶ δὲ Πρόξενος εἶπεν, ὅτι αὐτὸς εἴη ὃν ζητεῖ, εἶ-
πεν ὁ ἄνθρωπος. ἔπεμψέ με Ἀριαῖος καὶ Ἀρτάβαζος,
πιστοὶ ὄντες Κύρῳ, καὶ ὑμῖν εὖνοι, καὶ κελεύουσι φυλάττε-
σθαι, μὴ ὑμῖν ἐπιθῶνται τῆς νυκτὸς οἱ βάρβαροι. ἔστι δὲ στρά-
τευμα πολὺ ἐν τῷ πλησίον παραδείσῳ. καὶ ἐπὶ τὴν γέφυ-
ραν τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ, πέμψαι κελεύουσι φυλακάς,
ὅτι διανοεῖται λῦσαι αὐτὴν Τισσαφέρνης τῆς νυκτός, ἐὰν
δύνηται, ὡς μὴ διαβῆτε, ἀλλ' ἐν μέσῳ ἀποληφθῆτε τοῦ
ποταμοῦ καὶ τῆς διώρυχος. ἀκούσαντες ταῦτα, ἄγουσιν
αὐτὸν παρὰ τὸν Κλέαρχον, καὶ φράζουσιν ἃ λέγει. ὁ δὲ Κλέαρ-
χος ἀκούσας, ἐταράχθη, καὶ ἐφοβεῖτο σφόδρα. νεανίσκος
δέ τις τῶν παρόντων ἐννοήσας, εἶπεν, ὡς οὐκ ἀκόλουθα εἴη
τό τε ἐπιθήσεσθαι, καὶ τὸ λύσειν τὴν γέφυραν. δῆλον γὰρ ὅτι
ἐπιτιθεμένους, ἢ νικᾶν δεήσει αὐτούς, ἢ ἡττᾶσθαι. ἐὰν μὲν
οὖν νικῶσι, τί δεῖ αὐτοὺς λύειν τὴν γέφυραν; οὐδὲ γὰρ ἂν πολ-
λαὶ γέφυραι ὦσιν, ἔχοιμεν ἂν ὅποι φυγόντες ἡμεῖς σω-
θείημεν. ἂν δ' αὖ ἡμεῖς νικῶμεν, λελυμένης τῆς γεφύ-
ρας, οὐχ ἕξουσιν ἐκεῖνοι ὅπου ἂν φύγωσιν. οὐδὲ μὴν βοηθῆ-
σαι πολλῶν ὄντων πέραν οὐδεὶς αὐτοῖς δυνήσεται, λελυ-
μένης τῆς γεφύρας. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Κλέαρχος, ἤρε-
το τὸν ἄγγελον, πόση τις εἴη χώρα, ἡ ἐν μέσῳ τοῦ Τίγρητος
καὶ τῆς διώρυχος. ὁ δὲ εἶπεν, ὅτι πολλή, καὶ κῶμαι ἔνεισι,
καὶ πόλεις πολλαὶ καὶ μεγάλαι. τότε δὴ καὶ ἐγνώσθη, ὅτι
οἱ βάρβαροι τὸν ἄνθρωπον ὑποπέμψαιεν, ὀκνοῦντες μὴ
οἱ Ἕλληνες διελθόντες τὴν γέφυραν, μένοιεν ἐν τῇ νήσῳ
ἐρύματα ἔχοντες, ἔνθεν μὲν τὸν Τίγρητα ποταμόν, ἔνθεν
δὲ τὴν διώρυχα. τὰ δ' ἐπιτήδεια ἔχοιεν ἐκ τῆς ἐν μέσῳ
χώρας, πολλῆς καὶ ἀγαθῆς οὔσης, καὶ τῶν ἐργασομένων ἐνόν-
των. εἶτα καὶ ἀποστροφὴ γένοιτο, εἴ τις βούλοιτο βασιλέα
κακῶς ποιεῖν. μετὰ ταῦτα ἀνεπαύοντο. ἐπὶ μέντοι τὴν
γέφυραν ὅμως φυλακὴν ἔπεμψαν. καὶ οὔτε ἐπέθετο οὐ-
δεὶς οὐδαμόθεν, οὔτε πρὸς τὴν γέφυραν οὐδεὶς ἦλθε τῶν πο-
λεμίων, ὡς οἱ φυλάττοντες ἀπήγγελλον. ἐπειδὴ δ' ἕως
ἐγένετο, διέβησαν τὴν γέφυραν ἐζευγμένην πλοίοις τριά-
κοντα καὶ ἑπτά, ὡς οἷόν τε μάλιστα πεφυλαγμένως. ἐξήγ-
γελλον γάρ τινες τῶν παρὰ Τισσαφέρνους Ἑλλήνων, ὡς δια-
βαινόντων, μέλλοιεν ἐπιτίθεσθαι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ψευδῆ
ἦν. διαβαινόντων μέντοι Γλοῦς αὐτοῖς ἐπεφάνη μετ' ἄλ-
λων, σκοπῶν εἰ διαβαίνοιεν τὸν ποταμόν. ἐπεὶ δὲ εἶδεν,
ᾤχετο ἀπελαύνων. ἀπὸ δὲ τοῦ Τίγρητος ἐπορεύθησαν σταθ-
μοὺς τέτταρας, παρασάγγας εἴκοσιν ἐπὶ τὸν Φύσκον ποτα-
μόν, τὸ εὖρος πλέθρου. ἐπῆν δὲ γέφυρα. καὶ ἐνταῦθα ᾠκεῖ-
το πόλις μεγάλη, ᾗ ὄνομα Ὦπις. πρὸς ἣν ἀπήντησε τοῖς
Ἕλλησιν ὁ Κύρου καὶ Ἀρταξέρξου νόθος ἀδελφός, ἀπὸ Σού-
σων καὶ Ἐκβατάνων, στρατιὰν πολλὴν ἄγων, ὡς βοηθήσων
βασιλεῖ. καὶ ἐπιστήσας τὸ ἑαυτοῦ στράτευμα, παρερχομένους
ἐθεώρει τοὺς Ἕλληνας. ὁ δὲ Κλέαρχος ἡγεῖτο μὲν εἰς δύο,
ἐπορεύετο δὲ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἐφιστάμενος. ὅσον δ' ἂν
χρόνον τὸ ἡγούμενον τοῦ στρατεύματος ἐπιστῇ, τοσοῦτον
ἀνάγκη χρόνον δι' ὅλου τοῦ στρατεύματος γίγνεσθαι τὴν ἐπί-
στασιν, ὥστε τὸ στράτευμα καὶ αὐτοῖς τοῖς Ἕλλησι δόξαι
πάμπολυ εἶναι, καὶ τὸν Πέρσην ἐκπεπλῆχθαι θεωροῦντα.
ἐντεῦθεν δὲ ἐπορεύθησαν διὰ τῆς Μηδίας σταθμοὺς ἐρήμους
ἕξ, παρασάγγας τριάκοντα εἰς τὰς Παρυσάτιδος κώμας,
τῆς Κύρου καὶ βασιλέως μητρός. ταύτας Τισσαφέρνης Κύ-

de Menone nullam mentionem fecit, cum tamen ab A/
riaeo is missus esset Menonis hospite. Vbi uero Proxe/
nus se illi indicauit: Me, inquit ille, Ariaus & Artaba/
zus fideles olim Cyro, uobis beneuoli homines mise/
runt, ut monerem, caueatis ne noctu uos barbari ado/
riantur: in proximis enim hortis magnae copiae subse/
derunt. Ad haec, uos ijdem iubent praesidio põtem Pigre
tis fluuij occupare: statuisse enim Tissaphernem illum
tempore noctis dissoluere, si possit, quo retrocedendi
adempta facultate, intra fluuium & alueum interclude
mini. Haec illi cum audiuissent, ipsum nuncium ad Clear
chum adducunt, ac ei rem omnem explicant. quis ille au
dita, uehementer commotus ac perterritus est. Hic ex
ijs qui tunc aderant, adolescens quidam, cum rem consi
derasset attẽtius, docuit haec inter se pugnãtia esse: ado
riri simul, & pontem soluere: necesse enim, inquit, est si
nos adorti fuerint, aut uincere, aut uinci. Quod si uice/
rint, quid tunc est quod pontem soluant? cum neque si
multi nobis pontes suppetant, fuga saluti consulere pos
simus. Sin eos nos uicerimus, certe soluto ponte quo ef/
fugiant non habebunt. Adde quod ex ulteriore parte,
nemo ex tanta multitudine ponte amoto, his auxilio ue
nire poterit. Cum ad haec attendisset Clearchus, de nun
cio quaesiuit, quàm late pateret ea regio, quae Pigrete
& alueo terminaretur. Cui cum respondisset ille, ma/
gnam utique esse, & in qua uici complures, multaq; es/
sent, ac magnae urbes, planè ab omnibus intellectum
est, allegatum esse illum hominem à barbaris: illud me/
tuentibus, ne Graeci cum pontem transiuissent, insulam
illam occuparent, in qua se hinc aluei, illinc fluminis du
plici quasi munimento tueri, & commeatus ex agro,
qui in medio maximus & optimus pateret, copiam ha/
bere possint, cum praesertim qui eum colerent, defutu/
ri non essent: ex eo uero loco regem multis posse in/
commodis affici. His rebus planè cognitis, Graeci quie/
uerunt, pontem tantum misso praesidio tenuerunt. Ve/
rùm neque eos quisquam ulla ex parte adortus est, neq;
ullus omnino ex hostibus ad pontem accessit, uti postea
ex illis ipsis, qui in praesidio fuerant, cognitum est. Cum
illuxisset, pontem nauigijs XXXVII. fultum, omni
adhibita cautione transierunt: etenim renunciatum
fuerat, in ipso transitu Tissaphernem impetum factu/
rum: quod falsum omnino compertum est. Conspexe/
runt quidem transeuntes Glun, & Allonem: specula/
tum hi uenerant, nunquid Graeci transirent, ac re co/
gnita pedem retulerunt. A Pigrete uero quartis castris
M. pass. LXXX. confectis, ad Physcum amnem perue/
nere. Huius latitudo passuum erat uiginti. Ponte is iun/
gebatur. Nec longe aberat ampla ciuitas, Opis nomi/
ne: prope quam Graecis obuius factus est Cyri & Arta/
xerxis nothus frater, qui secum à Susis & Ecbatanis,
magnum adducebat exercitum, ut auxiliũ ferret regi.
Is cum exercitu substitit, & praetereuntes Graecos spe/
ctauit. Agmen in binos Clearchus ducebat, ac modo
hac, modo illa in parte imperabat: & quantisper qui/
dem frons agminis intersisteret, agmen totũ uiendi ne/
cesse erat. Quod sane efficiebat, ut & ipsis Graecis
multò maximus militũ numerus uideretur, et Perses in
tuẽs uehemẽter obstupesceret. Hinc per Mediae solitudi
nes, senis castris M. pass. CXX. pfecti, in Parysatidis, Cy
ri et Artaxerxis matris uicos uenerũt: eos Graecis Cy

vo iā mortuo illudens, populabūdos Tissaphernes praebuit, captiuū tamē neminē abduxerūt. Erat in his uicis, frumenti, pecoris, aliarūq; rerum luculēta copia. Hinc profecti per solitudines castra quina habuerūt intra M. pass. LXXX. ad leuā Tigretē habētes. Ad prima castra trans flumen, urbs incolebatur frequēs & opulēta, Cane: ex qua barbari coriaceis ratibus panē, caseū, uinū in castra conuehebant. Hinc ad Zabatū amnē uenere, cuius latitudo pass. patebat LXXX. atq; hic dies tris cōmorati sunt: in quibus ut nullae se ostenderint insidiae, suspiciones utrinq; non defuerūt. Quas cum tollere uellet Clearchus, antequā ex ijs bellū aliquod cōflaretur, sibi cum Tissapherne congrediendū putauit: quare per nunciū eum monuit, sibi magnopere ex usu esse cum eo congredi: ille nō grauatē sui adeūdi potestatē fecit. Vbi conuenerunt, Clearchus ita loquutus est: Noui equidē Tissapherne foedus inter nos ictū, datasq; dexteras, neutram partē alterā laesurā. Et tamē, ut uideo, nobis aeque à nobis atq; ab hostib. cauetis: id enimuero cū nos animaduertamus, uestrū exemplū sequimur. Sed enim cum diligētius attendo, neq; uestrūm quenquā esse cōperio, qui nobis periculū ullū intentet: neq;, quod ego planè affirmare possum, quisquā de nostris est, qui in uos quicquam hostile cogitet: eam ob rem te mihi conueniendū putaui, ut has si fieri posset, utrinq; suspiciones exēptas ex animis curaremus. NOVI enim ex huiusmodi plerunq; suspicionib. et criminationibus effici solere, ut dū homines ne patiātur quid grauius metuūt, lōge atrocissimas iniurias ijs plerūq; facere occupēt, q nihil ipsi unquam tale quicquā cōmissuri fuerāt. Veni igitur ad te, quod nulla re magis q̄ familiari cōgressu, huiusmodi errores tolli posse existimaui: ac tibi quidē facile, opinor, ostendā, nihil esse quamobrē fidē nobis nō habeas. Primū eni omniū IPSA nos omnino iusiurādi religio continere debet, ne nobis uicissim infensi simus: atq; eū quidem, qui se uiolatae religionis cōscientia obligarit, neutiquam ego inter beatos numerarim. Deorū enim immortaliū bellū, neq; qua quis celeritate, nec in quas effugiat latebras uideo: nec postremo in quod se propugnaculū recipiat, quò neglecti numinis ira non peruadat, cū sint omnia dijs obnoxia, neq; sit quicquā usquā quod in deorum potestate non sit. Ac de dijs, fide, ac iureiurādo, quo nobis foedus sancitū est, ita statuo. Quod uero ad homines attinet, te ego nobis in praesentia maximi boni autorē puto. Per te eni omnis nobis est aditu facilis uia: p te facile quēuis amnē traijcimus. per te nobis cōmeatuum copia in promptu est. Sine te omnis nobis, quasi in tenebris ignota est uia, q scilicet omniū locorū prorsus ignari simus: sine te nullus est, quem transmittere possimus, amnis: sine te formidolosa queuis turba, multo formidolosior solitudo, cū nulla nobis itineris satis expedita ratio iniri possit. Quod si te furore atq; amētia impulsi occidamus, qd aliud obsecro, nisi homine bene de nobis merito interēpto, maximi regis ad ultionē iure incitati, sit nobis bellū sustinendū? Iā uero quas mihipsi spes irritas redditurus sim, tibi si quā iniuriā facere conatus fuero, nūc explicabo. Ego Cyri ante amicitiā expetiui, quod uiū omniū suae aetatis, ad bene merēdū de quib. uellet maxime idoneū existimaui. Nunc ad pristinā potentiam tuā, illius opes atq; imperiū adiectū esse uideo: ac regis copias quae Cyro infensae erant, tibi praesidio esse.

Hac

ρῳ ἐπεγγελῶν, διαρπάσαι τοῖς ἕλλησιν ἐπέτρεψε, πλὴν ἀνδραπόδων. ἐνῆν δὲ σῖτος πολὺς καὶ πρόβατα καὶ ἄλλα χρήματα. ἐντεῦθεν δ᾽ ἐπορεύθησαν σταθμοὺς ἐρήμους τέσσαρας, παρασάγγας εἴκοσι, τὸν τίγρητα ποταμὸν ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντες. ἐν δὲ τῷ πρώτῳ σταθμῷ πέραν τοῦ ποταμοῦ, πόλις ᾤκεῖτο μεγάλη καὶ εὐδαίμων, ὄνομα καιναί. ἐξ ἧς οἱ βάρβαροι διῆγον ἐπὶ σχεδίαις διφθερῶν ἄρτους, τυρόν, οἶνον. μετὰ ταῦτα ἀφικνοῦνται ἐπὶ τὸν ζαβάταν ποταμόν, τὸ εὖρος τεττάρων πλέθρων. καὶ ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς. ἐν δὲ ταύταις ὑποψίαι μὲν ἦσαν. φανερὰ δ᾽ οὐδεμία ἐφαίνετο ἐπιβουλή. ἔδοξεν οὖν τῷ κλεάρχῳ, συγγενέσθαι τισσαφέρνει, καὶ εἴ πως δύναιτο, παῦσαι τὰς ὑποψίας, πρὶν ἐξ αὐτῶν πόλεμον γενέσθαι. καὶ ἔπεμψέ τινα ἐροῦντα, ὅτι συγγενέσθαι αὐτῷ χρῄζει. ὁ δὲ ἑτοίμως ἐκέλευσεν ἥκειν. ἐπειδὴ δὲ συνῆλθον, λέγει ὁ κλέαρχος τάδε· ἐγώ, ὦ τισσαφέρνη, οἶδα μὲν ἡμῖν ὅρκους γεγενημένους, καὶ δεξιὰς δεδομένας, μὴ ἀδικήσειν ἀλλήλους, φυλαττόμενον δέ σε ὁρῶ ὡς πολεμίους ἡμᾶς. καὶ ἡμεῖς ὁρῶντες ταῦτα, ἀντιφυλαττόμεθα. ἐπεὶ δὲ σκοπῶν οὐδὲν δύναμαι, οὔτε αἰσθέσθαι πειρώμενον ἡμᾶς κακοποιεῖν. ἐγώ τε σαφῶς οἶδα, ὅτι ἡμεῖς γε οὐδ᾽ ἐπινοοῦμεν οὐδὲν τοιοῦτον, ἔδοξέ μοι εἰς λόγους σοι ἐλθεῖν, ὅπως εἰ δυναίμεθα, ἐξέλοιμεν ἀλλήλων τὴν ἀπιστίαν. καὶ γὰρ οἶδα ἤδη, ἀνθρώπους τοὺς μὲν ἐκ διαβολῆς, τοὺς δὲ ἐξ ὑποψίας, οἳ φοβηθέντες ἀλλήλους φθάσαι βουλόμενοι πρὶν παθεῖν, ἐποίησαν ἀνήκεστα κακά, τοὺς οὔτε μέλλοντας, οὔτε βουλομένους τοιοῦτον οὐδέν. τὰς οὖν τοιαύτας ἀγνωμοσύνας νομίζων, συνουσίαις μάλιστα ἂν παύεσθαι, ἥκω, καὶ διδάσκειν σε βούλομαι, ὡς σὺ ἡμῖν οὐκ ὀρθῶς ἀπιστεῖς. πρῶτον μὲν γὰρ καὶ μέγιστον, οἱ θεῶν ὅρκοι ἡμᾶς κωλύουσι πολεμίους εἶναι ἀλλήλοις. ὅστις δὲ τούτων σύνοιδεν αὑτῷ παρημεληκώς, τοῦτον ἐγὼ οὔποτ᾽ ἂν εὐδαιμονίσαιμι. τὸν γὰρ θεῶν πόλεμον οὐκ οἶδα, οὔτ᾽ ἀπὸ ποίου ἂν τάχους φεύγων τις ἀποφύγοι, οὔτ᾽ εἰς ποῖον ἂν σκότος ἀποδραίη, οὔθ᾽ ὅπως ἂν εἰς ἐχυρὸν χωρίον ἀποσταίη. πάντῃ γὰρ πάντα τοῖς θεοῖς ὕποχα, καὶ πανταχῇ πάντων, ἴσον οἱ θεοὶ κρατοῦσι. περὶ μὲν δὴ τῶν θεῶν τε καὶ τῶν ὅρκων οὕτω γιγνώσκω, παρ᾽ οὓς ἡμεῖς τὴν φιλίαν συνθέμενοι κατεθέμεθα. τῶν δὲ ἀνθρωπίνων σε ἔγωγε ἐν τῷ παρόντι νομίζω μέγιστον ἡμῖν εἶναι ἀγαθόν. σὺν μὲν γὰρ σοὶ πᾶσα ἡμῖν ὁδὸς εὔπορος· πᾶς δὲ ποταμὸς διαβατός. τῶν δ᾽ ἐπιτηδείων οὐκ ἀπορία. ἄνευ δὲ σοῦ, πᾶσα μὲν ἡ ὁδὸς διὰ σκότους (οὐδὲν γὰρ αὐτῆς ἐπιστάμεθα) πᾶς δὲ ποταμὸς δύσπορος· πᾶς δ᾽ ὄχλος φοβερός· φοβερώτατον δ᾽ ἐρημία. μεστὴ γὰρ πολλῆς ἀπορίας ἐστίν. εἰ δὲ καὶ μανέντες σε κατακτάναιμεν, ἄλλο τι ἂν ἢ τὸν εὐεργέτην κατακτείναντες, πρὸς βασιλέα τὸν μέγιστον ἔφεδρον ἀγωνιζοίμεθα; ὅσων δὴ δὲ καὶ οἵων ἐλπίδων ἐμαυτὸν ἂν στερήσαιμι, εἰ σέ τι κακὸν ἐπιχειρήσαιμι ποιεῖν, ταῦτα λέξω. ἐγὼ γὰρ κῦρον ἐπεθύμησά μοι φίλον γενέσθαι, νομίζων τῶν τότε ἱκανώτατον εἶναι, εὖ ποιεῖν ὃν ἂν βούλοιτο. σὲ δὲ νῦν ὁρῶ τήν τε κύρου δύναμιν καὶ χώραν ἔχοντα, καὶ τὴν σεαυτοῦ ἀρχὴν σῴζοντα, τὴν δὲ βασιλέως δύναμιν ᾗ κῦρος πολεμίᾳ ἐχρῆτο, σοὶ ταύτην σύμμαχον οὖσαν.

τούτων

ἐφύλαττεν ἰσχυρῶς, ὅπως ἡγεμόνες εἶεν ὅποι δέοι. σκοποὺς δὲ καταστήσας δέκα, συνέλεξε τοὺς στρατιώτας, καὶ ἔλεξεν· ἄνδρες στρατιῶται, τῶν Ἀρκάδων οἱ μὲν τεθνᾶσιν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐπὶ λόφου τινὸς πολιορκοῦνται. νομίζω δ' ἔγωγε, εἰ ἐκεῖνοι ἀπολοῦνται, οὐδ' ἡμῖν εἶναι οὐδεμίαν σωτηρίαν. οὕτω μὲν πολλῶν ὄντων πολεμίων, οὕτω δὲ τεθαρρηκότων, κράτιστον οὖν ἡμῖν ὡς τάχιστα βοηθεῖν τοῖς ἀνδράσιν, ὅπως εἰ ἔτι εἰσὶ σῶοι, σὺν ἐκείνοις μαχώμεθα, καὶ μὴ μόνοι λειφθέντες, μόνοι καὶ κινδυνεύωμεν. νῦν μὲν οὖν στρατοπεδευσώμεθα προελθόντες, ὅσον ἂν δοκῇ καιρὸς εἶναι εἰς τὸ δειπνοποιεῖσθαι. ἕως δ' ἂν πορευώμεθα, Τιμασίων ἔχων τοὺς ἱππέας, προελαυνέτω ἐφορῶν ἡμᾶς, καὶ σκοπείτω τὰ ἔμπροσθεν, ὡς μηδὲν ἡμᾶς λάθῃ. παρέπεμψε δὲ καὶ τῶν γυμνήτων ἀνθρώπους εὐζώνους εἰς τὰ πλάγια καὶ τὰ ἄκρα, ὅπως εἴπου τι ποθὲν καθορῷεν, σημαίνοιεν. ἐκέλευε δὲ καίειν ἅπαντα ὅτῳ ἐντυγχάνοιεν καυσίμῳ. ἡμεῖς μὲν γὰρ ἀποδραίημεν ἂν οὐδαμοῦ. ἐνθένδε δὲ πολλὴ μὲν, ἔφη, εἰς Ἡράκλειαν πάλιν ἀπιέναι, πολλὴ δὲ εἰς Χρυσόπολιν διελθεῖν. οἱ δὲ πολέμιοι πλησίον. εἰς Κάλπης δὲ λιμένα, ἔνθα Χειρίσοφον νομίζομεν εἶναι εἰ σέσωσται, ἐλαχίστη ὁδός. ἀλλ' ἤδη ἐκεῖ μὲν οὔτε πλοῖά ἐστιν οἷς ἀποπλευσούμεθα. μένουσι δὲ αὐτοῦ, οὐδὲ μιᾶς ἡμέρας ἔστι τὰ ἐπιτήδεια. τῶν δὲ πολιορκουμένων ἀπολομένων, σὺν τοῖς Χειρισόφου μόνοις, κάκιόν ἐστι διακινδυνεύειν· σωθέντων δὲ, πάντας εἰς ταὐτὸν ἐλθόντας, κοινῇ τῆς σωτηρίας ἔχεσθαι. ἀλλὰ χρὴ παρασκευασαμένους τὴν γνώμην, πορεύεσθαι νῦν, ὡς ἢ εὐκλεῶς τελευτῆσαι ἔστιν, ἢ κάλλιστον ἔργον ἐργάσασθαι, Ἕλληνας τοσούτους σώσαντας. καὶ ὁ θεὸς ἴσως ἄγει οὕτως, ὃς τοὺς μεγαληγορήσαντας, ὡς πλέον φρονοῦντας, ταπεινῶσαι βούλεται. ἡμᾶς δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν θεῶν ἀρχομένους, ἐντιμοτέρους ἐκείνων καταστῆσαι. ἀλλ' ἕπεσθαι χρὴ καὶ προσέχειν τὸν νοῦν, ὡς ἂν τὸ παραγγελλόμενον δύνησθε ποιεῖν. ταῦτ' εἰπὼν, ἡγεῖτο. οἱ δ' ἱππεῖς διασπειρόμενοι ἐφ' ὅσον καλῶς εἶχον, καὶ οἱ πελτασταὶ ἐπιπαριόντες ἐπὶ τὰ ἄκρα, ἔκαιον πάντα ὅσα καύσιμα ἑώρων. καὶ ἡ στρατιὰ δὲ εἴ τι παραλειπόμενον ἐντυγχάνοιεν. ὥστε πᾶσα ἡ χώρα καίεσθαι ἐδόκει, καὶ τὸ στράτευμα πολὺ εἶναι. ἐπεὶ δὲ ὥρα ἦν, κατεστρατοπεδεύσαντο ἐπὶ λόφον ἐκβάντες, καὶ τά τε τῶν πολεμίων πυρὰ ἑώρων (ἀπεῖχον γὰρ ὡς τετταράκοντα στάδια) καὶ αὐτοὶ ὡς ἐδύναντο, πλεῖστα πυρὰ ἔκαιον. ἐπεὶ δ' ἐδείπνησαν, τάχιστα παρηγγέλθη τὰ πυρὰ κατασβεννύναι ἅπαντας. καὶ τὴν μὲν νύκτα φυλακὰς ποιησάμενοι ἐκάθευδον. ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ προσευξάμενοι τοῖς θεοῖς, καὶ συνταξάμενοι ὡς εἰς μάχην, ἐπορεύοντο ᾗ ἐδύναντο τάχιστα. Τιμασίων δὲ καὶ οἱ ἱππεῖς ἔχοντες τοὺς ἡγεμόνας, καὶ προελαύνοντες, ἔλαθον αὑτοὺς ἐπὶ τῷ λόφῳ γενόμενοι, ἔνθα ἐπολιορκοῦντο οἱ Ἕλληνες, καὶ οὐχ ὁρῶσιν οὔτε τὸ φίλιον στράτευμα, οὔτε τὸ πολέμιον. καὶ ταῦτα ἀπαγγέλλουσι πρὸς τὸν Ξενοφῶντα καὶ τὸ στράτευμα· γρᾴδια δὲ καὶ γερόντια καὶ προβάτια ὀλίγα, καὶ βοῦς καταλελειμμένους. καὶ τὸ μὲν πρῶτον θαῦμα ἦν, τί εἴη τὸ γεγενημένον· ἔπειτα δὲ τῶν καταλελειμμένων ἐπυνθάνοντο, ὅτι οἱ Θρᾷκες εὐθὺς ἀφ' ἑσπέρας ᾤχοντο ἀπιόντες. ἕωθεν

ἕωθεν δὲ καὶ τοὺς Ἕλληνας ἔφασαν οἴχεσθαι, ὅπου δὲ οὐκ εἰδέναι. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ ἀμφὶ Ξενοφῶντα, ἐπεὶ ἠρίστησαν συσκευασάμενοι ἐπορεύοντο, βουλόμενοι ὡς τάχιστα συμμῖξαι τοῖς ἄλλοις εἰς κάλπης λιμένα. καὶ πορευόμενοι ἑώρων τὸν στίβον τῶν Ἀρκάδων καὶ Ἀχαιῶν κατὰ τὴν ἐπὶ κάλπης ὁδόν. ἐπεὶ δ' ἀφίκοντο εἰς τὴν ὁδόν, ἄσμενοί τε εἶδον ἀλλήλους, καὶ ἠσπάζοντο ὥσπερ ἀδελφούς. καὶ ἐπυνθάνοντο οἱ Ἀρκάδες τῶν περὶ Ξενοφῶντα, τί τὰ πυρὰ κατασβέσειαν. ἡμεῖς μὲν γὰρ ἔφασαν, ᾠόμεθα ὑμᾶς τὸ μὲν πρῶτον, ἐπειδὴ τὰ πυρὰ οὐχ ἑωρῶμεν, τῆς νυκτὸς ἥξειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. καὶ οἱ πολέμιοι ὥς γ' ἡμῖν ἐδόκουν, τοῦτο δείσαντες ἀπῆλθον. σχεδὸν γὰρ ἀμφὶ τοῦτον τὸν χρόνον ἀπῄεσαν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀφικνεῖσθε, ὁ δὲ χρόνος ἐξῆκεν, ᾠόμεθα ὑμᾶς πυθομένους τὰ παρ' ἡμῖν, φοβηθέντας οἴχεσθαι ἀποδράντας ἐπὶ θάλατταν. καὶ ἐδόκει ἡμῖν μὴ ἀπολείπεσθαι ὑμῶν. οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς δεῦρο ἐπορεύθημεν. ταύτην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν αὐτοῦ ηὐλίζοντο ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ πρὸς τῷ λιμένι. τὸ δὲ χωρίον τοῦτο ὃ καλεῖται κάλπης λιμήν, ἐστὶ μὲν ἐν τῇ Θρᾴκῃ τῇ ἐν τῇ Ἀσίᾳ. ἀρξαμένη δὲ ἡ Θρᾴκη αὕτη, ἐστὶν ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ πόντου μέχρις Ἡρακλείας ἐπὶ δεξιὰ εἰς τὸν πόντον εἰσπλέοντι. καὶ τριήρει μέν ἐστιν εἰς Ἡράκλειαν ἐκ Βυζαντίου κώπαις ἡμέρας μάλα μακρᾶς πλοῦς. ἐν δὲ τῷ μέσῳ ἄλλη μὲν πόλις οὐδεμία, οὔτε φιλία, οὔτε Ἑλληνίς, ἀλλ' οἱ Θρᾷκες, οἱ Βιθυνοί. καὶ οὓς ἂν λάβωσι τῶν Ἑλλήνων, ἢ ἐκπίπτοντας, ἢ ἄλλως πως, δεινὰ ὑβρίζειν λέγονται τοὺς Ἕλληνας. ὁ δὲ κάλπης λιμὴν ἐν μέσῳ μὲν κεῖται, ἑκατέρωθεν πλεόντων ἐξ Ἡρακλείας καὶ Βυζαντίου. ἔστι δ' ἐν τῇ θαλάττῃ προκείμενον χωρίον· τὸ μὲν εἰς τὴν θάλατταν καθῆκον αὐτοῦ, πέτρα ἀπορρώξ, ὕψος ὅπῃ ἐλάχιστον, οὐ μεῖον εἴκοσιν ὀργυιῶν. ὁ δὲ αὐχὴν ὁ εἰς γῆν ἀνήκων τοῦ χωρίου, μάλιστα τεττάρων πλέθρων τὸ εὖρος. τὸ δ' ἐντὸς τοῦ αὐχένος χωρίον, ἱκανὸν μυρίοις ἀνθρώποις οἰκῆσαι. λιμὴν δ' ὑπ' αὐτῇ τῇ πέτρᾳ τὸ πρὸς ἑσπέραν αἰγιαλὸν ἔχων. κρήνη δὲ ἡδέος ὕδατος καὶ ἄφθονος, ῥέουσα ἐπ' αὐτῇ τῇ θαλάττῃ, ὑπὸ τῇ ἐπικρατείᾳ τοῦ χωρίου. ξύλα δὲ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, πάνυ δὲ πολλὰ καὶ καλὰ ναυπηγήσιμα ἐπ' αὐτῇ τῇ θαλάττῃ. τὸ δὲ ὄρος τὸ ἐν τῷ λιμένι, εἰς μεσόγαιαν ἀνήκει, ὅσον ἐπὶ εἴκοσι σταδίους, καὶ τοῦτο γεῶδες καὶ ἄλιθον. τὸ δὲ παρὰ θάλατταν, πλέον ἢ ἐπὶ εἴκοσι σταδίους, δασὺ πολλοῖς καὶ παντοδαποῖς καὶ μεγάλοις ξύλοις. ἡ δ' ἄλλη χώρα καλὴ καὶ πολλή. καὶ κῶμαι ἐν αὐτῇ εἰσι πολλαί, καὶ γὰρ οἰκούμεναι. φέρει γὰρ ἡ γῆ καὶ κριθάς, καὶ πυρούς, καὶ ὄσπρια πάντα, καὶ μελίνας, καὶ σήσαμον, καὶ σῦκα ἀρκοῦντα, καὶ ἀμπέλους πολλὰς καὶ ἡδυοίνους, καὶ τἆλλα πάντα, πλὴν ἐλαιῶν. ἡ μὲν χώρα ἦν τοιαύτη. ἐσκήνουν δ' ἐν τῷ αἰγιαλῷ πρὸς τῇ θαλάττῃ. εἰς δὲ τὸ πόλισμα ἂν γενόμενον, οὐκ ἐβούλοντο στρατοπεδεύεσθαι. ἀλλὰ ἐδόκει καὶ τὸ ἐλθεῖν ἐνταῦθα, ἐξ ἐπιβουλῆς εἶναι, βουλομένων τινῶν κατοικίσαι πόλιν. τῶν γὰρ στρατιωτῶν οἱ πλεῖστοι ἦσαν, οὐ σπάνει βίου ἐκπεπλευκότες ἐπὶ ταύτην τὴν μισθοφοράν. ἀλλὰ τὴν Κύρου ἀρετὴν ἀκούοντες, οἱ μὲν καὶ ἄνδρας ἄγοντες, οἱ δὲ καὶ προσανηλωκότες χρήματα. οἱ δὲ καὶ τούτων ἕτεροι

ἀποδ-

Græcos item bene mane, incertum quò discessisse. Quæ cum Xenophontis milites audissent, curatis corporibus, uasa conclamarunt: cum nihil impensius cuperent, quàm celeriter, quoad eius fieri possent, ad Calpes portum cum suis congredi. Neque ita multum processerant, cum in ea ipsa uia qua ad Calpes iter erat, Arcadum & Achæorum globos conspexerunt. In eandem igitur iam uiam cum descendissent, læti ac gratulabundi, non aliter se mutuò, quàm si germani fratres essent, complexi sunt. Quæsierunt de Xenophontis militibus Arcades, quanam de causa ignes extinxissent: Nos, illi inquiunt, ubi amplius uos non uidemus, noctu in hostem impetum facturos putauimus. Neque aliud metuentes Barbaros discessisse iam suspicamur: eo enim ipso tempore abierunt. Cum autem tempus illud, ad quod uos expectabamus, non obijssetis, arbitrati sumus cognouisse uos, quo loco res nostræ essent, ac ipsis iam uobis timentes, ad mare fugisse. Statuimus itaque eodem nobis, uobiscum ut congrederemur, properandum. Tunc simul diem illum in eo littore egerunt, quod è regione portus est. Ea regiuncula, qui Calpes portus dicitur, in Thraciæ est ea parte quæ Asiæ attribuitur: cuius initium est intra Pontum nauigantibus, ab ipsius Ponti ostio Hreacleam usque: ab Heraclea uero Byzantium, diei unius; illius quidem quamlongißimi cursu, triremis, remis duntaxat acta, trajcere posßit. In medio nulla est, neque socia, neque Græci nominis ciuitas. Thraces & Bithyni oram eam totam incolunt, qui Græcos uel tempestate aberrantes, uel quouis alio casu in ea loca delatos, iniuriosißime tractare dicuntur. Portus ipse, medium se ab Heraclea Byzantium nauigantibus præbet. Locus in mare eminet, cuius quæ pars mare spectat, abrupta est petra: altitudo eius, qua minima est, nihilo est uiginti passuum minor. Quæ uero terra, quasi ceruix quædam ad littus pertinet, lata est passuum ferme octoginta. Ager qui in ea ceruice est, decem hominum millia facile capere posßit. Sub ea de qua iam diximus petra portus se aperit, cuius littus ad occasum uergit. Fons dulcis & abundantis aquæ, ex ipsa ferè maris alluuie erumpens, agrum irrigat. Lignorum magna copia, quũ aliorum generum, tum eorum è quibus classes ædificantur, quæ plurima eius in maritima loci parte, & pulcherrima sunt. Mons supra portum se attollit, continentem uersus uiginti prope stadia excurrens, terrenus totus, ac minime saxosus. Pars eius quæ in mare est exposita, condensa est multis ac magnis cuiusuis generis arboribus. Campestris pars est, & aspectu, & amœnitate pulcherrima: & late sane patet, multiq; sunt in ea & frequentes uici. Nam fert ager ordeum, triticum, leguminum quoduis genus, panicum, sesamum, ficos quamplurimas, uites item multas, & suauissimi uini feraces, atque alias huiusmodi copias, præter oleas tamen. Hic loci situs, & natura. Milites castra in littore locarunt: oppidi mœnibus se propterea non crediderunt, quod ne quo dolo circumuenirentur ueriti sunt, ab ijs, quos deducendæ coloniæ cupiditate accensos existimabant. Neque enim ex eo numero multi erant, qui uictus quæritandi causa è Græcia ad Cyri stipendia nauigassent: sed eorum partim Cyri uirtute allecti, ad eam quam impenderant pecuniam, uiros etiam secum traxerant:

Calpes portus regiunculę descriptio.

partim ab ipsis parentibus aufugerãt: nõnulli etiã liberos reliquerãt, futurũ rati, ut rem illis augerẽt, cũ multos audissent Cyri fidẽ sequutos, rẽ optime gerere. Qui igitur ea semper mẽte fuissent, iam nihil malebãt, quàm in Græciã se incolumes quãcelerrime restitui. Iam dies unus, postquam rursus conuenerant, transierat, cũ Xenophon de educẽdis copijs deos sibi per sacra consolendos censuit: educendæ enim omnino erãt, cum nulla iam cibaria suppeterent. Vrgebat mortuos etiã sepeliẽdi cura. Cũ exta bona fuissent, sequuti Arcades sunt, ac multos, eo ipso quo cecīderãt loco, humarunt: quinto enim iam die ita contabuerant, ut tolli nullo pacto possent: aliquot tamen è uia sublatos, pro præsenti copia honestissimo funere extulerunt. At ijs quorũ cadauera non inuenerunt, inane constituerunt sepulchrum, magnos etiam rogos extruxerũt, coronisq; eos ornarũt. His rite trãsactis, in castra reuerterunt, ac, quod iam tempus suadebat, sumpta cœna, somno se dederunt. Postero die milites in concionem, ab Agasia Stymphalio præcipuè, & Eleo Hieronymo centurionibus, atq; alijs natu maximis ex Arcadum cohortibus uocati, uenerunt. Ibi scitum fecere, qui primus de exercitu diuidendo in posterũ mentionem fecisset, fraus ut ei capitalis esset: ac, ut in eosquiq; ordines, quos ante dissidium tenuerant, redirent: ijdemq;, qui ante duces, ut rerum summæ præessent. Iam Chirisophus cum febri laborasset, sumpto medicamẽto diẽ suũ obierat. in eius locum surrogatus est Neon Asinæus. Tum Xenophon milites his uerbis alloquutus est: Iam nobis milites, pedibus iter faciundũ esse, satis res ipsa declarat: nullæ enim naues præsto sunt. Et sane ut hinc proficiscamur, ipsa nos necessitas cogit: neq; enim hic est uspiã, unde nobis cõmeatus cõparemus. Nos itaque hostias cædemus: uos ita parati eritis, ut eos esse oportet, quibus si alio unquã tempore, nunc maxime pugnandum sit. quæ enim sunt hostes confidentia, plane nostis. Tũ duces hostias immolarunt. Aruspex adfuit Arexion Arcas: nã Silanus Ambraciotes ex Heraclea conducta naui, se subduxerat. Consulentibus de profectione exta minime læta fuere, quare eo die ibidẽ mãserũt: nec ueriti sunt nõnulli dicere Xenophontẽ, illũ propter cupiditatem deducendæ in proximæ insulæ agrũ coloniæ, aruspicem corrupisse, ut ad discedendũ negaret sequunda exta esse. Tum Xenophõ cũ edicendum curasset, ut quicũq; uellet die crastini sacris interesset, atq; ut quicunq; extorũ peritiã profiteretur, exta inspecturus, sacrificij tẽpus obiret, hostias mactauit multis spectãtib. Sacrificiũ trifariã factũ, neq; usquã litatũ. Quæ res uehemẽter militũ animos cõturbauit. relictis enim ijs quos habuerãt cõmeatibus, huc uenerãt, neq; uspiã nũdinandi copia fiebat. Hos cũ rursus cõuocasset Xenophõ, in hũc modum loquutus est. Extorũ, uti uidetis milites, à profectione abhorret significatio. Cõmeatuũ uero penuria interea laboramus: hac ipsa igitur nobis de re dij cõsulendi. Tũ à media cõcione quidã, Quid, inqt, mirũ si litatũ nõ est? audiui ego heri de certis hominib. qui fortuito nauigio huc uecti sunt, Cleandrũ Byzantij præfectum, multis cũ nauigijs ac triremibus aduentare. Id cũ milites audissent, expectandũ censuerũt. Sed erat utiq; commeatuũ causa quopiã excurrendũ: est itaq; de integro trifariam immolatũ, neq; meliora quàm ante exta fuerunt. Tum milites cum clamore ad tabernaculum Xeno-

Græcorũ mortuos sepeliẽdi summa cura.

Chirisophi obitus.

ἀποδεδρακότες πατέρας καὶ μητέρας. οἱ δὲ καὶ τέκνα καταλιπόντες, ὡς χρήματα αὐτοῖς κτησάμενοι, ἥξοντες πάλιν, ἀκούοντες καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς παρὰ κύρῳ, πολλὰ ἀγαθὰ πράττειν. τοιοῦτοι οὖν ὄντες, ἐπεθύμουν εἰς τὴν ἑλλάδα σώζεσθαι. ἐπειδὴ δὲ ἡμέρα ἐγένετο τῇ εἰς ταὐτὸ συνόδῳ, ἐπ' ἐξόδῳ ἐθύετο ξενοφῶν. ἀνάγκη γὰρ ἦν ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐξάγειν. ἐπενόει δὲ καὶ τοὺς νεκροὺς θάψαι. ἐπεὶ δὲ τὰ ἱερὰ ἐγένετο, εἵποντο καὶ οἱ ἀρκάδες. καὶ τοὺς νεκροὺς τοὺς μὲν πλείστους ἐνταῦθά περ ἑκάστους ἔθαψαν. ἤδη γὰρ ἦσαν πεμπταῖοι, καὶ οὐχ οἷόν τε ἀναιρεῖν ἔτι ἦν. ἐνίους δὲ τοὺς ἐκ τῶν ὁδῶν συνενεγκόντες, ἔθαψαν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἐδύναντο κάλλιστα. οὓς δὲ μὴ εὕρισκον, κενοτάφιον αὐτοῖς ἐποίησαν μέγα, καὶ πυρὰν μεγάλην, καὶ στεφάνους ἐπέθεσαν. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, ἀνεχώρησαν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. καὶ τότε μὲν δειπνήσαντες ἐκοιμήθησαν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ συνῆλθον οἱ στρατιῶται πάντες. συνῆγον δὲ αὐτοὺς μάλιστα ἀγασίας στυμφάλιος ὁ λοχαγός, καὶ ἱερώνυμος ἠλεῖος λοχαγός, καὶ ἄλλοι πρεσβύτατοι τῶν ἀρκάδων, καὶ δόγμα ἐποιήσαντο, ἐάν τις τοῦ λοιποῦ μνησθῇ, δίχα τὸ στράτευμα ποιεῖν, θανάτῳ αὐτὸν ζημιοῦσθαι. καὶ κατὰ χώραν ἀπιέναι, ᾗπερ πρόσθεν εἶχε τὸ στράτευμα. καὶ ἄρχειν τοὺς πρόσθεν στρατηγούς. καὶ χειρίσοφος μὲν ἤδη τετελευτήκει, φάρμακον πιών, πυρέττων. τὰ δ' ἐκείνου νέων ὁ ἀσιναῖος παρελάμβανε. μετὰ δὲ ταῦτα ἐξαναστὰς εἶπε ξενοφῶν· ὦ ἄνδρες στρατιῶται, τὴν μὲν πορείαν ὡς ἔοικε, δῆλον ὅτι πεζῇ ποιητέον. οὐ γὰρ ἔστι πλοῖα. ἀνάγκη δὲ πορεύεσθαι ἤδη. οὐ γὰρ ἔστι μένουσι τὰ ἐπιτήδεια. ἡμεῖς μὲν οὖν θυσόμεθα, ὑμᾶς δὲ δεῖ παρασκευάζεσθαι, ὡς μαχουμένους εἴ ποτε καὶ ἄλλοτε. οἱ γὰρ πολέμιοι ἀνατεθαρρήκασιν. ἐκ τούτου ἐθύοντο οἱ στρατηγοί. μάντις δὲ παρῆν ἀρηξίων ἀρκάς. ὁ δὲ σιλανὸς ὁ ἀμβρακιώτης ἤδη ἀποδεδράκει, πλοῖον μισθωσάμενος ἐξ ἡρακλείας. θυομένοις δὲ ἐπὶ τῇ ἀφόδῳ, οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερὰ καλά. ταύτην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν ἐπαύσαντο. καί τινες ἐτόλμων λέγειν, ὡς ὁ ξενοφῶν βουλόμενος τὸ χωρίον οἰκῆσαι, πέπεικε τὸν μάντιν λέγειν, ὡς τὰ ἱερὰ οὐ γίγνεται ἐπὶ ἀφόδῳ. ἐντεῦθεν κηρύξας ξενοφῶν τῇ αὔριον παρεῖναι ἐπὶ τὴν θυσίαν τὸν βουλόμενον, καὶ μάντις εἴ τις ἂν παραγγείλας παρεῖναι, ὡς συνθεασόμενον τὰ ἱερά, ἔθυε. καὶ ἐνταῦθα παρῆσαν πολλοί. θυομένων δὲ πάλιν εἰς τρὶς ἐπὶ τῇ ἀφόδῳ, οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά. ἐκ τούτου χαλεπῶς εἶχον οἱ στρατιῶται. καὶ γὰρ τὰ ἐπιτήδεια ἔχοντες ἃ ἔλιπον, ἦλθον. καὶ ἀγορὰ οὐδεμία παρῆν. ἐκ τούτου συνελθόντων, εἶπε πάλιν ξενοφῶν· ὦ ἄνδρες, ἐπὶ μὲν τῇ πορείᾳ, ὡς ὁρᾶτε, τὰ ἱερὰ οὔπω γίγνεται. τῶν δ' ἐπιτηδείων ὁρῶ ὑμᾶς δεομένους. ἀνάγκη οὖν μοι δοκεῖ θύεσθαι περὶ αὐτοῦ τούτου. ἀναστὰς δέ τις, εἶπε· καὶ εἰκότως ἄρα ἡμῖν οὐ γίγνεται τὰ ἱερά. ὡς γὰρ ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἐχθὲς ἥκοντος πλοίου, ἤκουσά τινος, ὅτι κλέανδρος ἐκ βυζαντίου ἁρμοστὴς μέλλοι ἥξειν πλοῖα ἔχων καὶ τριήρεις. ἐκ τούτου δὲ ἀναμένειν μὲν πᾶσιν ἐδόκει. ἐπὶ δὲ τὰ ἐπιτήδεια ἀναγκαῖον ἦν ἐξιέναι, καὶ ἐπὶ τούτῳ πάλιν ἐθύετο εἰς τρεῖς, καὶ οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά. καὶ ἤδη ἐπὶ σκηνὴν ἰόντες τὴν

τὴν Ξενοφῶντος, ἔλεγον ὅτι οὐκ ἔχοιεν τὰ ἐπιτήδεια. ὁ δ᾽ οὐκ ἂν ἔφη ἐξαγαγεῖν, μὴ γινομένων τῶν ἱερῶν. καὶ πάλιν τῇ ὑστεραίᾳ ἐθύετο. καὶ σχεδόν τι πᾶσα ἡ στρατιὰ διὰ τὸ μέλλειν πᾶσιν, ἐκυκλοῦντο περὶ τὰ ἱερά. τὰ δὲ θύματα ἐπιλελοίπει. οἱ δὲ στρατηγοὶ ἐξῆγον μὲν οὔ, συνεκάλεσαν δέ. εἶπεν οὖν ὁ Ξενοφῶν· ἴσως οἱ πολέμιοι συνειλεγμένοι εἰσί, καὶ ἀνάγκη μάχεσθαι. εἰ οὖν καταλιπόντες ἐν τῷ ἐρυμνῷ χωρίῳ τὰ σκεύη, ὡς εἰς μάχην παρεσκευασμένοι ἴοιμεν, ἴσως ἂν τὰ ἱερὰ μᾶλλον προχωροίη ἡμῖν. ἀκούσαντες δ᾽ οἱ στρατιῶται, ἀνέκραγον, ὡς οὐδὲν δέον εἰς τὸ χωρίον ἄγειν, ἀλλὰ θύειν ὡς τάχιστα. καὶ πρόβατα μὲν οὐκέτι ἦν, βοῦς δὲ ὑφ᾽ ἁμάξης πριάμενοι ἐθύοντο. καὶ Ξενοφῶν Κλεάνορος ἐδεήθη τοῦ Ἀρκάδος προθυμεῖσθαι, εἴ τι ἐν τούτῳ εἴη. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὣς ἐγένετο καλὰ τὰ ἱερὰ δηλονότι. Νέων δὲ ἦν μὲν στρατηγὸς κατὰ τὸ Χειρισόφου μέρος. ἐπεὶ δὲ ἑώρα τοὺς ἀνθρώπους ὡς εἶχον δεινῶς τῇ ἐνδείᾳ, βουλόμενος αὐτοῖς χαρίσασθαι, εὑρών τινα ἄνθρωπον Ἡρακλεώτην, ὃς ἔφη κώμας ἐγγὺς εἰδέναι, ὅθεν εἴη λαβεῖν τὰ ἐπιτήδεια, ἐκήρυξε τὸν βουλόμενον ἰέναι ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια, ὡς ἡγεμόνος ἐσομένου. ἐξέρχονται δ᾽ ἢ σὺν δορατίοις καὶ ἀσκοῖς καὶ θυλάκοις, καὶ ἄλλοις ἀγγείοις εἰς δισχιλίους ἀνθρώπους. ἐπεὶ δὲ ἦσαν ἐν ταῖς κώμαις, καὶ διεσπείροντο, ὡς ἐπὶ τὸ λαμβάνειν, ἐπιπίπτουσιν αὐτοῖς οἱ Φαρναβάζου ἱππεῖς πρῶτοι. βεβοηθηκότες γὰρ ἦσαν τοῖς Βιθυνοῖς, βουλόμενοι σὺν τοῖς Βιθυνοῖς εἰ δύναιντο ἀποκωλῦσαι τοὺς Ἕλληνας, μὴ ἐλθεῖν εἰς τὴν Φρυγίαν. οὗτοι οἱ ἱππεῖς ἀποκτείνουσι τῶν Ἑλλήνων οὐ μεῖον ἢ πεντακοσίους. οἱ δὲ λοιποὶ ἐπὶ τὸ ὄρος ἀνέφυγον. ἐκ τούτου ἀπαγγέλλει τις ταῦτα τῶν ἀποπεφευγότων εἰς τὸ στρατόπεδον. καὶ Ξενοφῶν ἐπειδὴ οὐκ ἐγεγένητο τὰ ἱερὰ ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, λαβὼν βοῦν ὑπὸ ἁμάξης (οὐ γὰρ ἦν ἄλλα ἱερεῖα) σφαγιασάμενος ἐβοήθει, καὶ οἱ ἄλλοι μέχρι πεντήκοντα ἐτῶν πάντες. καὶ ἀναλαβόντες τοὺς λοιποὺς ἄνδρας, εἰς τὸ στρατόπεδον ἀφικνοῦνται. καὶ ἤδη μὲν ἀμφὶ ἡλίου δυσμὰς ἦν, καὶ οἱ Ἕλληνες μάλα ἀθύμως ἔχοντες, ἐδειπνοποιοῦντο. καὶ ἐξαπίνης διὰ τῶν λασίων, τῶν Βιθυνῶν τινὲς ἐπιγενόμενοι τοῖς προφύλαξι, τοὺς μὲν κατέκτανον, τοὺς δὲ ἐδίωξαν μέχρις εἰς τὸ στρατόπεδον. καὶ κραυγῆς γενομένης, εἰς τὰ ὅπλα πάντες ἔδραμον οἱ Ἕλληνες. καὶ διώκειν μὲν καὶ κινεῖν τὸ στρατόπεδον νυκτὸς, οὐκ ἀσφαλὲς ἐδόκει εἶναι. λάσια γὰρ ἦν τὰ χωρία. ἐν δὲ τοῖς ὅπλοις ἐνυκτέρευον φυλαττόμενοι, ἱκανοῖς φύλαξι μάχεσθαι. τὴν μὲν νύκτα οὕτω διήγαγον. ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ οἱ στρατηγοὶ εἰς τὸ ἐρυμνὸν χωρίον ἡγοῦντο. οἱ δὲ εἵποντο, ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα καὶ τὰ σκεύη. πρὶν δὲ ἀρίστου ὥραν εἶναι, ἀπετάφρευσαν ᾗ ἡ εἴσοδος ἦν εἰς τὸ χωρίον. καὶ ἀπεσταύρωσαν ἅπαντα, καταλιπόντες τρεῖς πύλας. καὶ πλοῖον ἐξ Ἡρακλείας ἧκεν, ἄλφιτα ἄγον, καὶ ἱερὰ, καὶ οἶνον. πρῲ δ᾽ ἀναστὰς Ξενοφῶν ἐθύετο ἐπεξόδια, καὶ γίνεται καλὰ τὰ ἱερὰ ἐπὶ τοῦ πρώτου ἱερείου. καὶ ἤδη τέλος ἐχόντων τῶν ἱερῶν, ὁρᾷ αἰετὸν αἴσιον ὁ μάντις Ἀρηξίων Παρράσιος, καὶ ἡγεῖσθαι κελεύει τὸν Ξενοφῶντα. καὶ διαβάντες τὴν τάφρον, τὰ ὅπλα τίθενται. καὶ ἐκήρυξαν ἀριστήσαντας ἐξιέναι

τοὺς

Xenophontis concurrerũt, sibi querẽtes nulla iam cibaria superesse. At ille se negabat eos quoquã eductur ũ, nisi prius fuissent exta cõmodiora. Postri die sacra repetita, cũ militũ corona (uti fit in communi omniũ solicitudine) circunstetisset, ostia defecerunt. Duces interea eduxerunt, cum antè in unum milites non cõuocassent. Tum Xenophon: Hostes, inquit, fortasse congregati sunt, & necesse fuerit pugnare: nihil igitur opinor errabimus, si relictis munito quopiam loco impedimẽtis, bene instructi paratiq; ad pugnam proficiscamur: ac tunc fortasse erunt exta, qualia maxime uelimus. Hic est ab uniuersis militibus uehemẽter acclamatũ, nõ expedire quoquã diuertere, sed quamprimũ diuinæ rei operam dandã. Pecudes iam omnes consumpserãt, bouem itaq; de plaustro emptum mactarunt. Xenophon Cleanorem Arcadem parare interea omnia iussit, ut si bona exta fuissent, nihil iam esset in mora. Sed enim idem fuit extorũ habitus. Tum Neon, is qui in Chirisophi locum successerat, cum milites cibariorũ inopia uehemẽter premi uideret, cumq; cognouisset ex Heracleota quodam, è proximis uicis cibaria sumi posse, ut ab exercitu gratiã iniret, edixit, ut qui sibi cibaria in promptu esse cuperẽt, se sequerẽtur. Homines arreptis hastis, utribus, saccis, & multis uasorũ generibus, ad bis mille cum secuti sunt. Hi in eos, quos ille mõstrarat, uicos profecti, statim ad prædã discurrerũt. Ibi palãtes Pharnabazi equites adorti (hi enim se cum Bithynis coniunxerãt, quo Græcos aditu Phrygiæ prohiberẽt) ex eo numero non pauciores quingentis trucidãt: reliqui in montes confugerunt. Id cum unus ex ijs qui fugerant, in castra renunciasset, Xenophon, cui eo die litatum non fuerat, boue de plaustro immolato (neq; enim erant aliunde hostiæ) ad ferendum auxilium aduolat: quem omnes militari ætate, ad quinquagesimum usq; annum sequuti sunt: ac cæteris etiam assumptis, in castra peruenit sole ferme cadente, ubi milites rebus suis magnopere diffidentes, cœnam sibi curabant. At Bithyni in excubias, per syluosos & auios saltus impetum fecerunt: multos occiderũt, alios usq; ad castra persequuti sunt: clamore ac tumultu Græci excitati ad arma accurrerunt, sed neque hostem insequi, neq; castra noctu mouere tutum fore uisum est: in tam syluestribus locis armati pernoctarunt, ac certum hominum numerum in præsidijs ante castra collocarunt, qui hostium impetum sustinerẽt: atq; eam quidem noctem ad hunc modum egere. A diluculo statim duces in munitum castellum militem traduxerunt. Sequuti omnes sunt cum armis, uasisq; suis quisq;: atq; antequàm cibum caperent, qua erat ad castellum aditus fossam duxerunt: omnia solo æquarunt, tribus tantum portis relictis. Interea ab Heraclea nauis uenit, in ea frumentũ, hostiæ, & uinũ comportatũ. Mane Xenophõ cum esset castra moturus, hostias cædit: læta fuerunt primæ hostiæ exta. Ac peractis iam sacris, Arexion Parrhasius uates, cum aquilã, faustissimam alitem uolantem conspexisset, Xenophontem iubet agmẽ ducere. Ibi milites fossam traijciunt, arma ponunt, edicuntq; ut cum pransi essent,

arma

armati exeant denunciantur: turba omnis, et capti-
ui in castris manere iussi, duces exierunt, praeter
Neonem: expedire enim uisum est eum cum praesi-
dio in castris relinquere. Sed qui relicti fuerant, si-
bi dedecori fore putantes, quod eos qui exierant se-
quuti non essent, eos tantum reliquerunt, qui qua-
draginta quinque annorum maiores essent: ipsi iter
sunt ingressi. Nondum stadia quindecim processe-
rant, cum caesorum cadauera inuenerunt: ibi sinua-
to in caudae formam cornu, quoscunque ambire po-
tuerunt, sepeliere. Rursum progressi, atque eodem
modo cornu in caudam reflexo, quoscunque repe-
rerunt, sepulturae mandarunt: cumque iam in eam
uiam uenissent, qua ad uicos iter erat, quo in loco
coaceruata iacebant cadauera, omnia unum in lo-
cum comportata humarunt: Iam appetenti meri-
die, ultra uicos progressum Graecorum agmen,
commeatibus pro ea, quae se ostentasset copia, co-
gendis intentum erat, cum repente in aduersa uiae
parte per colles descendentes instructa phalange
hostes magno cum equitatu ac peditatu prospexe-
runt. Venerant enim Spithridates & Rathines, à
Pharnabazo cum magna manu. Hi cum Graecos ui-
dissent, stadium fere quindecim spacio in medio re-
licto, constiterunt. Tum Arexion uates rem diuinã
fecit: primae hostiae laeta exta fuere. Hic Xenophõ:
Censeo, inquit, milites ex interuallo, secundum pha-
langem subsidiarias cohortes locandas, ut si forte
inclinarit, illae subsidio accurrãt, atq; ut hostes tur-
batis ordinibus integrã ac bene instructam aciẽ in-
cidant. Eius sententia est omnibus cõprobata. Vos
igitur agmen, inquit, in hostes ducite, ne stemus,
quandoquidẽ & conspecti sumus, et hostẽ uidimus.
Ego mox extremis ordinibus constitutis, cõsequar:
nisi uobis fortasse aliter uidetur. Illi nihil cunctati
lentè procedere coeperunt. Xenophon ad extre-
mos ordines cõstituendos se cõuertit, sibiq; socios
tres asciuit. Ducenũm militum tres ordines fecit,
atq; ex his unum, cui Samolon Achaeum praefece-
rat, consequi iussit uiginti pass. interuallo, secun-
dum cornu dexterum. Post mediam aciem alter
consequebatur, duce Pyrria Arcade. Iam uero ter-
tius, cui Pharsias Atheniẽsis praeerat, citra laeuum
se cornu continebat. Cum autem ad magnum & ar-
duum saltum, qui praecesserant uenissent, substite-
runt, incerti nunquid saltus superari posset. Cen-
turiones & duces, ut praesto sibi essent, monue-
runt. Xenophon admiratus ante fuerat quid acci-
disset, quod progredi desiissent: iam uero ad pri-
mum monitum in principia aduolat. Quo cum So-
phaenetus congressus, qui è ducibus natu erat maxi-
mus, se censere dixit, non esse in tam difficilem sal-
tum ascendendum. Ad haec continuo Xenophon:
Hoc uobis, inquit, milites persuasum uelim, me qui-
dem prudentem nullius uobis periculi autorẽ fore:
neq; enim gloriam iam uobis, sed incolumitatem ex-
petendam intelligo. Sed ita res se habet. Non est
quod speremus sine pugna nos hinc euasuros: ete-
nim si hostes non adoriamur, illi nos, cũ hinc retro
cedemus, à tergo urgebunt. Considerate utrum uo-
bis satius esse uideatur, aduersos'ne nos in hostem
arma

τοὺς στρατιώτας σὺν τοῖς ὅπλοις. τὸν δὲ ὄχλον καὶ τὰ ἀν-
δράποδα αὐτοῦ. οἱ μὲν δὴ ἄλλοι πάντες ἐξῄεσαν. νέ-
ωνα δὲ οὔ. ἐδόκει γὰρ κάλλιστον εἶναι τοῦτον φύλακα κατα-
λιπεῖν, τῶν ἐπὶ στρατοπέδου. ἐπειδὴ δὲ οἱ λοχαγοὶ καὶ οἱ
στρατιῶται ἀπέλιπον αὐτόν, αἰσχυνόμενοι μὴ ἐπισπέσθαι
τῶν ἄλλων ἐξιόντων, κατέλιπον τοὺς ὑπὲρ πέντε καὶ
τετταράκοντα ἔτη. καὶ οὗτοι ἔμενον, οἱ δὲ ἄλλοι ἐπορεύον-
το. πρὶν δὲ πεντεκαίδεκα στάδια διεληλυθέναι, ἐνέτυ-
χανον ἤδη νεκροῖς, καὶ τὴν οὐρὰν τοῦ κέρατος ποιη-
σάμενοι κατὰ τοὺς πρώτους φανέντας νεκρούς, ἔθαπτον
πάντας, ὁπόσους ἐπελάμβανε τὸ κέρας. ἐπειδὴ δὲ τοὺς
πρώτους ἔθαψαν, προαγαγόντες, καὶ τὴν οὐρὰν αὖθις
ποιησάμενοι κατὰ τοὺς πρώτους τῶν ἀτάφων, ἔθαπτον τὸν
αὐτὸν τρόπον ὁπόσους ἐπελάμβανεν ἡ στρατιά. ἐπεὶ δὲ
τὴν ὁδὸν ἧκον τὴν ἐκ τῶν κωμῶν, ἔνθα ἔκειντο ἀθρόοι,
συνενεγκόντες αὐτοὺς, ἔθαψαν. ἤδη δὲ παρὰ μεσούσης
τῆς ἡμέρας, προαγαγόντες τὸ στράτευμα ἔξω τῶν κωμῶν,
ἐλάμβανον τὰ ἐπιτήδεια, ὅ,τι τις ὁρῴη ἐντὸς τῆς φάλαγγος,
καὶ ἐξαίφνης ὁρῶσι τοὺς πολεμίους ὑπερβάλλοντας κατὰ
λόφους τινὰς ἐκ τοῦ ἐναντίου τεταγμένους ἐπὶ φάλαγ-
γος, ἱππέας τε πολλοὺς καὶ πεζούς. καὶ γὰρ σπιθριδά-
της καὶ ῥαθίνης ἧκον παρὰ φαρναβάζου ἔχοντες δύνα-
μιν. ἐπεὶ δὲ κατεῖδον τοὺς ἕλληνας οἱ πολέμιοι, ἔστησαν
ἀπέχοντες αὐτῶν ὅσον πεντεκαίδεκα σταδίους. ἐκ τού-
του δὲ εὐθὺς ἀρηξίων ὁ μάντις τῶν ἑλλήνων, σφαγιάζε-
ται, καὶ ἐγένετο ἐπὶ τοῦ πρώτου καλὰ τὰ σφάγια. ἐν-
ταῦθα ὁ ξενοφῶν λέγει· δοκεῖ μοι, ὦ ἄνδρες στρατη-
γοί, ἐπιτάξασθαι τῇ φάλαγγι λόχους, φύλακας, ἵνα ἤν
που δέῃ, ὦσιν οἱ ἐπιβοηθήσοντες τῇ φάλαγγι. καὶ οἱ πο-
λέμιοι τεταραγμένοι ἐμπίπτωσιν εἰς τεταγμένους καὶ
ἀκεραίους. συνεδόκει ταῦτα πᾶσιν. ὑμεῖς μὲν
τοίνυν, ἔφη, προηγεῖσθε πρὸς τοὺς ἐναντίους, ὡς μὴ ἑστή-
κωμεν, ἐπεὶ ὤφθημεν καὶ εἴδομεν τοὺς πολεμίους. ἐγὼ
δὲ ἥξω τοὺς τελευταίους λόχους καταχωρίσας, ᾗπερ
ὑμῖν δοκεῖ. ἐκ τούτου οἱ μὲν ἥσυχοι προῆγον. ὁ δὲ τρεῖς
ἀφελὼν τὰς τελευταίας τάξεις ἀνὰ διακοσίους ἄν-
δρας, τὴν μὲν ἐπὶ τὸ δεξιὸν, ἐπέτρεψεν ἐφέπεσθαι, ἀπολι-
πόντας ὡς πλέθρον. σαμόλας ἀχαιὸς ταύτης ἦρχε τῆς
τάξεως. τὴν δ' ἐπὶ τῷ μέσῳ ἐχώρισεν ἕπεσθαι. πυ-
ῤῥίας ἀρκὰς ταύτης ἦρχε. τὴν δὲ μίαν ἐπὶ τῷ εὐωνύ-
μῳ. φρασίας ἀθηναῖος ταύτῃ ἐφειστήκει. προϊόντες δὲ
ἐπεὶ ἐγένοντο οἱ ἡγούμενοι ἐπὶ νάπει μεγάλῳ καὶ δυ-
σπόρῳ, ἔστησαν ἀγνοοῦντες εἰ διαβατέον εἴη τὸ νάπος.
καὶ παρεγγυῶσι στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς παριέναι ἐπὶ
τὸ ἡγούμενον. καὶ ὁ ξενοφῶν θαυμάσας ὅ,τι τὸ ἴσχον
εἴη τὴν πορείαν, καὶ ταχὺ ἀκούων τὴν παρεγγύην, ἐ-
λαύνει ᾗ τάχιστα. ἐπεὶ δὲ συνῆλθον, λέγει σοφαίνετος
πρεσβύτατος ὢν τῶν στρατηγῶν, ὅτι οὐκ ἄξιον εἴη δια-
βαίνειν, τοιοῦτον ὂν τὸ νάπος. καὶ ὁ ξενοφῶν σπουδῇ
ὑπολαβὼν, ἔλεξεν· ἀλλ' ἴστε μέν με, ὦ ἄνδρες, οὐδένα
πω κίνδυνον προξενήσαντα ὑμῖν ἐθελούσιον. οὐ γὰρ
δόξης ὁρῶ δεομένους ὑμᾶς εἰς ἀνδρειότητα, ἀλλὰ σωτη-
ρίας. νῦν δὲ οὕτως ἔχει. ἀμαχεὶ μὲν ἐνθένδε οὐκ ἔστιν ἀπ-
ελθεῖν. ἢν γὰρ μὴ ἡμεῖς ἴωμεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, οὗτοι
ἡμῖν ὅταν ἀπίωμεν ἕψονται, καὶ ἐπιπεσοῦνται. ὁρᾶτε
δή, πότερον κρεῖττον ἰέναι ἐπὶ τοὺς ἄνδρας προβαλλο-
μένους

μένους τὰ ὅπλα, ἢ μεταβαλλομένους, ὄπισθεν ἡμῶν ἐπιόντας τοὺς πολεμίους θεάσασθαι. ἴστε γε μέν τοι, ὅτι τὸ μὲν ἀπιέναι ἀπὸ πολεμίων, οὐδενὶ καλῷ ἔοικε. τὸ δὲ ἐφέπεσθαι, καὶ τοῖς κακίοσι θάρρος ἐμποιεῖ. ἐγὼ γοῦν ἥδιον ἂν σὺν ἡμίσεσιν ἑποίμην, ἢ σὺν διπλασίοις ἀποχωροίην. καὶ τούτους οἶδ' ὅτι ἐπιόντων ἡμῶν οὐδ' ὑμεῖς ἐλπίζετε δέξασθαι ἡμᾶς. ἀπιόντων δὲ πάντες ἐπιστάμεθα, ὅτι τολμήσουσιν ἐφέπεσθαι. τὸ δὲ διαβάντας ὄπισθεν νάπος χαλεπὸν ποιήσασθαι μέλλοντας μάχεσθαι, ἆρ' οὐχὶ καὶ ἁρπάσαι ἄξιον; τοῖς μὲν γὰρ πολεμίοις ἐγώ γε βουλοίμην ἂν εὔπορα παντάπασι φαίνεσθαι, ὥστε ἀποχωρεῖν. ἡμᾶς δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ χωρίου δεῖ διδάσκεσθαι, ὅτι οὐκ ἔστι μὴ νικῶσι σωτηρία. θαυμάζω δ' ἔγωγε καὶ τὸ νάπος τοῦτο, εἴ τις μᾶλλον φοβερὸν νομίζει τῶν ἄλλων, ὧν διαπεπορεύμεθα χωρίων. πῶς μὲν γὰρ διαβατὸν τὸ χωρίον, εἰ μὴ νικήσομεν τοὺς ἱππέας; πῶς δὲ ἃ διεληλύθαμεν ὄρη ἤν; πελτασταὶ τόσοι δὲ ἕπονται. ἢν δὲ δὴ καὶ σωθῶμεν ἐπὶ θάλατταν, πόσον τι νάπος ὁ πόντος; ἔνθα δὲ πλοῖα οὔτε τὰ ἀπάξοντα, οὔτε σῖτος ᾧ θρεψόμεθα μένοντες. δεήσει δὲ ἂν θᾶττον ἐκεῖ γενώμεθα, θᾶττον ἐξιέναι πάλιν ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια. οὐκοῦν νῦν κρεῖττον ἠριστηκότας μάχεσθαι, ἢ αὔριον ἀναρίστους. ἄνδρες τά τε ἱερὰ ἡμῖν καλά, οἵ τε οἰωνοὶ αἴσιοι, τά τε σφάγια κάλλιστα. ἴωμεν ἐπὶ τοὺς ἄνδρας. οὐ δεῖ ἐᾶν τούτους (ἐπεὶ ἡμᾶς πάντας εἶδον) ἡδέως δειπνῆσαι, οὐδ' ὅπου ἂν ἐθέλωσι σκηνῆσαι. ἐντεῦθεν οἱ λοχαγοὶ ἡγεῖσθαι ἐκέλευον. καὶ οὐδεὶς ἀντέλεγε. καὶ ὃς ἡγεῖτο παραγγείλας διαβαίνειν ᾗ ἕκαστος ἐτύγχανε τοῦ νάπους ὤν. θᾶττον γὰρ ἂν ἀθρόον ἐδόκει οὕτω πέραν γενέσθαι τὸ στράτευμα, ἢ εἰ κατὰ τὴν γέφυραν, ἣ ἐπὶ τῷ νάπει ἦν, ἐξεμηρύοντο. ἐπεὶ δὲ διέβησαν παριὼν παρὰ τὴν φάλαγγα, ἔλεγεν· ἄνδρες, ἀναμιμνήσκεσθε ὅσας δὴ μάχας σὺν τοῖς θεοῖς ὁμόσε ἰόντες νενικήκατε, καὶ οἷα πάσχουσιν οἱ πολεμίους φεύγοντες. καὶ τοῦτ' ἐννοήσατε, ὅτι ἐπὶ ταῖς θύραις τῆς Ἑλλάδος ἐσμέν. ἀλλ' ἕπεσθε ἡγεμόνι τῷ Ἡρακλεῖ, καὶ ἀλλήλους παρακαλεῖτε ὀνομαστί. ἡδύ τοι ἀνδρεῖόν τι καὶ καλὸν νῦν εἰπόντα, καὶ ποιήσαντα μνήμην ἐν οἷς ἐθέλει παρέχειν ἑαυτοῦ. ταῦτα παρελαύνων ἔλεγε, καὶ ἅμα ὑφηγεῖτο φάλαγγος. καὶ τοὺς πελταστὰς ἑκατέρωθεν ποιησάμενοι ἐπορεύοντο ἐπὶ τοὺς πολεμίους. παρηγγέλλετο δὲ τὰ δόρατα ἐπὶ τὸν δεξιὸν ὦμον ἔχειν, ἕως σημαίνοι τῇ σάλπιγγι. ἔπειτα δὲ εἰς προσβολὴν καθέντας, ἕπεσθαι βάδην, καὶ μηδένα δρόμῳ διώκειν. ἐκ τούτου σύνθημα παρῄει, Ζεὺς σωτήρ, Ἡρακλῆς ἡγεμών. οἱ δὲ πολέμιοι ὑπέμενον, νομίζοντες καλὸν ἔχειν τὸ χωρίον. ἐπεὶ δὲ ἐπλησίαζον, ἀλαλάξαντες οἱ Ἕλληνες πελτασταὶ ἔθεον ἐπὶ τοὺς πολεμίους, πρίν τινα κελεύειν. οἱ δὲ πολέμιοι ἀντίοι ὥρμησαν, οἵ τε ἱππεῖς, καὶ στῖφος τῶν Βιθυνῶν. καὶ τρέπονται τοὺς πελταστὰς ἅμα. ἐπεὶ δὲ ὑπηντίαζεν ἡ φάλαγξ τῶν ὁπλιτῶν, ταχὺ πορευομένη, καὶ ἅμα ἡ σάλπιγξ ἐφθέγξατο, καὶ ἐπαιάνιζον, καὶ μετὰ ταῦτα ἠλάλαζον, καὶ ἅμα τὰ δόρατα καθίεσαν. ἐνταῦθα οὐκέτι ἐδέξαντο οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ἔφευγον. καὶ Τιμασίων μὲν ἔχων τοὺς ἱππεῖς ἐφείπετο, καὶ ἀπεκτίννυσαν, ὅσους περ ἐδύναντο,

ὡς

arma inferre, an uero auersos urgentiũ impetũ excipere. Illud certe dubitare nõ debetis, qui ab hostibus discedunt, eos nihil honestum facere uideri, qui fugientes insequãtur, sæpe ex ignauis alacres & fidẽtes reddi. Ego mediusfidius multo malim cum dimidio minore manu insequi, q̃ retrocedere cũ duplo maiore. Et illud etiam satis scio, nihil nos metuere, ne nostrã illi impreßionẽ sustineant. At cui dubium esse poßit, ausuros nihil magis, quàm discedẽtes insequi? Erit præterea, si saltũ superauerimus, eius nobis difficultas à tergo relicta, magno utique auxilio, cũ pugnãdũ fuerit: qua sane cõmoditate cupide uti debemus. Nã hostib. equidẽ uelim omnino transitu facilẽ locũ uideri, ut discedãt. Nos uerò etiã à loco doceri oportet, nõ aliunde quàm ex uictoria spẽ salutis ostẽdi. Nihil aũt magis miror, q̃ esse quibusdã saltũ hũc formidolosiorẽ, quàm tã multi fuerũt, quos ante superauimus. Est utiq;, nisi equitatũ hostiũ uicerimus, difficilis ex tam importuno loco exitus. Quid aũt? quales tandem, quos adhuc superauimus, mõtes fuerũt? qui poterimus tam multos à tergo urgẽtes peltatos effugere? Sed fac ad mare incolumes redeamus, quãtus deniq; saltus ipse Põtus est? Vnde uerò naues, quib. auehamur? Vnde frumentũ, quo, si mãserimus, alamur? Erit, mihi credite, quamprimũ illuc uenerimus, frumẽtatũ nobis exeundũ: quãto uero melius nũc prãsos pugnare nos, quàm cras ieiunos? quid, quod pulchra exta fuerũt? sequũda deorũ auspicia? ac bellißime litatũ est? Agite uiri fortißimi, in hostẽ alacriter eamus: nõ est ferendũ cœnare eos hilare postquã nos uiderũt, neq; quo loco ipsi uelint, pernoctare. Finẽ dicẽdi fecerat, cũ cẽturiones (neq; enim contra dixerat quisquã) ut se duceret postularũt: ac ille quidẽ ducere cœpit, cũ ante denunciasset omnib. ut q cuiq; locus obtigisset, ex eo in aduersum saltũ eniterentur: sic enim celerius multò uniuersum agmẽ traijcere posse putauit, q̃ si per pontẽ, qui diuersas saltus partes iũgebat, se explicassent. Cũ iã traiecissent, modo hãc Xenophõ, modo illã phalãgis partẽ adibat, atq; his propemodum uerbis suos incitabat: Recordamini milites, quot prælijs antè, deorũ ope freti, hostẽ uiceritis. Cõsiderate quib. incommodis, qui fugiũt, afficiãtur. Cogitate nos ad ipsas iam Græciæ portas uenisse. Agite, Herculẽ ducẽ sequimini, ac uicißim uos cohortamini. Iucundũ certe futurũ est, apud quos maxime uelitis, præclare dicta factaq; uestra testata relinquere. Hæc præteruehens loquutus est, ac deinde in aciei se frontem contulit. Peltati in duas alas diuisi, recta in hostes uadebãt. Iusserat Xenophon, ut hastas dextero humero portarent, usq; dum tuba signum dari iußisset, tunc ut infestis hastis in hostem modicis paßibus ingrederentur, neminẽ cursim ut insequerẽtur: Tũ tessera data, Iupiter seruator, Hercules dux. Hostes primũ loco plurimũ cõfidere uisi sunt. In eos peltati cũ iam prope accessissent, antequã signũ daretur, cum clamore & cursu impetũ fecerũt. His hostiũ equitatus, & Bythinorũ globus occurrit. Ac primo cõgressu peltati terga uerterunt. Vbi uerò grauis armatura phalanx celeriter incedens subsidio uenit, atq; eodem tempore classica cecinerunt, & pæanem ac bellicum clamorem milites sustulerunt, hastasq; in hostem intentarunt (enimuero illi iam in fugã uersi facile se ad Græcorum impetum sustinendũ impares esse declararũt) fugientes Timasion cum equitatu insequutus, quãmultos

parua

paruæ manu potuit, excidit. Leuum hostium cornu, qua parte Græcorum equites urgebant, dissipatum est. Dexterum, quod fuerat multo leuius perculsum, in collis cuiusdam se uerticem recepit. Illam itaq; manum cum ibi constitisse Græci animaduertissent, nihil arbitrati sunt esse facilius ac tutius, quàm si in eam illico inuaderent. Citato igitur pæane impreßionem fecère: impetum illi non sustinuerunt. Insequuti peltati sunt, usque dum dexterū cornu fusum est: pauci sane cæsi. Hostium enim equitatus, qui plenißimus erat, Græcos retardauit. Atenim cum Pharnabazi equitatum adhuc stare uiderunt, & ad illos Bithynos equites confugere, qui quæ gerebantur omnia è montis uertice speculabantur: etsi iam erant labore confecti, in illos sibi tamen eundum ita, uti possent, statuerunt, ne darent hosti ad respirandum, ac uires recipiendas quicquam laxamenti. Instructi itaq; ierunt. Hinc hostes per decliuia equis in fugam uertuntur, ac si ab equitibus fugarentur. Saltus enim excipiebat eos, quod Græci nesciebant. Quare cum iam aduesperasceret, in eum locū pedem retulerunt, ubi primū concurrerant, ac tropæo excitato, occidente iam sole, ad mare redierūt: aberāt enim castra haud minus quàm VIII. M. paß. Tunc hostes ad sua conuersi, seruitia, resq; suas omnes quālongißime abduxerunt. Græci Cleandrū cum triremibus ac nauigijs expectabant. Interea uero quotidie cum iumentis & mancipijs exeuntes, metu iam omni liberati, in castra triticū, ordeum, uinum, legumina, panicum, ficos cōportabant. Erat enim ea regio optimarum quarūq; rerum copijs, excepto tamen oleo, refertißima. ac licebat, ubicunque exercitus quiescendi causa commoraretur, ad prædam exire: neque unquam nisi onusti reuertebantur. Quod si copiæ omnes exissent, quicquid seorsum ab alijs quis occupasset, id quasi publicum habebatur. Iam copiosa erant & prolixa omnia. Vndiq; in castra ex Græci nominis ciuitatibus multi, cum rebus uenalibus confluebant: ac qui ultro citroq; nauigabant, libenter eò appellebant, quippe qui oppidum cum portu Græcos muniturus audissent. Miserunt etiam uicini hostes ad Xenophontem legatos (illum enim ex rumoribus acceperant nouæ urbis condendæ autorem esse) qui ex eo quærerent, quonam officij genere efficere possent, ut se in amicitiam reciperet. Eos Xenophon ad milites reiecit. Interea Cleander cum duabus triremibus uenit, nauigium uero nullum adduxit. Forte eo ipso tempore, quo ille appulit, milites ad prædam alio alius excurrerant. Pecoris autem magnum utique numerum abegerant: quod ne sibi eriperetur metuentes, Dexippum, qui paulo ante cum naui remorum L. è Trapezunte aufugerat, rogant ut eius pecoris partem sumat, reliquum sibi incolume redditum curet. Tum ille statim allegat factionis suæ populares, qui publicum illud pecus esse affirment: & ipse ad Cleandrum ueniens, renunciat Græcos ad prædas agendas se conuertisse. At ille ut ad se, qui de prædonibus capi potuissent adducerentur, mandat. Hic cum unus ad illum traheretur, Agasiæ interuentu, quod erat ei manipularis, eripitur. Qui tunc forte aderant milites, in Dexippum, proditorem eum appellantes, cœperunt lapides iacere. Quare perterriti, ex remigibus multi ad mare confugerunt: ipse etiam Cleander fuga se è periculo eripuit. Xeno-

ὡς ὀλίγοι ὄντες. τῶν δὲ πολεμίων τὸ μὲν εὐώνυμον διεσπάρη, καθὸ οἱ Ἑλλήνων ἱππεῖς ἦσαν. τὸ δὲ δεξιὸν ἅτε οὐ σφόδρα διωκόμενον, ἐπὶ λόφου συνέστη. ἐπεὶ δὲ εἶδον οἱ Ἕλληνες ὑπομένοντας αὐτοὺς, ἐδόκει ῥᾷστόν τε καὶ ἀκινδυνότατον εἶναι, ἰέναι ἤδη ἐπ' αὐτούς. παιανίσαντες οὖν εὐθὺς ἐπορεύοντο. οἱ δὲ οὐχ ὑπέμειναν. καὶ ἐνταῦθα οἱ πελτασταὶ ἐδίωκον, μέχρι τὸ δεξιὸν αὖ διεσπάρη. ἀπέθανον δὲ ὀλίγοι. τὸ γὰρ ἱππικὸν φόβον παρεῖχε τῶν πολεμίων πολὺ ὄν. ἐπεὶ δὲ εἶδον οἱ Ἕλληνες τό, τε Φαρναβάζου ἱππικὸν ἔτι συνεστηκὸς, καὶ τοὺς Βιθυνοὺς ἱππέας πρὸς τούτους συναθροιζομένους, καὶ ἀπὸ λόφου τινὸς καταθεωμένους τὰ γιγνόμενα, ἀπειρήκεσαν μέν. ὅμως δὲ ἐδόκει καὶ ἐπὶ τούτους ἰτέον εἶναι, οὕτως ὅπως δύναιντο, ὡς μὴ τεθαῤῥηκότες ἀναπαύσαιντο. συνταξάμενοι δὴ πορεύονται. ἐντεῦθεν οἱ πολέμιοι ἱππεῖς φεύγουσι κατὰ τοῦ πρανοῦς ὁμοίως, ὥσπερ ὑπὸ ἱππέων διωκόμενοι. νάπος γὰρ αὐτοὺς ὑπεδέχετο, ὃ οὐκ ᾔδεσαν οἱ Ἕλληνες, ἀλλὰ προαπετράποντο διώκοντες. ὀψία γὰρ ἦν. ἐπανελθόντες δὲ ἔνθα δὴ ἡ πρώτη συμβολὴ, στησάμενοι τρόπαιον, ἀπῄεσαν ἐπὶ θάλατταν περὶ ἡλίου δυσμάς. στάδιοι γὰρ ἦσαν ὡς ἑξήκοντα ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. ἐντεῦθεν οἱ μὲν πολέμιοι εἶχον ἀμφὶ τὰ αὐτῶν, καὶ ἀπήγοντο τοὺς οἰκέτας, καὶ τὰ χρήματα, ὅποι ἐδύναντο προσωτάτω. οἱ δ' Ἕλληνες ἀνέμενον μὲν Κλέανδρον, καὶ τὰς τριήρεις, καὶ τὰ πλοῖα ὡς ἥξοντα. ἐξιόντες δὲ ἑκάστης ἡμέρας σὺν τοῖς ὑποζυγίοις καὶ τοῖς ἀνδραπόδοις, ἐφέροντο ἀδεῶς ἤδη πυροὺς, κριθὰς, οἶνον, ὄσπρια, μελίνας, σῦκα. πάντα γὰρ ἀγαθὰ εἶχε, πλὴν ἐλαίου. καὶ ὁπότε μὲν καταμένοι τὸ στράτευμα, ἀναπαυόμενον, ἐξῆν ἐπὶ λείαν ἰέναι, καὶ ἐλάμβανον ἐξιόντες. ὁπότε δ' ἐξίοι πᾶν τὸ στράτευμα, εἴ τις χωρὶς ἀπελθὼν λάβοι τι, δημόσιον ἔδοξεν εἶναι. ἤδη δὲ ἦν πολλὴ πάντων ἀφθονία. καὶ γὰρ ἀγοραὶ πάντοθεν ἀφικνοῦντο ἐκ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων. καὶ οἱ παραπλέοντες ἄσμενοι κατῆγον, ἀκούοντες ὡς οἰκίζοιτο πόλις, καὶ λιμὴν εἴη. ἔπεμπον δὲ καὶ οἱ πολέμιοι πλησίον οἰκοῦντες πρὸς Ξενοφῶντα, ἀκούοντες, ὅτι οὗτος πολίζει τὸ χωρίον, ἐρωτῶντες ὅ, τι δέοι ποιοῦντας φίλους εἶναι. ὁ δ' ἐπεδείκνυεν αὐτοὺς τοῖς στρατιώταις. κἀν τούτῳ Κλέανδρος ἀφικνεῖται, δύο τριήρεις ἔχων, πλοῖον δ' οὐδέν. ἐτύγχανε δὲ τό, τε στράτευμα ἔξω ὂν, ὅτε ἀφίκετο, καὶ ἐπὶ λείαν τινὲς οἰχόμενοι, ἄλλος εἰς τὸ ὄρος, καὶ εἰλήφεσαν πρόβατα πολλά. ὀκνοῦντες δὲ μὴ ἀφαιρεθεῖεν, τῷ Δεξίππῳ λέγουσιν, ὃς ἀπέδρα τὴν πεντηκόντορον ἔχων ἐκ Τραπεζοῦντος. καὶ κελεύουσι διασωσάμενον τὰ πρόβατα, τὰ μὲν αὐτὸν λαβεῖν. τὰ δὲ σφίσιν αὐτοῖς ἀποδοῦναι. εὐθὺς δ' ἐκεῖνος ἀπελαύνει τοὺς περιεστῶτας τῶν στρατιωτῶν, καὶ λέγοντας, ὅτι δημόσια ταῦτ' εἴη, καὶ τῷ Κλεάνδρῳ εὐθὺς ἐλθὼν λέγει, ὅτι ἁρπάζειν ἐπιχειροῦσιν. ὁ δὲ κελεύει τὸν ἁρπάζοντα, ἄγειν πρὸς αὐτόν. καὶ ὁ μὲν λαβὼν, ἄγει τινά. περιτυχὼν δ' Ἀγασίας, ἀφαιρεῖται. καὶ γὰρ ἦν αὐτῷ ὁ ἀγόμενος λοχίτης. οἱ δὲ ἄλλοι οἱ παρόντες τῶν στρατιωτῶν, ἐπιχειροῦσι βάλλειν τὸν Δέξιππον, ἀνακαλοῦντες τὸν προδότην. ἔδεισαν δὲ καὶ τῶν τριηριτῶν πολλοί, καὶ ἔφευγον εἰς τὴν θάλατταν. Κλέανδρος δ' ἔφευγε.

Ξενο-

ξενοφῶν δὲ καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ κατεκώλυόν τι, καὶ
τῷ κλεάνδρῳ ἔλεγον, ὅτι οὐδὲν εἴη πρᾶγμα. ἀλλὰ τὸ
δόγμα ἦν αἴτιον τοῦ στρατεύματος, ταῦτα γενέσθαι.
ὁ δὲ κλέανδρος ὑπὸ τοῦ δεξίππου τε ἀνερεθιζόμενος,
καὶ αὐτὸς ἀχθεσθεὶς, ὅτι ἐφοβήθη, ἀποπλεύσεσθαι ἔφη,
καὶ κηρύξειν μηδεμίαν πόλιν δέχεσθαι ὡς πολεμίους.
ἦρχον δὲ τότε πάντων τῶν ἑλλήνων οἱ λακεδαιμό-
νιοι. ἐνταῦθα πονηρὸν ἐδόκει τὸ πρᾶγμα εἶναι τοῖς
ἕλλησι, καὶ ἐδέοντο μὴ ποιεῖν ταῦτα. ὁ δ' οὐκ ἂν ἄλλως
ἔφη γενέσθαι, εἰ μή τις ἐκδώσει τὸν ἄρξαντα βάλλειν,
καὶ τὸν ἀφελόμενον. ἦν δὲ ὃν ἐζήτει, ἀγασίας διὰ τέ-
λους φίλος τῷ ξενοφῶντι· ἐξ οὗ καὶ διέβαλεν αὐτὸν
ὁ δέξιππος. ἐντεῦθεν ἐπειδὴ ἀπορία ἦν, συνήγαγον
τὸ στράτευμα οἱ ἄρχοντες. καὶ ἔνιοι μὲν αὐτῶν παρ' ὀλίγον
ἐποιοῦντο τὸν κλέανδρον. τῷ δὲ ξενοφῶντι οὐκ ἐδόκει
φαῦλον εἶναι τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ἀναστὰς ἔλεξεν· ὦ ἄνδρες
στρατιῶται, ἐμοὶ δ' οὐ φαῦλον δοκεῖ τὸ πρᾶγμα, εἰ ἡμῖν
οὕτως ἔχων τὴν γνώμην, κλέανδρος ἄπεισιν, ὥσπερ
λέγει. εἰσὶ μὲν γὰρ ἤδη ἐγγὺς αἱ ἑλληνίδες πόλεις. τῆς
δὲ ἑλλάδος λακεδαιμόνιοι προεστήκασιν. ἱκανοὶ δέ
εἰσι καὶ εἷς ἕκαστος λακεδαιμονίων ἐν ταῖς πόλεσιν
ὅ,τι βούλονται διαπράττεσθαι. εἰ οὖν οὗτος πρῶτον μὲν
ἡμᾶς βυζαντίου ἀποκλείσει, ἔπειτα δὲ τοῖς ἄλλοις ἁρμο-
σταῖς παραγγελεῖ εἰς τὰς πόλεις, μὴ δέχεσθαι, ὡς ἀπι-
στοῦντας λακεδαιμονίοις καὶ ἀνόμους ὄντας, ἔτι δὲ πρὸς
ἀναξίβιον τὸν ναύαρχον οὗτος ὁ λόγος περὶ ἡμῶν ἥξει,
ἔσται χαλεπὸν εἶναι, καὶ μένειν καὶ ἀποπλεῖν. καὶ γὰρ ἐν τῇ
γῇ ἄρχουσι λακεδαιμόνιοι καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ τὸν νῦν
χρόνον. οὔκουν δεῖ οὔτε ἑνὸς ἀνδρὸς ἕνεκα οὔτε δυοῖν
ἡμᾶς τοὺς ἄλλους τῆς ἑλλάδος ἀπέχεσθαι, ἀλλὰ πειστέον
ὅ,τι ἂν κελεύωσι· καὶ γὰρ αἱ πόλεις ἡμῶν ὅθεν ἐσμὲν,
πείθονται αὐτοῖς. ἐγὼ μὲν οὖν (καὶ γὰρ ἀκούω δέξιπ-
πον λέγειν πρὸς κλέανδρον, ὡς οὐκ ἂν ἐποίησεν ἀγα-
σίας ταῦτα, εἰ μὴ ἐγὼ αὐτὸν ἐκέλευσα) ἐγὼ μὲν οὖν ἀπο-
λύω καὶ ὑμᾶς τῆς αἰτίας καὶ ἀγασίαν, ἂν αὐτὸς ἀγα-
σίας φήσῃ ἐμέ τινα τούτων αἴτιον εἶναι, καὶ καταδικά-
ζω ἐμαυτοῦ, εἰ ἐγὼ πετροβολίας ἢ ἄλλου τινὸς βιαίου
ἐξάρχω, τῆς ἐσχάτης δίκης ἄξιος εἶναι, καὶ ὑφέξειν τὴν
δίκην. φημὶ δὲ καὶ εἴ τινα ἄλλον αἰτιᾶται, ἑαυτὸν χρῆ-
ναι παρασχεῖν κλεάνδρῳ κρῖναι. οὕτω γὰρ ἂν ὑμεῖς ἀπο-
λελυμένοι τῆς αἰτίας εἴητε. ὡς δὲ νῦν ἔχει χαλεπὸν, εἰ
οἰόμενοι ἐν τῇ ἑλλάδι καὶ ἐπαίνου καὶ τιμῆς τεύξεσθαι,
ἀντὶ τούτων, μηδ' ὅμοιοι τοῖς ἄλλοις ἐσόμεθα, ἀλλ' εἰρ-
ξόμεθα ἐκ τῶν ἑλληνίδων πόλεων. μετὰ ταῦτα ἀνα-
στὰς ἀγασίας, εἶπεν· ἐγὼ, ὦ ἄνδρες, ὄμνυμι θεοὺς καὶ
θεὰς, ἦ μὴν μήτε ἐμὲ ξενοφῶντα κελεῦσαι ἀφελέσθαι
τὸν ἄνδρα, μήτε ὑμῶν ἄλλον μηδένα. ἰδόντι δέ μοι ἄν-
δρα ἀγαθὸν ἀγόμενον τῶν ἐμῶν λοχιτῶν ὑπὸ δεξίππου, ὃν
ὑμεῖς ἐπίστασθε ὑμᾶς προδόντα, δεινὸν ἔδοξεν εἶναι. καὶ
ἀφειλόμην ὁμολογῶ. καὶ ὑμεῖς μὲν μὴ ἐκδῶτε. ἐγὼ δ' ἐ-
μαυτὸν, ὥσπερ ξενοφῶν λέγει, παραδώσω κρίναντι κλεάν-
δρῳ, ὅ,τι ἂν βούληται ποιῆσαι. τούτου ἕνεκα μήτε πο-
λεμεῖτε λακεδαιμονίοις, σώζοισθέ τε ἀσφαλῶς ὅποι θέ-
λει ἕκαστος. συμπέμψατε μέντοι ὑμῶν αὐτῶν ἑλομέ-
νοι πρὸς κλέανδρον, οἵτινες ἄν τι ἐγὼ παραλείπω,
καὶ λέξουσι ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ πράξουσιν. ἐκ τούτου
ἔδωκεν

Xenophon atq; alij item duces tumultum sedare cona-
bantur: Cleanarum docebant, nihil esse quod metueret:
in causa ut id fieret, exercitus quoddam decretum esse.
At ille, quod & eum Dexippus incenderat, & erat gra-
uiter præsenti periculo commotus, se cum sua classe a-
biturum minitatur: atq; edicturũ omnibus ciuitatibus,
ne earũ ulla Græcos ad se uenientes exciperet: eo enim
tempore plane Græcis omnibus imperabant Lacedæ-
monij. Id enimuero maxime solicitos Græcos habebat,
10 atq; idipsum maiorẽ in modũ deprecabantur. At ille, cer-
tum sibi esse, neq; se prius sententiã mutaturũ, quàm si-
bi is deditus fuisset, qui primus lapides iaciendos curas-
set, quiq; eum qui cõprehensus fuerat, suis ademisset. E-
rat Agasias, quẽ ille tacite postulabat, Xenophonti sum-
mus, & constantissimus amicus, atq; ex eo Dexippus
eum criminatus est. In tam ancipiti rerum statu in con-
cionem milites uocantur. Ibi censentibus multis, non es-
se eorum, quæ Cleander diceret, rationem habendam:
minime dissimulandum aut contemnendum negocium
20 Xenophonti uideri: qui cum ad dicendum surrexisset,
Ego, inquit, milites, nihil existimo minus rationibus no-
stris conducere, quam si Cleander hinc tam abalienato
quàm nunc est animo, abeat. Vicinæ sunt Græci nomi-
nis ciuitates: Græciæ nũc imperiũ penes Lacedæmonios
est: summa est eorum cuiusuis in qualibet urbe potestas.
Quod si nos iste Byzantij aditu prohibuerit, ac deinde
præfectis alijs denũciarit, ne nos quoquã intrare patian-
tur, quod à Spartanorũ fide per summã iniuriã discesse-
rimus, ea certe fama ad Anaxibij nauarchi aures perue-
30 det. quàm difficile tunc nobis futurũ sit, uel manere, uel
classe proficisci, non est cuiquã nostrûm difficile iudica-
re. terra enim mariq; hoc tẽpore Spartani imperãt. Nõ
est igitur nobis committendũ, ut unius & alterius ho-
minis gratia, reliqui omnes patria careant: sed Lacedæ-
monijs certe, quicquid illi iusserint, parendũ: quorũ ea
etiã urbes, in quib. nati sumus, imperata faciũt. Equidẽ
audio Dexippũ Cleandro dixisse, nõ fuisse, quæ fecerit,
Agasiam facturũ, nisi me ducem sequutus esset. Hic ego
cum uos, tum Agasiã ipsum culpa omni deliberabo. Nã
40 si me Agasias huius facinoris autorẽ fuisse dixerit, nihil
deprecabor, quin si me autore aut lapidato, aut quid a-
liud per uim factum fuerit, ipse extremo supplicio affi-
ciar. Eodem modo censeo, quẽcunq; ille accersierit, eum
se oportere Cleãdri iudicio subijcere. id enim unum uos
uniuersos præsentis periculi metu eximet. Nã, ut nunc
res se habet, indignissimũ certe futurũ est, nos, quib. pro
rerũ gestarũ magnitudine, laudũ et honorũ ab uniuersa
Græcia spes proposita esse uidebatur, ne pari quidẽ cũ
cæteris cõditione esse posse: nempe quib. Græciæ ciuita-
50 tibus interdictũ sit. Surrexit tũc Agasias: Et testor, in-
quit, milites deos deasq; oẽs, neq; Xenophontẽ, neq; ue-
strum alium quenquã mihi, ut illũ hominẽ eriperẽ, auto-
res fuisse: sed cũ uiderẽ manipularẽ meũ, spectatũ homi-
nem trahi, ultro illũ me fateor eripuisse: Neq; pfecto est
qđ uos illũ ad suppliciũ dedatis, ego meipsum, uti Xeno-
phon censet, Cleãdro tradã: de quo ille arbitratu suo sta-
tuat. Vos hac de causa non est quod bellũ cum Lacedæ-
monijs geratis, aut quo minus incolumes quò quisq; ue-
strùm uelit, perueniatis. Vos modo nunc deligite de uo-
bis aliquot, qui mecũ ad Cleãdrũ ueniãt: ac si quid à me
prætermissum fuerit, ipsi pro me dicant, agantq;. Tunc

permisit exercitus, ut secũ quos ipse mallet, adduceret. At ille duces deligit. Agasias itaq;, ac simul is quem ille eripuerat, cum ducibus ad Cleandrum ueniunt. Ibi duces. Misit nos, inquiũt, ad te exercitus, ac iussit ut quosq; cunq; depoposcisses, uel omnes, uel unum, duosúe, aut plures, in potestatẽ tuam traderemus, quo his, cum eos iudicio conuiceris, arbitratu tuo utare. Quod si quem nostrûm in crimen uocas, ipsi præsto sumus: sin alium quenquam, eum nobis edito: ac tibi persuade, neminem non in potestate tua futurum, qui in ditione nostra sit. Hæc illi. Agasias uero in medium prodiens: Ego, inquit, ille sum uiri, qui eum hominem, quem Dexippus trahebat, eripui, quiq; in Dexippũ iussi lapides conjici. Illum enim uirum bonum ac fortem esse norã: At Dexippum eum esse, qui cum ab exercitu L. remorum naui, quam à Trapezuntijs impetraramus, præfectus fuisset, ut ea ad nauigia colligenda, quibus in patriam ueheremur, uteretur, fugiens socios prodiderit, quibus cum huc incolumis uenerat. Itaq; istius scelere apud Trapezũtios, quos L. remorũ naui spoliauimus, sempiterna nobis perfidiæ nota inusta est. ac præterea per eum non stetit, quin periremus omnes: audierat enim æque ac nos, quàm futurum esset difficile pedibus iter facientes fluuios trajicere, atq; in Græciam incolumes redire. Hunc igitur ita de nobis merito, quem comprehẽderat, eripui. Quod si uel tu illum hominem comprehẽdisses, uel de tuis quiuis, modo is à nobis non profugisset, nolito existimare me tale quicquam facturũ fuisse. illud uero cogites uelim, si me istius causa occideris, ignaui te, ac nequã hominis causa, bonum ac fortem uirum occisurũ. Ad hæc Cleander: Se quidem, si illa commisisset, Dexippum minime laudare: sed quocunq; ille se scelere obligasset, non oportuisse de indemnato pœnas sumi, sed dicta causa quemadmodũ uos nunc postulatis, inquit, ut uobis liceat iudicio constituto causam dicere. Nunc ad uestros redite, isto uno relicto: iudicij uero diem cum uobis denunciaro, facite obeatis. Neq; uero aut exercitum, aut alium quenquam in crimen uoco, cum hic se fateatur fraudem commisisse. Tũc ille ipse qui fuerat ereptus. Ego, inquit, uiri optimi, etsi Cleander me iniuriam alicui intulisse putat, neq; percussi quenquam, neque iaculatus sum, tantum dixi pecus publicum esse: scitum enim erat militum, ut cum milites prædatum exissent, quod quisque prædæ egisset, id publicum ut esset. Id tantum dixi. At ille non aliam ob causam me comprehendit, quàm quod uoluit metu cæteros deterrere, ne quid quis indicaret: prædæ uero partem ipse ut posset contra edictum prædonibus diuidere. Tum Cleander. Et uero tu, quando tam es argutus, hic remane, quo de te etiam aliquid statuamus. Post hæc cum suis cibum cepit. Xenophon interea exercitum coegit, ac retulit de mittendis ad Cleandrum, qui pro ijs qui illi traditi erant, deprecarentur. Decreuerunt milites ut ad Cleandrum duces, centuriones, cumq; ijs Dracontius Spartanus, ac si qui alij idonei uiderentur, uenirent, ac illum, ut eos sibi uiros condonatos uellet, rogarent. Cum iam ad eum uenissent, in hunc modum loquutus est Xenophon: Hos tu quidem uiros Cleander detines, ac eos in tuam potestatem exercitus tradidit, ut non magis de illis quàm de seipsis, ita ut esset tibi uisum, statueres. Idem nunc te exercitus obsecrat, atque obtestatur, ut eos sibi remittas, ac ne eos capite euer-

συνεβούλευσεν οὖν αὐτῷ θύεσθαι, καὶ ἔφη συνοίσειν εἶναι τὸ βέλτιον. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὁ Ξενοφῶν εἰς Ὀφρύνιον ἐλθὼν, ἐθύετο, καὶ ὡλοκαύτει χοίρους τῷ πατρίῳ νόμῳ, καὶ ἐκαλλιέρει. καὶ ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀφικνεῖται Βίτων καὶ ἅμα Εὐκλείδης χρήματα δώσοντες τῷ στρατεύματι. καὶ ξενοῦταί τε τῷ Ξενοφῶντι, καὶ ἵππον ὃν ἐν Λαμψάκῳ ἀπέδοτο πεντήκοντα δαρεικῶν, ὑποπτεύοντες αὐτὸν δι' ἔνδειαν πεπρακέναι, ὅτι ἤκουον αὐτὸν ἥδεσθαι τῷ ἵππῳ, λυσάμενοι, ἀπέδοσαν, καὶ τὴν τιμὴν οὐκ ἤθελον ἀπολαβεῖν. ἐντεῦθεν ἐπορεύοντο διὰ τῆς Τρῳάδος, καὶ ὑπερβάντες τὴν Ἴδην, εἰς Ἄντανδρον ἀφικνοῦνται πρῶτον. εἶτα παρὰ θάλατταν πορευόμενοι τῆς Λυδίας, εἰς Θήβης πεδίον. ἐντεῦθεν δι' Ἀδραμυττίου καὶ Κερτωνίου, παρ' Ἀταρνέα εἰς Καΐκου πεδίον ἐλθόντες, Πέργαμον καταλαμβάνουσι τῆς Λυδίας. ἐνταῦθα δὲ ξενοῦται Ξενοφῶν παρ' Ἑλλάδι τῇ Γογγύλου μητρί. αὕτη αὐτῷ φράζει, ὅτι Ἀσιδάτης ἐστὶν ἐν τῷ πεδίῳ ἀνὴρ Πέρσης. τοῦτον ἔφη αὐτὸν, εἰ ἔλθοι τῆς νυκτὸς σὺν τριακοσίοις ἀνδράσι λαβεῖν ἂν καὶ αὐτὸν καὶ γυναῖκα καὶ παῖδας, καὶ τὰ χρήματα. εἶναι δὲ πολλά. ταῦτα δὲ καθηγησομένους ἔπεμψε, τόν τε αὐτῆς ἀνεψιὸν καὶ Δαφναγόραν, ὃν περὶ πλείστου ἐποιεῖτο. ἔχων οὖν ὁ Ξενοφῶν τούτους παρ' ἑαυτῷ ἐθύετο. καὶ Ἀγασίας ὁ Ἠλεῖος μάντις παρὼν, εἶπεν, ὅτι κάλλιστα εἴη τὰ ἱερὰ αὐτῷ, καὶ ὁ ἀνὴρ ἁλώσιμος εἴη. δειπνήσας οὖν ἐπορεύετο. τούς τε λοχαγοὺς τοὺς μάλιστα φίλους λαβὼν, καὶ πιστοὺς γεγενημένους διὰ παντὸς, ὅπως εὖ ποιήσαι αὐτούς. συνεξέρχονται δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλοι βιασάμενοι εἰς ἑξακοσίους. οἱ δὲ λοχαγοὶ ἀπήλαυνον, ἵνα μὴ μεταδοῖεν τὸ μέρος ὡς ἑτοίμων δὴ χρημάτων. ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο περὶ τὰς μέσας νύκτας, τὰ μὲν πέριξ ὄντα ἀνδράποδα τῆς τύρσιος, καὶ χρήματα πλεῖστα, ἀπέδρα αὐτοὺς, παραμελοῦντας, ὡς τὸν Ἀσιδάτην αὐτὸν λάβοιεν, καὶ τὰ ἐκείνου. πυργομαχοῦντες δὲ, ἐπεὶ οὐκ ἐδύναντο λαβεῖν τὴν τύρσιν, ὑψηλὴ γὰρ ἦν καὶ μεγάλη, καὶ προμαχεῶνας καὶ ἄνδρας πολλοὺς καὶ μαχίμους ἔχουσα, διορύττειν ἐπεχείρησαν τὸν πύργον. ὁ δὲ τοῖχος ἦν ἐπὶ ὀκτὼ πλίνθων γηΐνων τὸ εὖρος. ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ διωρώρυκτο. καὶ ὡς τὸ πρῶτον διεφάνη, ἐπάταξεν ἔνδοθεν βουπόρῳ τις ὀβελίσκῳ διαμπερὲς, τὸν μηρὸν τοῦ ἐγγυτάτω. τὸ δὲ λοιπὸν ἐκτοξεύοντες, ἐποίουν μηδὲ παριέναι ἔτι ἀσφαλὲς εἶναι. κεκραγότων δὲ αὐτῶν καὶ πυρσευόντων ἐκβοηθοῦσιν, Ἰταβέλιος μὲν ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἐκ Κομανίας, ὁπλῖται φρουροὶ καὶ ἱππεῖς Ὑρκάνιοι, καὶ οὗτοι βασιλέως μισθοφόροι ὡς ὀγδοήκοντα. καὶ ἄλλοι πελτασταὶ εἰς ὀκτακοσίους. ἄλλοι δ' ἐκ Παρθενίου, ἄλλοι δ' ἐξ Ἀπολλωνίας καὶ ἐκ τῶν πλησίον χωρίων. καὶ ἱππεῖς. ἐνταῦθα δὴ ὥρα ἦν, πῶς ἔσται ἡ ἄφοδος σκοπεῖν. καὶ λαβόντες ὅσοι ἦσαν βόες καὶ πρόβατα, ἤλαυνον καὶ τὰ ἀνδράποδα ἐντὸς πλαισίου ποιησάμενοι, οὐ τοῖς χρήμασιν ἔτι προσέχοντες τὸν νοῦν, ἀλλὰ μὴ φυγὴ εἴη ἡ ἄφοδος, εἰ καταλιπόντες τὰ χρήματα ἀπίοιεν, καὶ οἵ τε πολέμιοι θρασύτεροι εἶεν, καὶ οἱ στρατιῶται ἀθυμότεροι. νῦν δὲ ἀπῄεσαν ὡς περὶ τῶν χρημάτων μαχούμενοι. ἐπεὶ δὲ ἑώρα ὁ Γογγύλος ὀλίγους μὲν τοὺς Ἕλληνας, πολλοὺς δὲ τοὺς ἐπικειμένους, ἐξέρχεται καὶ αὐτὸς βίᾳ τῆς μητρὸς, τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἔχων, βουλόμενος συμμετασχεῖν τοῦ ἔργου.

συν-

συνεβοήθει δὲ καὶ προκλῆς ἐξ ἑλισάρνης, καὶ τευθρανίας ὁ ἀπὸ δαμαράτου. οἱ δὲ περὶ ξενοφῶντα ἐπεὶ πάνυ ἤδη ἐπιέζοντο ὑπὸ τῶν τοξευμάτων καὶ σφενδονῶν, πορευόμενοι κύκλῳ, ὅπως τὰ ὅπλα ἔχοιεν πρὸ τῶν τοξευμάτων, μόλις διαβαίνουσι τὸν κάρκασον ποταμόν, τετρωμένοι ἐγγὺς ἡμίσεις. ἐνταῦθα καὶ ἀγασίας συμφάλιος λοχαγὸς τιτρώσκεται, τὸν πάντα χρόνον μαχόμενος πρὸς τοὺς πολεμίους, καὶ διασῴζονται ἀνδράποδα ὡς διακόσια ἔχοντες καὶ πρόβατα ὅσον θύματα. τῇ δ' ὑστεραίᾳ θυσάμενος ὁ ξενοφῶν ἐξάγει νύκτωρ πᾶν τὸ στράτευμα, ὅπως ὅτι μακροτάτην ἔλθοι τῆς λυδίας, ὥστε μὴ διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι φοβεῖσθαι, ἀλλ' ἀφυλακτεῖν. ὁ δ' ἀσιδάτης ἀκούσας ὅτι πάλιν ἐπ' αὐτὸν τεθυμένος εἴη ξενοφῶν, καὶ παντὶ τῷ στρατεύματι ἥξει, ἐξαυλίζεται εἰς κώμας ὑπὸ τὸ παρθενικὸν πόλισμα ἐχούσας. ἐνταῦθα οἱ περὶ ξενοφῶντα, συμπεριτυγχάνουσιν αὐτῷ, καὶ λαμβάνουσιν αὐτόν, καὶ γυναῖκα καὶ παῖδας καὶ τοὺς ἵππους καὶ πάντα τὰ ὄντα, καὶ οὕτω τὰ πρότερα ἱερὰ ἀπέβη. ἔπειτα πάλιν ἀφικνοῦνται εἰς πέργαμον. ἐνταῦθα τὸν θεὸν ἠσπάσατο ὁ ξενοφῶν. συνέπραττον γὰρ καὶ οἱ λάκωνες, καὶ οἱ λοχαγοί, καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοί, καὶ οἱ στρατιῶται, ὥστε ἐξαίρετα λαμβάνειν καὶ ἵππους καὶ ζεύγη, καὶ τἆλλα, ὥστε ἱκανὸν εἶναι καὶ ἄλλον ἤδη εὖ ποιεῖν. ἐκ τούτου θίμβρων παραγενόμενος, παρέλαβε τὸ στράτευμα. καὶ συμμίξας τῷ ἄλλῳ ἑλληνικῷ, ἐπολέμει πρὸς τισσαφέρνην καὶ φαρνάβαζον. ἄρχοντες δ' οἵδε τῆς βασιλέως χώρας ὅσην ἐπήλθομεν, λυδίας, ἀρτίμας· φρυγίας, ἀρτακάμας· λυκαονίας καὶ καππαδοκίας, μιθριδάτης· κιλικίας, συέννεσις· φοινίκης καὶ ἀραβίας, δέρνης· συρίας καὶ ἀσσυρίας, βέλεσυς· βαβυλῶνος, ῥωπάρας· μηδίας, ἀρβάκας· φασιανῶν καὶ ἑσπεριτῶν, τιρίβαζος. καρδοῦχοι δὲ καὶ χάλυβες, καὶ χαλδαῖοι, καὶ μάκρωνες, καὶ κόλχοι, καὶ μοσσύνοικοι, καὶ κοῖται, καὶ τιβαρηνοί, αὐτόνομοι. παφλαγονίας, κορύλας· βιθυνῶν, φαρνάβαζος. τῶν δ' ἐν εὐρώπῃ θρακῶν, σεύθης. ἀριθμὸς συμπάσης τῆς ὁδοῦ τῆς ἀναβάσεως καὶ καταβάσεως, σταθμοὶ διακόσιοι δεκαπέντε, παρασάγγαι χίλιοι ἑκατὸν πεντήκοντα, στάδια τρισμύρια τετρακισχίλια διακόσια πεντήκοντα πέντε. χρόνου πλῆθος τῆς ἀναβάσεως καὶ καταβάσεως, ἐνιαυτὸς καὶ τρεῖς μῆνες.

Venit itē ab Elisarne, & Teuthrania à Demarato missus Procles. Qui uerò cū Xenophonte erant, cùm telorum & fundarum iactibus pene obruerētur, ut iter facientes obiectu clypeorum se tegerēt, in orbem agmen converterunt: ac uix Carcasum amnē traiecerūt, cùm plus dimidia parte saucij essent, ac inter cæteros uulnus etiam accepisset Agasias Stymphalius centurio, homo perpetuis dimicationib. exercitatus. Captiuos ferè ducentos retinuerūt: pecoris quod esset ad immolandū dūtaxat satis. Postero die sacris peractis, noctu copias omnes educit Xenophō: ac longissima uia, per Lydiam agmen circunduxit, ut hostes metu iam uacui, cū nihil sibi cauerent, facilius opprimerētur. Asidates cū audisset Xenophontē de agmine iterū educendo sacra fecisse, neq; multo post cū copijs omnib. adfuturū, in pagos castra mouere statuit, Parthenico oppido proximos. Eò cum contenderet, in Xenophontis milites incidit, à quibus cū uxore, liberis, equis, ac reliquis fortunis captus est. Euentus itaq;, sacri prioris fidē comprobauit. Cùm iam Pergamū omnes redissent, Xenophō minus sibi æquos deos fuisse questus est, propterea quod à sua tantū cohorte negociū geri non potuerat, sed eius expeditionis participes fuerant Lacones, et cēturiones alij, quàm quos ipse delegerat: duces præterea, & milites, q sibi bellissimū quodq; ex omni præda præcerpserūt, equos uidelicet, iumentorū iuga, & quæ uisum est alia, ut iam eorum unusquisq; haberet, unde & alijs benigne faceret. His ita gestis Thimbron superuenit, qui cū acceptum à Xenophonte exercitum, ijs quas ipse adduxerat Græcorū cohortibus admiscuisset, Tissapherni & Pharnabazo bellū intulit. Regioni omniū quæ sub regis ditione erāt, quasq; nos peragrauimus, illis tēporibus hi præfecti fuerunt: Lydiæ, Artimas: Phrygiæ, Artacamas: Lycaoniæ & Cappadociæ, Mithridates: Ciliciæ, Syennesis: Phœnicis, & Arabiæ, Dernes: Syriæ, et Assyriæ, Belesis: Babylonis, Roparas: Mediæ, Arbacas: Phasianorum, & Hesperitanorū, Teribazus. Nā Carduchi, Chalybes, Chaldæi, Macrones, Colchi, Mosynœci, Cœtæ & Tibareni, omnes sui iuris erant. Paphlagoniæ, præerat Corylas, Bythinis Pharnabazus. In Europa Thracibus Seuthes imperabat. Totius itineris spacium, quod aut progredientes aut regredientes confecerūt, fuere castra ducena quindena, parasangæ M CL. quæ summa stad. efficit tricies & quater mille, CCLV. Milliarium circiter quater mille & DC. Quo quidem in itinere annus & menses III. consumpti.

SEBALDO ET GEORGIO GEVDE-RIS, VRBIS NOREMBERGAE PATRI-CIIS, THOMAS VENATORIVS S.

REPETENTI mihi uaria literarum studia, ad quæ nos statim in ipso adhuc iuuentutis flore, ut ueræ laudis gloriam assequeremur, uittimi parentes, nullum equidem mihi uisum est uel iucundius singulis uel utilius, ac perinde magis necessarium uniuersis, his præsertim, quibus olim reipublicæ gubernacula reseruantur, Sebalde & Georgi Geuderi Patricij ornatissimi, atque est illa multiplex & copiosa gestarum rerum testis Historia. Quia enim nuncia est uetustatis, ut præclare dixit Cicero, fieri non potest, quin ipsa sit ceu quædam honestæ uitæ officina, ex qua in dubijs rebus certa sibi quisque petere consilia, certa sibi & tanquam uiuas ad bene uiuendum proponere imagines & possit & audeat. Nam reliquæ, quas uocant liberales, artes uniuersæ, quid quæso in rebuspublicis facient, ubi non illis accesserit gestarum rerum cognitio? Atqui Historia non tam exempla, quàm incitamenta etiam quædam habet, quæ uel crudelissimos, & ab omni penitus humanitate alienos, in quandam mansuetioris uitæ consuetudinem inuitare, uel rapere possint: id quod nec ullæ hominum leges, neque ulla Philosophorum præscripta præstare queant. Quid enim leges quaeso aliud, ubi non ex aliqua præclare rei gestæ cognitione emanarint, præterquam cogere, terrere, punire? Philosophi autem in umbra & otio quædam libere, ad formandos indocti uulgi mores, in disputationem uocarunt: quæ hoc minus peccandi licentiam arcent, quo minus est uideri aliquid, quàm esse, hoc est, quo maior est opinione ueritas. Quando enim non ab honesto iustitiæ ad iniustitiam declinauit, qui uel rigidarum uiolo legum, uel supercilio sa philosophorum duntaxat præscripta callent? Ab iniustitia uero ad immisericordiã non'ne facilis est transitus? Immisericordiam non'ne, tam quam necessario, sequitur crudelitas? Crudelitatis non'ne comes est ferina illa, & quæ omnem prorsus agendarum rerum electionem excludit, immanitas? Dij melius, quàm sic unquam habenas rerum teneant honestatis ignari. Porro quisquis præteritorum rerum cognitionem tenuerit, facile ex his, quæ uirtutis adminiculo facta recensent Historiæ, intelliget, quantum ei, qui alijs præest, crudelitatem fugere liceat: & hoc agere semper, ut quammaxime fieri potest, ametur à plurimis, timeatur à paucis. Nam si maioribus nostris credimus, ciuitates & regna, fide & clementia magis quàm ui & armis tuentur. Crudelitatem enim exercere in ciues, ut est pusilli, & omnia timentis animi signum, ita clementia conciliare sibi non unos duntaxat ciues, sed & hostes, excelsi & magnanimi spiritus argumentum esse solet. Quocircà non infrequenter maior est uirtus seruasse hostem, quàm extinxisse. Seruato enim hoste, sæpius uictoriæ triumphos ducere, sæpius clementiæ documenta præbere licebit: quorum neutrum assequitur uictor, si temere, & quo sese fortunæ impetus rapuerit, feratur in hostem. Etsi enim difficile est temperare conceptis animo affectibus, tamen quisquis famæ, studio, & honestæ laudis cura tangitur, non magis indulgere sibi quàm imperare etiam gloriosum duxerit. Qui secus est affectus, illum ut Thersites ille quidem, omnium qui ad expugnandam Troiam uenerunt ignauissimus, in hostes secum ducturus fuerit. Nam ignauos duces, non exiti mutationes rerum sequuntur: quæ deinceps cædem, fugam aliaque hostilia, ut scriptum à Salustio, portendunt. Atqui serum est cauendi tempus in medijs malis, & quando, iam nihil profutura sit illa stulte agentium uox, NON PVTARAM. Quum hæc dico, nolite quæso existimare, uelle me quenquam ab obeundis publicis patriæ officijs remorari, ob eam tantum causam, quod difficile est bene imperare alijs. Non eo propterea instituta est oratio mea, quo minus liberum sit cuique parare sibi immortalem gloriam, si oblata eius fuerit occasio. Etsi enim difficile est bene imperare, haud ideo tamen publicorum officiorum molem, cuiquam egregio uiro, si ea ultro offeratur, fugere permiserim. Qui alios enim regit & fert, dum plurimorum curam gerit, dum miserorum necessitates tanquam in humeros suos transfert, ille demum sibi immortale, & omni quoque ære perennius nomẽ parat. Qui uero nullam earum rerum, quas hic recensemus, habuerint scientiam, illos ego nimirum ad pascendos iumentorum greges tantisper relegauerim, dum facti prudentiores, intelligant, quàm non sit tutum, illotis, ut aiunt, pedibus, ad tam augustum seruandæ Reipublicæ munus accedere. Nam ut alibi scripsit Xenophon noster, πάντων τῶν ἄλλων [illegible] ἀνθρώπων ἄρχειν. Quod tamen paulo post facilimum fore ostendit, si rerum agendarum usus cum prudentia accesserit. Quis enim non pareat illi, qui cum summa rerum prudentia, summam quoque fidem, clementiam, constantiam, æquitatem, uigilantiam, sedulitatem, labores, sobrietatem, & alias id genus heroicas plane uirtutes sibi copulauerit? Credite mihi, tantus est quisque in republica, quantum sese uirtutibus ostendit. Et quisquis præficitur alijs, tanquam communi aliorum cunctorum spectaculum constituitur. Quem nemo facile præcipientem audiet, nisi illud, ad quod euectus est fastigium, suis quodammodo uirtutibus reddat ornatius. Animi ornamentis opus est, quæ quidem à uirtute proficiscuntur, ubi magistratus audientes uelint habere ciues. Cuius uos rei præsens atque adeo domesticum habetis exemplum, parentem uestrum, uirum senatorem, qui dei primo benignitate, deinde sua ipsius industria, per omnes gerendæ reipublicæ gradus ascendens, nullam tamen uirulentæ, & optima semper carpentis linguæ rabiem pertimuit unquam. Quid dicam de auunculo uestro, Bilibaldo illo Pirckemero, uiro ex æquo & græce & latine doctissimo? Quid unquam enim fecit ille reipublicæ gratia, in quo non omnia generosi animi indicia perspecta sint? Quando unquam non fuit solicitus ille, ut bene esset patriæ, ut tranquille inter se agerent ciues? Nemo illum uidit uel gratiam uel beneficium uendere unquam. Et quemcunque ad gratiam dicere aut scribere sententiam intellexisset, indignum esse censebat, cui puniendi flagitiosos delegaretur prouincia. Nam pauci sunt, inquit, qui non se, ne puniantur redimere queant, si munus ad munera expositas inuenire liceat ipsis. Hinc summã peccandi licentiam arripere uulgus, & sacrosanctas patriæ leges ab improbis rideri, haberique ludibrio, ac tandem etiam apud posteros contemptui futuras. Vnde eos præficiendos alijs dicebat, qui nihil per gratiam, nihil per uim aut odium agerent, sed semper iuxta inculpatæ iustitiæ oculum, omnia iuste & sancte uel damnarent, uel absoluerent. Quapropter Chrysippi ingenium sæpe commendabat nobis, qui iustitiæ imaginem expressurus, luminibus oculorum ut acrioribus, ita etiam rectis & immotis pingere studuerit: quo nimirum significaret, magistratum nullius gratiam præferre debere iustis legibus, sed in improbos seuerum & inexorabilem, in probos mitem & mansuetum esse oportere. Hac enim uia, inquit, dum ingrederentur maiores olim nostri, aduersus multas simul aut motas aut suspectas immutationes rerum, & se & ciuitatẽ hanc suam munierunt, seruaruntque. Cæterum ne ad formandos optimos cuiquam mores recta desint studia, utque non tam priuatam quam publicam patriæ quoque salutem tueri contendant ciues, ac subinde nouam semper patriæ gloriam comparare studeant, ad ea duntaxat adiiciendus est animus studia, quæ bonorũ omnium consensu, ad omnem sunt uirtutem accõmodatissima. Quo in ordine uel primas obtinet Historia, ex qua tanquam ab oraculo consilia petenda censemus multis, cum quod ea sit una quæ recte aut secus factorũ memoriam habeat, tum quod quenque officij sui commonefacit magis quàm ullæ statuæ, magnificæ illæ pyramides aut imagines maiorum. Sed hic scio non deerunt, qui hũc nostrum de Historia calculum improbare audent, quique ex legibus potentiã duxerint, cum æqua tum iniqua discrimina rerum. Illis ego nihil durius in præsentia dicturus sum, si unam duntaxat consiliorum meorum rationẽ clauserint. Dicant quæso mihi, si uera est illa, quam tanto studio tuentur, de legibus sententia, unde nam originem suam duxerint leges, ut merito intra urbium mœnia admissæ sint? Non'ne ab usu rerũ magistro? Longo namque rerũ usu, ueteres olim sapientes cum domi tum foris acquisito, uaria ac fere semper pugnantia uulgi studia cognoscentes, uarias uitiorũ pœnas, uaria uicissim egregie factorum præmia statuerunt: id quod hodie una, & prorsus unica nobis præstare, & tanquam in speculo quodam repræsentare queat historia. Quod simulatque mecum sensisset Bilibaldus Pirckemerus, rectissimi uir iudicij, uidissetque etiam tum extare Græcorũ aliquot Historicorũ, Thucydidem dico & Herodotum, Romane loquentes, operæ pretium putauit, ut eos etiam libros, quos de rebus Græcorũ post Thucydidem scripserat Xenophon, & rhetor & philosophus ille, latinæ legeret scholæ. Quamuis autem nulla unquam affectatio, si habita auscultamus, inaffectatam illam Xenophontis iucunditatem consequi potuerit, uel quod ipse quasi sermonem Græcis finxisse uideatur, uel quod de Pericle ueteris comœdiæ testimoniũ est, in hunc transferri iustissime possit, in labris eius sedisse quandã persuadendi deam: tamen nemo bonus fidem & sedulitatem auunculi uestri, uiri incõparabilis, iure improbare poterit, quando in hoc unũ respexerit, ut hoc labore suo prodesset multis, ut ad uirtutes, animi ornamenta, inuitaret quã plurimos. Hæc delectatio illius, hoc gaudiũ, hoc desideriũ fuit. Porro ego cum eos nuper libros, fauentibus Musis, post fata illius nactus essem, officij mei partes esse duxi, ut quam emendatissimi, sub uestri nominis patrocinio ederentur: tum quod ipsemet adhuc uiuens, ad ea uos semper inuitauit studia, quibus egregiã familiæ uestræ famam, ad posteros transmittere possetis: tum quod in hisce equidẽ libris crebro sese offerunt grauissimæ, & ductis ab arte argumentis, ad persuadendũ ualidissimæ orationes, quibus, ut Fabius autor est, & ingenium exercetur multiplici uarietate materia, & animus cõtemplatione recti prauique formatur, & multa inde cognitio rerũ uenit: exemplaque, quæ sunt in omni genere causarũ potentissima. Nam hisce in rebus mire excelluisse Xenophontem aiunt. Hinc ipse a priscorum eruditis Ἀττικὴ μοῦσα, quemadmodum Diogenes Laertius tradidit, cognominatus est. Et Cicero sermonẽ illius melle quoque dulciorem dicit. Cyropædiam eius, Scipio ille, cui Aphricano cognomen ex uirtute fuit, in tantũ probauit, ut eam nunquã e manibus deposuisse legatur. Et merito quidẽ. Nam ubique sui similis Xenophon, amœnus iuxta ac fæcundus, neque sterilis, neque aridus unquã, non tamen supra quàm oportet, effusus: quo amœnissimo narrationis genere doctissimi cuiusque & sensus & affectus equidẽ facile capiuntur, ducunturque. Sed eius iam ego uos quod dixi, periculum facere uelim magis, quàm in laudes autoris intentum audire diutius. Nam si ad Xenophontem uos receperitis, primo præcipuam uos honesti illius, quod uirtutem uocarunt quidam, curam habere declarabitis, deinde conceptã olim de uobis auunculi uestri spem non defraudabitis, ac postremo illam generis uestri uetustam claritudinem, longe clariorem ad posteros transmittetis. Valete.

Noremberg æ, XI. Calend. Maij, Anno

M. D. XXXII.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

ΜΕΤΑ δὲ ταῦτα οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον, ἦλθεν ἐξ ἀθηνῶν θυμοχάρης, ναῦς ἔχων ὀλίγας· καὶ εὐθὺς ἐναυμάχησαν αὖθις λακεδαιμόνιοι καὶ ἀθηναῖοι. ἐνίκησαν δὲ λακεδαιμόνιοι, ἡγουμένου ἡγησανδρίδου. μετ᾽ ὀλίγον δὲ τούτων, δωριεὺς ὁ διαγόρου ἐκ ῥόδου εἰς ἑλλήσποντον εἰσέπλει, ἀρχομένου χειμῶνος, τέτταρσι καὶ δέκα ναυσὶν, ἅμα ἡμέρᾳ. κατιδὼν δὲ ὁ τῶν ἀθηναίων ἡμεροσκόπος, ἐσήμηνε τοῖς στρατηγοῖς. οἱ δὲ ἀνηγάγοντο ἐπ᾽ αὐτὸν εἴκοσι ναυσίν· ἃς ὁ δωριεὺς φυγὼν, πρὸς τὴν γῆν ἀνεβίβαζε τὰς ἑαυτοῦ τριήρεις, ὡς ἤνοιγε, περὶ τὸ ῥοίτειον. ἐγγὺς δὲ γενομένων τῶν ἀθηναίων, ἐμάχοντο ἀπό τε τῶν νεῶν, καὶ τῆς γῆς, μέχρις οἱ ἀθηναῖοι ἀπέπλευσαν εἰς μάδυτον, πρὸς τὸ ἄλλο στρατόπεδον, οὐδὲν πράξαντες. μίνδαρος δὲ κατιδὼν τὴν μάχην, ἐν ἰλίῳ θύων τῇ ἀθηνᾷ, ἐβοήθει ἐπὶ τὴν θάλατταν, καὶ καθελκύσας τὰς ἑαυτοῦ τριήρεις, ἀπέπλει, ὅπως ἀναλάβοι τὰς μετὰ δωριέως. οἱ δὲ ἀθηναῖοι ἀνταναγόμενοι, ἐναυμάχησαν περὶ ἄβυδον, κατὰ τὴν ἠιόνα μέχρι δείλης ἐξ ἑωθινοῦ. καὶ τὰ μὲν νικώντων, τὰ δὲ νικωμένων, ἀλκιβιάδης ἐπεισπλεῖ δυοῖν δεούσαιν εἴκοσι ναυσίν. ἐντεῦθεν δὲ φυγὴ τῶν πελοποννησίων ἐγένετο πρὸς τὴν ἄβυδον. καὶ ὁ φαρνάβαζος παρεβοήθει. καὶ ἐπεισβαίνων ἐπὶ τῷ ἵππῳ εἰς τὴν θάλατταν μέχρι δυνατὸν ἦν, ἐμάχετο. καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς αὐτοῦ ἱππεῦσι, καὶ πεζοῖς παρεκελεύετο. συμφράξαντες δὲ τὰς ναῦς οἱ πελοποννήσιοι, καὶ παραταξάμενοι πρὸς τῇ γῇ ἐμάχοντο. ἀθηναῖοι δὲ ἀπέπλευσαν, τριάκοντα ναῦς τῶν πολεμίων λαβόντες κενάς· καὶ ἃς αὐτοὶ ἀπώλεσαν, κομισάμενοι εἰς σηστόν. ἐντεῦθεν πλὴν τετταράκοντα νεῶν, ἄλλαι ἄλλῃ ᾤχοντο ἐπ᾽ ἀργυρολογίαν ἔξω τοῦ ἑλλησπόντου, καὶ ὁ θράσυλλος, εἷς ὢν τῶν στρατηγῶν, εἰς ἀθήνας ἔπλευσε ταῦτα ἐξαγγελῶν, καὶ στρατιὰν καὶ ναῦς αἰτήσων. μετὰ δὲ ταῦτα τισσαφέρνης ἦλθεν εἰς ἑλλήσποντον. ἀφικόμενον δὲ παρ᾽ αὐτὸν μιᾷ τριήρει ἀλκιβιάδην, ξένιά τε καὶ δῶρα ἄγοντα, ξυλλαβὼν, εἷρξεν ἐν σάρδεσι, φάσκων κελεύειν βασιλέα πολεμεῖν ἀθηναίοις. ἡμέραις δὲ τριάκοντα ὕστερον, ἀλκιβιάδης ἐκ σάρδεων μετὰ μαντιθέου τοῦ ἁλόντος ἐν καρίᾳ, ἵππων εὐπορήσαντες, νυκτὸς ἀπέδρασαν εἰς κλαζομενάς. οἱ δ᾽ ἐν σηστῷ ἀθηναῖοι αἰσθόμενοι μίνδαρον πλεῖν ἐπ᾽ αὐτοὺς μέλλοντα, ναυσὶν ἑξήκοντα νυκτὸς ἀπέδρασαν εἰς καρδίαν. ἐνταῦθα δὲ καὶ ἀλκιβιάδης ἧκεν ἐκ τῶν κλαζομενῶν σὺν πέντε τριήρεσι, καὶ ἐπακτρίδι. πυθόμενος δὲ ὅτι αἱ τῶν πελοποννησίων νῆες ἐξ ἀβύδου ἀνηγμέναι εἶεν εἰς κύζικον, αὐτὸς μὲν πεζῇ ἦλθεν εἰς σηστὸν, τὰς δὲ ναῦς περιπλεῖν ἐκεῖσε ἐκέλευσεν. ἐπεὶ δ᾽ ἦλθον, ἀνάγεσθαι ἤδη αὐτοῦ μέλλοντος ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν, ἐπεισπλεῖ θηραμένης εἴκοσι ναυσὶν ἐκ μακεδονίας, ἅμα δὲ καὶ θρασύβουλος εἴκοσιν ἑτέραις ἐκ θάσου, ἀμφότεροι ἠργυρολογηκότες.

XENOPHONTIS RERVM GRAECARVM LIBER PRIMVS, Bilibaldo Pirckhemero interp.

INDE haud multis interiectis diebus, uenit ab Athenis nauibus paucis Thymochares: rursusq; confestim prælio conflixere nauali, Lacedæmonij & Athenienses, uicereq; Lacedæmonij, duce Hegesandride. Breui inde Dorieus Diagori filius, ex Rhodo cũ quatuordecim nauibus in Hellespontum profectus est, ineunte iam hyeme. Quem cum orto die Atheniensium uidisset speculator, signum dat ducibus: ad quod illi exciti, cum uiginti occurrerunt triremibus: quas Dorieus fugien[s], terram cum suis desilijt: naues quoq; ad Rhœteum subduxit: sicq; Atheniensibus ingruentibus, terra mariq; resistebat. Athenienses itaque frustra certamine inuecto, re infecta Madytum ad alium rediere exercitum. At Mindarus cum de pugna certior factus esset, sacrificio prius Ilij Mineruæ facto, classeq; in mare deducta, ut Dorieo opem ferret, obuiam ire parat. quem Athenienses iuxta Abydi littus, prælio excipiunt nauali. Cumq; anceps certamen ab ortu solis ad occasum usque durasset, iamq; illi superarent, mox uincerentur, Alcibiades duodeuiginti nauibus in conspectum uenit. quo uiso, Peloponnenses fugam Abydum uersus cepere. Quibus Pharnabazus suppetias tulit, equo quantum permittebatur, mare ingressus, hostem propellebat, suosq; tam equites quàm pedites, ut idem facerent hortabatur. At Peloponnenses iunctis nauibus structisq; ordinibus, à terra resistebant. Tandem Athenienses abierunt triginta hostium nauibus uacuis captis, recuperatis etiam illis quas ipsi antea amiserant, omnesq; Sestum perduxerunt. Inde præter quadraginta naues, aliæ alio ad tributum extra Hellespontum exigendum, profectæ sunt. Thrasylus uero è ducibus unus Athenas nauigauit, uictoriam nunciaturus, militesq; & naues in supplementum petiturus. Post hæc Tissaphernes in Hellespontum uenit: ad quem Alcibiades triremi una cum muneribus delatus, ab eo comprehensus, ac Sardis in custodiam missus est, sub prætextu mandati regij, quo Atheniensibus, ut ipse aiebat, bellum inferre iubebatur. Elapsis inde diebus triginta, Alcibiades ex Sardis cum Mantitheo quodam, qui in Caria captus fuerat, equos nactus, Clazomenas noctu aufugit. Athenienses interim qui ad Sestum stabant, cum rescissent Mindarum cum sexaginta aduentare nauibus, in Cardiam noctu profugerunt, quò etiam Alcibiades cum triremibus quinque, & oneraria naui una, ex Clazomenis peruenit. Vbi edoctus Peloponnensem classem ex Abydo Cyzicum coactam esse, ipse quidem pedibus Sestum contendit, naues uero circumagi iussit. Quo cum peruenisset, iamq; ad prælium se accingeret nauale, aduenit Theramenes ex Macedonia triremibus uiginti, simul & Thrasybulus cum alijs totidem ex Thraso, qui ambo ad exigendum tributum profecti

cti fuerant. Hos Alcibiades cõtractis maioribus uelis subsequi iussit, ipse in Parium nauigauit. Inde omnibus collectis nauibus (quae octoginta sex erant) noctu discessit. Postero uero die sub prandij tempus Attici duces Proconnesum appulerunt: ibi certiores facti Mindarum ac Pharnabazum cum peditatu apud Cyzicum cum copijs se continere, die illa ibi mansere. Postridie Alcibiades milites pro concione alloquutus, ostendit, ob stipendij inopiam, quod tamen abunde hostibus à rege subministraretur, necesse esse naualitam, terrestri, ac murali decertare pugna: sicq; dimissa concione, pridie quàm inde soluerent, tam minores quàm maiores ad se uenire praecepit naues: & , ne hostibus classis magnitudo innotesceret, mortem indixit, si quis traijciens deprehenderetur. Inde ad praelium nauale conuersus, Cyzicum uersus nauigauit, uehementi coorta pluuia. Mox ubi in Cyzici conspectum uentum est, serenum esse, ac sol fulgere coepit: simulq; sexaginta Mindari apparuere naues, procul à portu se exercentes, et ab Alcibiade exclusas à portu. Sed cùm multo plures esse Atheniensium naues, quàm antea, conspexissent, iamq; portum subeuntes, ad terram Peloponnenses fugerunt, nauibusq; coactis hostibus qui eos adoriebantur, resistebant. Alcibiades interim uiginti circumegit naues, militesq; in terram exposuit. Quod cùm Mindarus uidisset, suos quoq; in littus desilire iussit, ubi ipse in primis pugnans occubuit: quo interempto, reliqui qui cum eo aderant, in fugam uersi sunt. Naues omnes, praeter Syracusanas, Athenienses Proconnesum perduxerunt: nam illas Syracusani ipsi, ne in hostium potestatem uenirent, incenderant. Inde postridie Cyzicum nauigauerunt. At Cyziceni, cùm & à Peloponnensibus & Pharnabazo destituti essent, deditionem fecere. Ibi Alcibiades dies remansit uiginti, grandi pecunia Cyzicenis mulctatis, nec ulla maiori calamitate ciuitatem effecit. Hinc Proconnesum reuersus est, ac inde Perinthum, & Selybriam nauigauit: & Perinthij exercitum in urbem receperunt: Selybrij uero, excluso illo, pecunias dedere. Inde Attici duces Chrysopolim Chalcedoniae profecti sunt, & eam munierũt. Decumarum tabernam quoq; ibi constituerunt, & decumam quam ex Ponticis exigebant nauibus collegerunt. Praesidium insuper triginta nauium, cum praefectis duobus, Theramene & Eubulo, ibi reliquerunt, dato mandato ut regionis & nauium curam gererent, hostesq; excursionibus, & quibuscunque possent incommodis afficerent. alij uero duces in Hellespontum abierunt. Intercepta est interim epistola, ab Hippocrate Mindari filio, tabellario, quae Lacedaemonem mittebatur, ac Athenis missa, quae haec continebat: Perdita sunt bona: Mindarus cecidit: fame milites laborant: nos quid fieri oporteat, dubij sumus. Pharnabazus interea uniuerso tam Peloponnensium, quàm Syracusanorum conuocato exercitu, illos consolatus est: ostendens, ob lignorum iacturam, quorum uis magna in ditione regis esset, dolendum non esse, praecipue cùm corpora salua essent. Vestes quoque, & duorum mensium stipendium, singulis distribuit militibus. Nautas insuper armauit, & praesidia ubique in locis constituit mariti-

timis:

κότες. ἀλκιβιάδης δὲ εἰπὼν καὶ τούτοις διώκειν αὐτὸν, ἐξελομένοις τὰ μεγάλα ἱστία, αὐτὸς ἔπλευσεν ἐς πάριον. ἀθρόαι δὲ γενόμεναι αἱ νῆες ἅπασαι ἐν παρίῳ, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα, τῆς ἐπιούσης νυκτὸς ἀνηγάγοντο. καὶ τῇ ἄλλῃ ἡμέρᾳ περὶ ἀρίστου ὥραν ἧκον ἐς προκόννησον. ἐκεῖ δ' ἐπύθοντο ὅτι μίνδαρος ἐν κυζίκῳ εἴη, καὶ φαρνάβαζος μετὰ τοῦ πεζοῦ. ταύτην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν αὐτοῦ ἔμειναν, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἀλκιβιάδης ἐκκλησίαν ποιήσας, παρεκελεύετο αὐτοῖς ὅτι ἀνάγκη εἴη καὶ ναυμαχεῖν, καὶ πεζομαχεῖν, καὶ τειχομαχεῖν. οὐ γὰρ ἔστιν, ἔφη, χρήματα ἡμῖν, τοῖς δὲ πολεμίοις ἄφθονα παρὰ βασιλέως. τῇ δὲ προτεραίᾳ, ἐπειδὴ ὡρμίσαντο, τὰ πλοῖα πάντα, καὶ τὰ μικρὰ συνήθροισε παρ' ἑαυτὸν, ὅπως μηδεὶς ἐξαγγείλῃ τοῖς πολεμίοις τὸ πλῆθος τῶν νεῶν. ἐπεκήρυξέ τε ὃς ἂν ἁλίσκηται ἐς τὸ πέραν διαπλέων, θάνατον τὴν ζημίαν. μετὰ δὲ τὴν ἐκκλησίαν, παρασκευασάμενος ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν ἀνηγάγετο ἐπὶ τὴν κύζικον, ὕοντος πολλῷ. ἐπειδὴ δ' ἐγγὺς τῆς κυζίκου ἦν, αἰθρίας γενομένης, καὶ τοῦ ἡλίου ἐκλάμψαντος, καθορᾷ τὰς τοῦ μινδάρου ναῦς γυμναζομένας πόρρω ἀπὸ τοῦ λιμένος, καὶ ἀπειλημμένας ὑπ' αὐτοῦ, ἑξήκοντα οὔσας. οἱ δὲ πελοποννήσιοι ἰδόντες τὰς τῶν ἀθηναίων τριήρεις οὔσας πλείους τε πολλῷ ἢ πρότερον, καὶ πρὸς τῷ λιμένι, ἔφυγον ἐς τὴν γῆν, καὶ συνορμίσαντες τὰς ναῦς, ἐμάχοντο ἐπιπλέουσι τοῖς ἐναντίοις. ἀλκιβιάδης δὲ ταῖς εἴκοσι τῶν νεῶν περιπλεύσας, ἀπέβη ἐς τὴν γῆν. ἰδὼν δὲ ὁ μίνδαρος, καὶ αὐτὸς ἀποβὰς ἐν τῇ γῇ, μαχόμενος ἀπέθανεν. οἱ δὲ μετ' αὐτοῦ ὄντες, ἔφυγον. τὰς δὲ ναῦς οἱ ἀθηναῖοι ᾤχοντο ἄγοντες ἐς προκόννησον ἁπάσας, πλὴν τῶν συρακουσίων. ἐκείνας δὲ αὐτοὶ κατέκαυσαν οἱ συρακούσιοι. ἐκεῖθεν δὲ τῇ ὑστεραίᾳ ἔπλεον οἱ ἀθηναῖοι ἐπὶ κύζικον. οἱ δὲ κυζικηνοὶ, τῶν πελοποννησίων, καὶ φαρναβάζου ἐκλιπόντων αὐτὴν, ἐδέχοντο τοὺς ἀθηναίους. ἀλκιβιάδης δὲ μείνας αὐτοῦ εἴκοσιν ἡμέρας, καὶ χρήματα πολλὰ λαβὼν παρὰ τῶν κυζικηνῶν, οὐδὲν ἄλλο κακὸν ἐργασάμενος ἐν τῇ πόλει, ἀπέπλευσεν ἐς προκόννησον. ἐκεῖθεν δ' ἔπλευσεν ἐς πέρινθον, καὶ σηλυβρίαν. καὶ περίνθιοι μὲν εἰσεδέξαντο ἐς τὸ ἄστυ τὸ στρατόπεδον. σηλυβριανοὶ δὲ ἐδέξαντο μὲν οὔ, χρήματα δὲ ἔδοσαν. ἐντεῦθεν δ' ἀφικόμενοι τῆς χαλκηδονίας ἐς χρυσόπολιν, ἐτείχισαν αὐτὴν, καὶ δεκατευτήριον κατεσκεύασαν ἐν αὐτῇ. καὶ τὴν δεκάτην ἐξελέγοντο τῶν ἐκ τοῦ πόντου πλοίων, καὶ φυλακὴν ἐγκαταλιπόντες ναῦς τριάκοντα, καὶ στρατηγὼ δύο, θηραμένην καὶ εὔβουλον, τοῦ τε χωρίου ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τῶν ἐκπλεόντων πλοίων, καὶ εἴ τι ἄλλο ἠδύναντο βλάπτειν τοὺς πολεμίους. οἱ δ' ἄλλοι στρατηγοὶ ἐς τὸν ἑλλήσποντον ᾤχοντο. παρὰ δὲ ἱπποκράτους τοῦ μινδάρου ἐπιστολέως ἐς λακεδαίμονα γράμματα πεμφθέντα, ἑάλωσαν ἐς ἀθήνας, λέγοντα τάδε· ἔῤῥει τὰ καλά, μίνδαρος δ' ἀπέσσυα, πεινῶντι τ' ἄνδρες, ἀπορέομες τί χρὴ δρᾶν. φαρνάβαζος δὲ παντὶ τῷ τῶν πελοποννησίων στρατεύματι, καὶ τοῖς συρακουσίοις παρακελευσάμενος μὴ ἀθυμεῖν ἕνεκα ξύλων, ὡς ὄντων πολλῶν ἐν τῇ βασιλέως, ἕως ἂν τὰ σώματα σῶα ᾖ. ἱμάτιόν τ' ἔδωκεν ἑκάστῳ, καὶ ἐφόδιον δυοῖν μηνοῖν· καὶ ὁπλίσας τοὺς ναύτας, φύλακας κατέστησε τῆς ἑαυτοῦ παρα-

θαλασσί

θαλασσίας γῆς, καὶ ξυγκαλέσας τούς τε ἀπὸ τῶν πόλεων στρατηγοὺς, καὶ τριηράρχους, ἐκέλευσε ναυπηγεῖσθαι τριήρεις ἐν Ἀντάνδρῳ, ὅσας ἕκαστοι ἀπώλεσαν, χρήματά τε διδοὺς, καὶ ὕλην ἐκ τῆς Ἴδης κομίζεσθαι φράζων. ναυπηγουμένων δὲ οἱ Συρακούσιοι ἅμα τοῖς Ἀντανδρίοις τοῦ τείχους τι ἐπετέλεσαν, καὶ ἐν τῇ φρουρᾷ ἤρεσαν πάντων μάλιστα. διὰ ταῦτα δὲ εὐεργεσία τε, καὶ πολιτεία Συρακουσίοις ἐν Ἀντάνδρῳ ἐστί. Φαρνάβαζος μὲν οὖν ταῦτα διατάξας, εὐθὺς εἰς Χαλκηδόνα ἐβοήθει. ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ ἠγγέλθη τοῖς τῶν Συρακουσίων στρατηγοῖς, ὅτι φεύγοιεν οἴκοθεν ὑπὸ τοῦ δήμου. ξυγκαλέσαντες οὖν τοὺς ἑαυτῶν στρατιώτας, Ἑρμοκράτους προηγουμένου, ἀπωλοφύροντο τὴν ἑαυτῶν ξυμφοράν, ὡς ἀδίκως φεύγοιεν ἅπαντες παρὰ τὸν νόμον. παρῄνεσάν τε προθύμους εἶναι καὶ τὰ λοιπά, ὥσπερ τὰ πρότερα, καὶ ἄνδρας ἀγαθοὺς πρὸς τὰ ἀεὶ παραγγελλόμενα. ἑλέσθαι δὲ ἐκέλευον ἄρχοντας, μέχρις ἂν ἀφίκωνται οἱ ᾑρημένοι ἀντ᾽ ἐκείνων. οἱ δ᾽ ἀναβοήσαντες, ἐκέλευον ἐκείνους ἄρχειν, καὶ μάλιστα οἱ τριήραρχοι, καὶ οἱ ἐπιβάται, καὶ οἱ κυβερνῆται. οἱ δ᾽ οὐκ ἔφασαν δεῖν στασιάζειν πρὸς τὴν ἑαυτῶν πόλιν. εἰ δέ τις ἐπικαλοίη τι αὐτοῖς, λόγον ἔφασαν χρῆναι διδόναι, μεμνημένους, ὅσας τε ναυμαχίας αὐτοὶ καθ᾽ αὑτοὺς νενικήκατε, καὶ ναῦς εἰλήφατε, ὅσα τε μετὰ τῶν ἄλλων ἀήττητοι γεγόνατε, ἡμῶν ἡγουμένων, τάξιν ἔχοντες τὴν κρατίστην, διά τε τὴν ἡμετέραν ἀρετήν, καὶ τὴν ὑμετέραν προθυμίαν, καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν ὑπάρχουσαν. οὐδενὸς δὲ οὐδὲν ἐπαιτιωμένου, δεομένων, ἔμειναν ἕως ἀφίκοντο οἱ ἀντ᾽ ἐκείνων στρατηγοί, Δήμαρχός τε Πιδόκου, καὶ Μύσκων Μενεκράτους, καὶ Πόταμις Γνωσίου. τῶν δὲ τριηράρχων ὀμόσαντες οἱ πλεῖστοι κατάξειν αὐτούς, ἐπὰν εἰς Συρακούσας ἀφίκωνται, ἀπέπεμψαν ὅποι ἐβούλοντο, πάντας ἐπαινοῦντες. ἰδίᾳ δὲ οἱ πρὸς Ἑρμοκράτην προσομιλοῦντες, μάλιστα ἐπόθησαν τήν τε ἐπιμέλειαν, καὶ προθυμίαν, καὶ κοινότητα. ὧν γὰρ ἐγίγνωσκε τοὺς ἐπιεικεστάτους τῶν τριηράρχων, καὶ κυβερνητῶν, καὶ ἐπιβατῶν, ἑκάστης ἡμέρας τὸ πρωΐ, καὶ πρὸς ἑσπέραν συναλίζων πρὸς τὴν σκηνὴν τὴν ἑαυτοῦ, ἀνεκοινοῦτο ὅ, τι ἔμελλε λέγειν, ἢ πράττειν, κἀκείνους ἐδίδασκε, κελεύων λέγειν, τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ παραχρῆμα, τὰ δὲ βουλευσαμένους. ἐκ τούτων Ἑρμοκράτης τὰ πολλὰ ἐν τῷ συνεδρίῳ εὐδόξει, λέγειν τε δοκῶν, καὶ βουλεύειν τὰ κράτιστα. κατηγορήσας δὲ Τισσαφέρνους ἐν Λακεδαίμονι Ἑρμοκράτης, μαρτυροῦντος καὶ Ἀστυόχου, καὶ δόξας τὰ ὄντα λέγειν, ἀφικόμενος παρὰ Φαρνάβαζον, πρὶν αἰτῆσαι χρήματα λαβὼν, παρεσκευάζετο πρὸς τὴν εἰς Συρακούσας κάθοδον ξένους τε καὶ τριήρεις. ἐν τούτῳ δὲ ἧκον οἱ διάδοχοι τῶν Συρακουσίων εἰς Μίλητον, καὶ παρέλαβον τὰς ναῦς, καὶ τὸ στράτευμα. ἐν Θάσῳ δὲ περὶ τὸν καιρὸν τοῦτον στάσεως γενομένης, ἐκπίπτουσιν οἱ λακωνισταί, καὶ ὁ λάκων ἁρμοστὴς Ἐτεόνικος. καταιτιαθεὶς δὲ ταῦτα πρᾶξαι σὺν Τισσαφέρνει Πασιππίδας ὁ λάκων, ἔφυγεν ἐκ Σπάρτης. ἐπὶ δὲ τὸ ναυτικόν, ὃ ἐκεῖνος ἠθροίκει ἀπὸ τῶν συμμάχων, ἐξεπέμφθη Κρατησιππίδας, καὶ παρέλαβεν ἐν Χίῳ. περὶ δὲ τούτους τοὺς χρόνους Θρασύλλου ἐν Ἀθήναις ὄντος, Ἆγις ἐκ τῆς Δεκελείας προνομὴν ποιούμενος, πρὸς αὐτὰ τὰ τείχη ἦλθε τῶν Ἀθηναίων. θρασύ-

timis: conuocatisq; ex omnibus ciuitatibus, tam ducibus quàm trierarchis, illos classem aliam apud Antandrum ædificare, pristinumq; amissarum nauium numerum explere iussit: pecunias quoq; inter eos diuisit, ac materiam ex Ida sumere permisit. Cæteris igitur operi incumbentibus, Syracusani cum Antandrijs muri partem perfecerunt, & in custodia maximè omnium probati sunt: ob quod beneficiũ Syracusani ab Antandrijs ciuitate donati sunt. Quæ cũ ita Pharnabazus cōstituisset, cōfestim Chalcedoni succurrit. Eodē tēpore Syracusanis ducib. nũciatũ est, eos domi exilio à populo dānatos esse. Qua re audita, cõuocatis militib. apud illos Hemocrates communem deplorauit calamitatē, ac cõquestus est oēs iniuste ac præter leges, exulare. Insuper eos hortatus est, ut posthac strenuā, quemadmodũ antea fecerāt, nauarent operā, cunctisq; semper obedirēt mādatis. Iussit etiā duces eligere, qui ipsis quoad successores eorũ aduenirent, præessent. Quibus milites obstrepentes, illos imperare iusserũt, & maxime trierarchi, propugnatores, & gubernatores. Illi uero responderunt, non decere seditione contra propriam decertare patriam: si uero accusarentur, posse omnium quæ gessissent rationem reddere, quorum illos testes haberēt optimos, cùm scirēt, quoties dūctu eorum nauali uicissent prælio, quotq; naues cepissent, & quod inter alios inuicti huc usq; fuissent, id omne militari disciplina, ducum uirtute, & militum audacia, quæ in terra ac mari enituisset, accidisse. Cùm itaq; omnes his quæ dicebãtur assentirētur, remāsere, donec eorũ successores aduenerũt, Demarchus Pidoci, et Myscos Menecrati filius, ac Potamus Gnosius. At trierarchi cõplures illis iureiurādo promisere, si unquā Syracusas reuerti daretur, eos in patriam secum reducturos. Interim liberā abeũdi quocunq; libitũ foret, dedere facultatē. Omnesq; pariter laudabant, præcipue uero Hermocratē miris extollebant præconijs, ob singularē diligentiā, industriā & humanitatē, quæ omnibus trierarchis, gubernatoribus, & militibus nota erat, cùm quotidie manè & uesperi, circa suum uersarentur tabernaculum, sciscitantes quid dicēdum, faciendum'ue esset. Quos ille egregie instituens, edocebat, quæ ex tempore essent proferenda, & quæ deliberate loquenda: unde magnæ autoritatis existimationem, apud uniuersum consequutus est concilium, cùm & loqui, & suadere utilissima quæq; uideretur. Tissaphernem quoque Hermocrates Lacedæmone accusauit, astipulante etiā Astyocho: ac ut res se habebat dicere uisus est. Ad Pharnazabum inde accessit, à quo sponte, priusquam pecunias peteret, abunde suscepit: inde se cum amicis & triremibus ad reditũ Syracusas accingebat. Venere interim Miletũ successores, ac naues et exercitũ susceperunt. Eodē tempore ex Thaso, orta seditione, Lacones cum eorũ præfecto Eteonico expulsi sunt. Huius rei causa fuisse, cũ Tissapherne Farisippidas Lacon accusatus, Sparta exulauit. Cui successit Cratisippidas, qui naues, quas ille undiq; ex socius collegerat, in Chio accepit. Eo quoq; tēpore cũ Thrasylus Athenis esset, et Agis ex Decelea excursionē faciēs, ad muros Atheniensiũ usq; peruenisset. Thrasy-

Thrasylus omnes tam Athenienses quàm alios qui præsto erant, ex urbe eduxit: instructaq; acie, circa Lycæum stetit gymnasium, pugnare paratus, si propius hostes accessissent. Quod cũ Agis cerneret, celeriter exercitum reduxit, amissis quibusdã à leui armatura interfectis. Quamobrem Athenienses libenter Thrasylo parebant, ac quocunq; ducere uellet, sequi parati erãt: necnon publice sibi pedites mille, equites centũ, ac triremes quinquaginta decernũt. Agis interim cum ex Decelea plura uidisset nauigia frumento onusta, Piræum subire, nihil se egisse circumstantibus dicebat, quamuis tanto tempore Athenienses terræ usu prohibuisset, nisi etiã mari, ne frumentum inferre possent, intercluderẽtur. Optimum igitur ratus, Clearchum Ramphij filium, Chalcedonem & Byzantiũ mittere (nam ei cum urbibus istis hospitalitas intercedebat) ut inde collectis nauibus, Athenienses à mari quoq; aggrederentur. Id cum fecisset, celeriter ab illis, ac Megarensibus, necnon socijs alijs, quindecim militares magis quàm celeres collegit naues. Sed cùm in Hellespontum uenissent, tres ex eis ab nouem Atheniẽsium nauibus, quæ semper in oris illis excubabant, interceptæ sunt: reliquæ Sestum fugierunt, inde Byzantium in pacatum abiere. Annusq; desijt, in quo Carthaginienses duce Annibale, centum hominum millibus Siciliã aggressi sunt, ubi trimestri spacio, duas græcas cepere urbes, Selinuntem, & Himeram. Insequenti anno, in quem incidit Olympias nonagesimatertia, qua cursu Euagoras Eliensis uicit, in stadio uero Eubotas Cyreneus, Ephoro apud Spartas Euarchippo, Athenis præsidente Euctemone, Atheniẽses Thoricũ muniuerunt. At Thrasylus cùm sibi decretas accepisset naues, quinq; millia nautarum, quos cæteris immisceret militibus armauit, ac incũte iam uere in Samum nauigauit: ubi cùm tribus mãsisset diebus, Pygelam profectus est, totumq; agrum populatus, exercitum mœnibus admouit. Cum uero ex Mileto quidam Pygelensibus opẽ tulissent, in Atticos leuis armaturæ milites hinc inde palantes, impetum fecere: quibus statim cetrati, & grauis armaturæ cohortes duæ succurrunt, Milesiosq; omnes, exceptis paucis, interfecerunt, et ferme ducentis potiti sunt scutis: trophæum quoq; erexerunt. Postridie Attica classis Notium nauigauit, inde instructa Colophonem transmisit. Cesserunt Colophonij ueniẽti Thrasylo. Ille uero nocte superueniente, Lydiã ingressus est, adulto iam frumento: ibiq; pluribus incensis uicis, ac multa capta pecunia, & mancipijs, uis igens in prædam abducta est. Stages uero Persa, qui ea præsidio obtinebat loca, Athenienses sparsos, & prædæ intentos aggressus est: ex quibus interfectis septem, unum cepit uiuum. Thrasylus inde ad mare abduxit exercitum, tanquam Ephesum nauigaturus. Quod cum Tissaphernes resciuisset, undique auxiliares contraxit copias, ac passim equites dimisit, qui cunctis nunciarent, ut Ephesum conuenirent, ac Dianæ opem ferrent. Thrasylus igitur decimaseptima post excursionem die Ephesum nauigauit, ac grauẽ armaturã ad Coressum, equites uero, ferẽtarios, classiarios, et oẽs alios leuis armaturæ milites, ex altera urbis parte

ad

θρασύλος δὲ ἐξαγαγὼν ἀθηναίους, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν τῇ πόλει ὄντας, ἅπαντας παρέταξε παρὰ τὸ λύκειον γυμνάσιον, ὡς μαχούμενος, ἂν προσίωσιν. ἰδὼν δὲ ταῦτα ἆγις, ἀπήγαγε ταχέως. καί τινες αὐτῶν ὀλίγοι τῶν ἐπὶ πᾶσιν, ὑπὸ τῶν ψιλῶν ἀπέθανον. οἱ οὖν ἀθηναῖοι τῷ θρασύλῳ διὰ ταῦτα ἔτι προθυμότεροι ἦσαν, ἐφ' ἃ ἥκοι. καὶ ἐψηφίσαντο ὁπλίτας τε αὐτὸν καταλέξασθαι χιλίους, ἱππέας δὲ ἑκατὸν, τριήρεις δὲ πεντήκοντα. ἆγις δὲ ἐκ τῆς δεκελείας ἰδὼν πλοῖα πολλὰ σίτου εἰς πειραιᾶ καταθέοντα, οὐδὲν ὄφελος ἔφη εἶναι τοὺς μετ' αὐτοῦ πολὺν ἤδη χρόνον ἀθηναίους εἴργειν τῆς γῆς, εἰ μή τις σχήσοι ὅθεν καὶ ὁ κατὰ θάλατταν σῖτος φοιτᾷ. κράτιστόν τε εἶναι καὶ κλέαρχον τὸν ῥαμφίου, πρόξενον ὄντα βυζαντίων, πέμψαι εἰς χαλκηδόνα τε καὶ βυζάντιον. δόξαντος δὲ τούτου, πληρωθεισῶν νεῶν, ἔκ τε μεγάρων, καὶ παρὰ τῶν ἄλλων ξυμμάχων πεντεκαίδεκα στρατιωτίδων μᾶλλον, ἢ ταχειῶν ᾤχετο. καὶ αὐτοῦ τῶν νεῶν τρεῖς ἀπόλλυνται ἐν τῷ ἑλλησπόντῳ, ὑπὸ τῶν ἀττικῶν ἐννέα νεῶν, αἳ ἀεὶ ἐνταῦθα τὰ πλοῖα διεφύλαττον· αἱ δ' ἄλλαι ἔφυγον εἰς σηστόν. ἐκεῖθεν δὲ εἰς βυζάντιον ἐσώθησαν. καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἔληγεν, ἐν ᾧ καρχηδόνιοι ἀννίβα ἡγουμένου στρατεύσαντες ἐπὶ σικελίαν, δέκα μυριάσι στρατιᾶς αἱροῦσιν ἐν τρισὶ μησὶ δύο πόλεις ἑλληνίδας, σελινοῦντα καὶ ἱμέραν. τῷ δὲ ἄλλῳ ἔτει, ᾧ ἦν ὀλυμπιὰς τρίτη καὶ ἐνενηκοστή, ᾗ προστεθεῖσα ξυνωρὶς ἐνίκα εὐαγόρου ἠλείου, τὸ δὲ στάδιον, εὐβώτας κυρηναῖος, ἐπὶ ἐφόρου μὲν ὄντος ἐν σπάρτῃ εὐαρχίππου. ἄρχοντος δ' ἐν ἀθήναις, εὐκτήμονος, ἀθηναῖοι μὲν θορικὸν ἐτείχισαν. θρασύλος δὲ τά τε ψηφισθέντα πλοῖα λαβὼν, καὶ πεντακισχιλίους τῶν ναυτῶν πελτασὰς ποιησάμενος, ὡς ἅμα καὶ πελτασταῖς ἐσομένοις, ἐξέπλευσεν ἀρχομένου τοῦ θέρους εἰς σάμον. ἐκεῖ δὲ μείνας τρεῖς ἡμέρας, ἔπλευσεν εἰς πύγελα. καὶ ἐνταῦθα τήν τε χώραν ἐδῄου, καὶ προσέβαλε τοῖς τείχεσι. ἐκ δὲ τῆς μιλήτου βοηθήσαντές τινες τοῖς πυγελεῦσι, διεσπαρμένους ὄντας τῶν ἀθηναίων τοὺς ψιλοὺς, ἐδίωκον. οἱ δὲ πελτασταὶ, καὶ τῶν ὁπλιτῶν δύο λόχοι, βοηθήσαντες πρὸς τοὺς αὐτῶν ψιλοὺς, ἀπέκτειναν ἅπαντας τοὺς ἐκ μιλήτου ἐκτὸς ὀλίγων. καὶ ἀσπίδας ἔλαβον ὡς διακοσίας, καὶ τρόπαιον ἔστησαν. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἔπλευσαν εἰς νότιον, καὶ ἐντεῦθεν παρασκευασάμενοι, ἐπορεύοντο εἰς κολοφῶνα. κολοφώνιοι δὲ προσεχώρησαν. καὶ τῆς ἐπιούσης νυκτὸς ἐνέβαλον εἰς τὴν λυδίαν, ἀκμάζοντος τοῦ σίτου, καὶ κώμας τε πολλὰς ἐνέπρησαν, καὶ χρήματα ἔλαβον, καὶ ἀνδράποδα, καὶ ἄλλην λείαν πολλήν. στάγης δὲ ὁ πέρσης περὶ ταῦτα τὰ χωρία ὢν, ἐπεὶ οἱ ἀθηναῖοι ἐκ τοῦ στρατοπέδου διεσκεδασμένοι ἦσαν κατὰ τὰς ἰδίας λείας, βοηθησάντων τῶν ἱππέων, ἕνα μὲν ζωὸν ἔλαβεν, ἑπτὰ δὲ ἀπέκτεινε. θρασύλος δὲ μετὰ ταῦτα ἀπήγαγεν ἐπὶ θάλατταν τὴν στρατιὰν, ὡς εἰς ἔφεσον πλευσούμενος. τισσαφέρνης δὲ αἰσθόμενος τοῦτο τὸ ἐπιχείρημα, στρατιάν τε συνέλεγε πολλὴν, καὶ ἱππέας ἀπέστελλε, παραγγέλλων πᾶσιν εἰς ἔφεσον βοηθεῖν τῇ ἀρτέμιδι. θρασύλος δὲ ἑβδόμῃ καὶ δεκάτῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν εἰσβολὴν, εἰς ἔφεσον ἔπλευσε. καὶ τοὺς μὲν ὁπλίτας πρὸς τὸν κορησσὸν ἀποβιβάσας, τοὺς δὲ ἱππέας καὶ πελταστὰς καὶ ἐπιβάτας, καὶ τοὺς ἄλλους πάντας

πρὸς

πρὸς τὸ ἕλος ὑπὸ τὰ ἕτερα τῆς πόλεως, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ προσῆγε δύο στρατόπεδα. οἱ δ' ἐκ τῆς πόλεως ἐβοήθησαν σφίσιν, οἵ τε σύμμαχοι, οὓς Τισσαφέρνης ἤγαγε, καὶ οἱ Συρακούσιοι, οἵ τ' ἀπὸ τῶν προτέρων εἴκοσι νεῶν, καὶ ἀφ' ἑτέρων πέντε, αἳ ἔτυχον τότε παραγενόμεναι νεωστὶ ἥκουσαι μετὰ Εὐκλέους τε τοῦ Ἵππωνος, καὶ Ἡρακλείδου τοῦ Ἀριστογένους, στρατηγῶν, καὶ Σελινούσιαι δύο. οὗτοι δὲ πάντες πρῶτον μὲν πρὸς τοὺς ὁπλίτας τοὺς ἐν Κορησσῷ ἐβοήθησαν. τούτους δὲ τρεψάμενοι, καὶ ἀποκτείναντες ἐξ αὐτῶν ὡς εἰς ἑκατόν, καὶ εἰς τὴν θάλασσαν καταδιώξαντες, πρὸς τοὺς παρὰ τὸ ἕλος ἐτράποντο. ἔφυγον δὲ κἀκεῖ οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ ἀπώλοντο αὐτῶν ὡς τριακόσιοι. οἱ δὲ Ἐφέσιοι τρόπαιον ἐνταῦθα ἔστησαν, καὶ ἕτερον πρὸς τῷ Κορησσῷ. τοῖς δὲ Συρακουσίοις καὶ Σελινουσίοις, κρατίστοις γενομένοις, ἀριστεῖα ἔδωκαν, καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ πολλοῖς, καὶ οἰκεῖν ἀτέλειαν ἔδοσαν τῷ βουλομένῳ ἀεί. Σελινουσίοις δέ, ἐπεὶ ἡ πόλις ἀπωλώλει, καὶ πολιτείαν ἔδοσαν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀπολαβόντες, ἀπέπλευσαν εἰς Νότιον· κἀκεῖ θάψαντες αὐτούς, ἔπλεον ἐπὶ Λέσβου καὶ Ἑλλησπόντου. ὁρμοῦντες δὲ ἐν Μηθύμνῃ τῆς Λέσβου, εἶδον παραπλεούσας ἐξ Ἐφέσου τὰς Συρακουσίας ναῦς πέντε καὶ εἴκοσι. καὶ ἐπ' αὐτὰς ἀναχθέντες, τέτταρας μὲν ἔλαβον αὐτοῖς ἀνδράσι, τὰς δ' ἄλλας κατεδίωξαν εἰς Ἔφεσον. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους αἰχμαλώτους Θράσυλλος εἰς Ἀθήνας ἀπέπεμψε πάντας. Ἀλκιβιάδην δὲ Ἀθηναῖον, Ἀλκιβιάδου ὄντα ἀνεψιὸν καὶ συμφυγάδα, κατέλυσεν. ἐντεῦθεν δὲ ἔπλευσεν εἰς τὴν Σηστὸν πρὸς τὸ ἄλλο στράτευμα. ἐκεῖθεν δὲ ἅπασα ἡ στρατιὰ διέβη εἰς Λάμψακον, καὶ χειμὼν ἐπῄει, ἐν ᾧ οἱ αἰχμάλωτοι Συρακούσιοι εἰργμένοι ἐν Πειραιῶς λιθοτομίαις, διορύξαντες τὴν πέτραν, ἀποδράντες νυκτός, ᾤχοντο εἰς Δεκέλειαν, οἱ δ' εἰς Μέγαρα. ἐν δὲ τῇ Λαμψάκῳ συντάττοντος Ἀλκιβιάδου τὸ στράτευμα πᾶν, οἱ πρότεροι στρατιῶται οὐκ ἐβούλοντο τοῖς μετὰ Θρασύλλου συντάττεσθαι, ὡς αὐτοὶ μὲν ὄντες ἀήττητοι, ἐκεῖνοι δὲ ἡττημένοι ἥκοιεν. ἐνταῦθα δὴ ἐχείμαζον ἅπαντες, Λάμψακον τειχίζοντες, καὶ ἐστράτευσαν πρὸς Ἄβυδον. Φαρνάβαζος δ' ἐβοήθησεν ἵπποις πολλοῖς, καὶ μάχῃ ἡττηθείς, ἔφυγεν. Ἀλκιβιάδης δὲ ἐδίωκεν, ἔχων τούς τε ἱππέας, καὶ τῶν ὁπλιτῶν εἴκοσι καὶ ἑκατόν, ὧν ἦρχε Μένανδρος, μέχρι σκότος ἀφείλετο. ἐκ δὲ τῆς μάχης ταύτης συνέβησαν οἱ στρατιῶται αὐτοὶ αὑτοῖς, καὶ ἠσπάζοντο τοὺς μετὰ Θρασύλλου. ἐξῆλθον δέ τινας καὶ ἄλλας ἐξόδους τοῦ χειμῶνος εἰς τὴν ἤπειρον, καὶ ἐπόρθουν τὴν βασιλέως χώραν. τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ καὶ Λακεδαιμόνιοι τοὺς εἰς Κορυφάσιον τῶν Εἱλώτων ἀφεστῶτας ἐκ Μαλέας, ὑποσπόνδους ἀφῆκαν. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Τραχινίᾳ Ἀχαιοὶ τοὺς ἐποίκους, ἀντιτεταγμένων πάντων πρὸς τοὺς Οἰταίους πολεμίους ὄντας, προέδοσαν, ὥστε ἀπολέσθαι αὐτῶν πρὸς ἑπτακοσίους σὺν τῷ ἐκ Λακεδαίμονος ἁρμοστῇ Λαβώτῃ. καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἔληγεν οὗτος, ἐν ᾧ καὶ Μῆδοι ἀπὸ Δαρείου τοῦ Περσῶν βασιλέως ἀποστάντες, πάλιν προσεχώρησαν αὐτῷ. τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους, ὁ ἐν Φωκαίᾳ νεὼς τῆς Ἀθηνᾶς ἐνεπρήσθη, πρηστῆρος ἐμπεσόντος. ἐπεὶ δ' ὁ χειμὼν ἔληγε, Παντακλέους μὲν

ad Elos exponit. Iamq; illucescēte die, duobus progressus est exercitibus: cui ex urbe obuiam facti sunt socij, quos undiq; Tissaphernes in unum collegerat: necnon Syracusani, qui in prioribus uiginti aduenerant nauibus, & qui in alijs quinq;, cum ducibus Eucleo Hipponici, & Heraclide Aristogenis filijs nuper appulerant, necnon qui in duabus Selinusijs uenerant nauibus. Hi omnes in Coresso grauem aggressi armaturam, illam in fugam uerterūt, & centum circiter interfectis, reliquos ad mare usque persequuti sunt. Inde ad Elos uersi, reliquos quoque inuaserunt. qui & ipsi triginta circiter militibus amissis, fugæ se mandarunt. Ephesij uerò trophæum ibi erexere: aliud quoq; in Coresso. Syracusani autem & Selinusij, ob egregie operam nauatam, magnis sunt muneribus publicè ac priuatim donati. Data præterea cum immunitate perpetua ciuitas, ijs qui Ephesum incolere noluerunt. Selinusios quoq; propter euersam eorum ciuitatem, in urbem receperunt. Athenienses mortuis per inducias receptis, Notium petiere: ubi illis sepultis, in Lesbum ac Hellespontum profecti sunt. Ubi cum Methymnæo sederent portu, uigintiquinque Syracusanas naues ex Epheso aduentare conspexerunt, in quas impetum fecere, ac quatuor ex his cum militibus captis, reliquas Ephesum usq; insecuti sunt. Thrasylus captiuos omnes Athenas deportari iussit, præter Alcibiadem Athemensem, Alcibiadis nepotē, ac fugæ sociū, quem lapidibus obrui mandauit. Quo facto, Sestum ad aliam peruenit classem. Inde uniuersus Lampsacum descendit exercitus: et hyems aduenit, in qua Syracusani captiui, qui in Piræo in lapidicinas coniecti fuerant, perfossa petra nocte, partim Deceleā, reliqui Megaram perfugerunt. Eodem tempore cùm Alcibiades uniuersum Lampsaci disponeret exercitum, ueterani milites Thrasylianis coniungi recusauerunt: asserentes illos ut ignauos esse uictos ac fugatos, cum ipsi nunquam aliquo superati essent prælio. omnes tamen ibi hyemauerunt, & Lampsacum militari communierunt opere: necnon Abydum aggressi sunt, & Pharnabazum qui Abydenis copioso equitatu suppetias tulerat, prælio superauerunt: quem fugientem Alcibiades equitatu ac peditibus centum uiginti, quibus Menander præerat, longe persequutus est: sed ille noctis beneficio ex hostium manibus ereptus est. Secundum prosperam eam pugnam, milites inuicem reconciliati sunt, & ueterani Thrasylianos amice salutauerunt. Eadem etiam hyeme, in continentē Asiæ orā aliquoties cum populatione effusi, magna clade regis regionem afflixerunt. Per id tempus Lacedæmonij Helotas, qui ex Malea in Coryphasium transfugerant, sub conditione receptos dimiserunt: & Heraclienses ab Achæis, à quibus in ciuili administratione dissentiebant, Oetæis sunt hostibus proditi, eorumque septingenti occidione occisi, cum præfecto Lacedæmonio Labote. Hoc quoque anno Medi, cùm à Dario Persarum rege defecissent, rursus subacti sunt. Et in Phocæa Palladis templum fulmine ictum conflagrauit. Sub exitum hyemis, Pantacleo Ephoro,

ad Elos exponit. Iamq; illucescēte die, duobus progressus est exercitibus: cui ex urbe obuiam facti sunt socij, quos undiq; Tissaphernes in unum collegerat: necnon Syracusani, qui in prioribus uiginti aduenerant nauibus, & qui in alijs quinq;, cum ducibus Eucleo Hipponici, & Heraclide Aristogeni filijs nuper appulerant, necnon qui in duabus Selinusijs uenerant nauibus. Hi omnes in Coresso grauem aggressi armaturam, illam in fugam uerterūt, & centum circiter interfectis, reliquos ad mare usque persequuti sunt. Inde ad Elos uersi, reliquos quoque inuaserunt: qui & ipsi triginta circiter militibus amissis, fugæ se mandarunt. Ephesij uerò trophæum ibi erexere: aliud quoq; in Coresso. Syracusani autem & Selinusij, ob egregie operam nauatam, magnis sunt muneribus publicè ac priuatim donati. Data præterea cum immunitate perpetua ciuitas, ijs qui Ephesum incolere uoluerunt. Selinusios quoq; propter euersam eorum ciuitatem, in urbem receperunt. Athenienses mortuis per inducias receptis, Notium petiere: ubi illis sepultis, in Lesbum ac Hellespontum profecti sunt. Vbi cum Methymnæo sederent portu, uigintiquinque Syracusanas naues ex Epheso aduentare conspexerunt, in quas impetum fecere, ac quatuor ex his cum militibus captis, reliquas Ephesum usq; insecuti sunt. Thrasylus captiuos omnes Athenas deportari iussit, præter Alcibiadem Atheniensem, Alcibiadis nepotē, ac fugæ sociū, quem lapidibus obrui mandauit. Quo facto, Sestum ad aliam peruenit classem. Inde uniuersus Lampsacum descendit exercitus: et hyems aduenit, in qua Syracusani captiui, qui in Piræo in lapidicinas coniecti fuerant, perfossa petra noctu, partim Deceleā, reliqui Megaram perfugerunt. Eodem tempore cùm Alcibiades uniuersum Lampsaci disponeret exercitum, ueterani milites Thrasylianos coniungi recusauerunt: asserentes illos ut ignauos esse uictos ac fugatos, cum ipsi nunquam aliquo superati essent prælio. omnes tamen ibi hyemauerunt, & Lampsacum militari communierunt opere: necnon Abydum aggressi sunt, & Pharnabazum qui Abydenis copioso equitatu suppetias tulerat, prælio superauerunt: quem fugientem Alcibiades equitatu ac peditibus centum uiginti, quibus Menander præerat, longe persequutus est: sed ille noctis beneficio ex hostium manibus ereptus est. Secundum prosperam eam pugnam, milites inuicem reconciliati sunt, & ueterani Thrasylianos amice salutauerunt. Eadem etiam hyeme, in continentē Asiæ orā aliquoties cum populatione effusi, magna clade regis regionem afflixerunt. Per id tempus Lacedæmonij Helotas, qui ex Malea in Coryphasium transfugerant, sub conditione receptos dimiserunt: & Heraclienses ab Achæis, à quibus in ciuili administratione dissentiebant, Oetæis sunt hostibus proditi, eorumque septingenti occidione occisi, cum præfecto Lacedæmonio Labote. Hoc quoque anno Medi, cùm à Dario Persarum rege defecissent, rursus sub acti sunt. Et in Phocæa Palladis templum fulmine ictum conflagrauit. Sub exitum hyemis, Pantacleo

Ephoro,

δος φυγὰς ἐκ συρακουσῶν, καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ πρόξε-
νος. καὶ φαρνάβαζος μὲν τούτους ἦγεν. οἱ δὲ ἀθηναῖοι
τὸ βυζάντιον ἐπολιόρκουν περιτειχίσαντες, καὶ πρὸς
τὸ τεῖχος ἀκροβολισμοὺς, καὶ προσβολὰς ἐποιοῦντο. ἐν δὲ
τῷ βυζαντίῳ ἦν κλέαρχος λακεδαιμόνιος ἁρμοστὴς,
καὶ σὺν αὐτῷ τῶν περιοίκων τινὲς, καὶ τῶν νεοδασμο-
δῶν οὐ πολλοὶ, καὶ μεγαρεῖς, καὶ ἄρχων αὐτῶν ἕλιξος με-
γαρεὺς, καὶ βοιωτοὶ, καὶ τούτων ἄρχων κοιρατάδας. οἱ δ᾽
ἀθηναῖοι, ὡς οὐδὲν ἐδύναντο διαπράξασθαι κατ᾽ ἰσχὺν,
ἔπεισάν τινας τῶν βυζαντίων προδοῦναι τὴν πόλιν.
κλέαρχος δὲ ὁ ἁρμοστὴς, οἰόμενος οὐδένα ἂν τοῦτο ποιῆ-
σαι, καταστήσας δὲ ἅπαντα ὡς ἐδύνατο κάλλιστα, καὶ ἐπι-
τρέψας τὰ ἐν τῇ πόλει κοιρατάδᾳ καὶ ἑλίξῳ, διέβη πα-
ρὰ τὸν φαρνάβαζον εἰς τὸ πέραν, μισθόν τε τοῖς στρατιώ-
ταις παρ᾽ αὐτοῦ ληψόμενος, καὶ ναῦς ξυλλέξων, αἳ ἦσαν
ἐν τῷ ἑλλησπόντῳ ἄλλαι, καταλελειμμέναι φρουρίδες
ὑπὸ πασιππίδου, καὶ ἐν ἀντάνδρῳ, καὶ ἃς ἡγησαν-
δρίδας εἶχεν ἐπὶ θράκης, ἐπιβάτης ὢν μινδάρου, καὶ ὅπως
ἄλλαι ναυπηγηθεῖεν. ἀθρόαι δὲ γενόμεναι πᾶσαι, κα-
κῶς τοὺς τῶν ἀθηναίων ξυμμάχους ποιοῦσαι, ἀποσπάσειαν
τὸ στρατόπεδον ἀπὸ τοῦ βυζαντίου. ἐπεὶ δ᾽ ἐξέπλευσεν ὁ
κλέαρχος, οἱ προδιδόντες τὴν πόλιν τῶν βυζαντίων,
κύδων, καὶ ἀρίστων, καὶ ἀναξικράτης, καὶ λυκοῦργος, καὶ
ἀναξίλαος. ὃς ὑπαγόμενος θανάτου ὕστερον ἐν λακε-
δαίμονι διὰ τὴν προδοσίαν, ἀπέφυγεν, ὅτι οὐ προδοίη
τὴν πόλιν, ἀλλὰ σῶσαι παῖδας ὁρῶν, καὶ γυναῖκας λι-
μῷ ἀπολλυμένας, βυζάντιος ὢν, καὶ οὐ λακεδαιμόνιος.
τὸν γὰρ ἐνόντα σῖτον, κλέαρχον τοῖς λακεδαιμονίων
στρατιώταις διδόναι. διὰ τοῦτ᾽ οὖν τοὺς πολεμίους ἔφη
εἰσέσθαι, οὐκ ἀργυρίου ἕνεκα, οὐδὲ διὰ τὸ μισεῖν λακεδαι-
μονίους. ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς παρεσκεύαστο, νυκτὸς ἀνοίξαντες
τὰς πύλας τὰς ἐπὶ τὸ θράκιον καλουμένας, εἰσήγαγον
τὸ στράτευμα, καὶ τὸν ἀλκιβιάδην. ὁ δὲ ἕλιξος, καὶ ὁ κοιρα-
τάδας οὐδὲν τούτων εἰδότες, ἐβοήθουν μετὰ πάντων εἰς
τὴν ἀγοράν. ἐπεὶ δὲ πάντῃ οἱ πολέμιοι κατεῖχον, οὐδὲν
ἔχοντες ὅ,τι ποιήσαιεν, παρέδοσαν σφᾶς αὐτούς. καὶ
οὗτοι μὲν ἀπεπέμφθησαν εἰς ἀθήνας. καὶ ὁ κοιρατάδας ἐν
τῷ ὄχλῳ ἀποβαινόντων ἐν πειραιεῖ, ἔλαθεν ἀποδρὰς, καὶ
ἀπεσώθη εἰς δεκέλειαν. φαρνάβαζος δὲ καὶ οἱ πρέσβεις
τῆς φρυγίας, ἐν γορδίῳ ὄντες τὸν χειμῶνα, τὰ περὶ τὸ βυ-
ζάντιον πεπραγμένα ἤκουσαν. ἀρχομένου δὲ τοῦ ἔαρος,
πορευομένοις αὐτοῖς παρὰ βασιλέα, ἀπήντησαν κατα-
βαίνοντες οἵ τε λακεδαιμονίων πρέσβεις, βοιώτιος ὄ-
νομα, καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ οἱ ἄλλοι ἄγγελοι. καὶ ἔλεγον ὅτι
λακεδαιμόνιοι πάντων, ὧν δέονται, πεπραγότες εἶεν πα-
ρὰ βασιλέως, καὶ κῦρος ἄρξων πάντων τῶν ἐπὶ θαλάττῃ,
ξυμπολεμήσων λακεδαιμονίοις, ἐπιστολήν τε ἔφερε τοῖς
κάτω πᾶσι, τὸ βασίλειον ἔχουσαν σφράγισμα, ἐν ᾗ ἐνῆν
καὶ τάδε. καταπέμπω κῦρον κάρανον τῶν εἰς καστωλὸν ἀ-
θροιζομένων. τὸ δὲ κάρανον, ἐστὶ κύριον. ταῦτ᾽ οὖν ἀκούον-
τες οἱ τῶν ἀθηναίων πρέσβεις, καὶ ἐπειδὴ κῦρον εἶδον, ἐβού-
λοντο μὲν μάλιστα παρὰ βασιλέα ἀναβῆναι· εἰ δὲ μὴ, οἴ-
καδε ἀπελθεῖν. κῦρος δὲ φαρναβάζῳ εἶπεν, ἢ παρα-
δοῦναι τοὺς πρέσβεις ἑαυτῷ, ἢ μὴ οἴκαδέ πω ἀποπέμ-
ψαι, βουλόμενος τοὺς ἀθηναίους μὴ εἰδέναι τὰ πραττό-
μενα. φαρνάβαζος δὲ, τέως μὲν κατεῖχε τοὺς πρέσβεις,
φάσκων

iam à Syracusis extorris, et frater illius Proxenus: hos omnes Pharnabazus deducebat. Interea Athenienses totis uiribus Byzantium obsederunt, & muro circundederunt ligneo, unde quotidie leuia committebantur prelia. Præerat urbi Clearchus Lacedemonius præfectus, cum accolis quibusdam, & tyronibus haud ita multis, necnon Megarensibus, & Bœotijs, quorum dux Helixus erat, Bœotiorum uero Cœratabes. Athenienses igitur cum aperta ui nihil se perficere posse cernerent, clàm cum quibusdam egère Byzantinis, ut urbem sibi proderent. Clearchus interim cũ nihil tale suspicaretur, quam optimè poterat cunctis rectè dispositis, Cœratade & Helixo militibus præesse iussis, ipse ad Pharnabazum proficiscitur, ut cum illo de militũ stipẽdio, qui ad præsidiũ urbis relicti erant, ageret, & ut naues quæ in Hellesponti ora sub Pasippide excubabant, accerseret: necnon eas quæ apud Antandrũ erant, ac in Thracia sub Hegesandro Mindari legato, & si quæ aliæ ædificatæ erãt, ut omnib. collectis, Atheniensium socios aliqua insigni afficeret clade, sicq; Atheniẽses à Byzantij distraheret obsidione. Vix discesserat Clearchus, cum proditores Cydon, et Ariston, Anaxicrates, Lycurgus, ac Anaxilaus, qui postea Lacedæmone capitis reus, cũ ob hanc accusaretur proditionẽ, absolutus est, quod non tam urbem prodidisse, quàm seruasse uideretur, cum cerneret pueros & mulieres inedia perire, præcipue cum Byzantinus & nõ Lacedæmonius esset: Clearchus enim frumentũ quod supererat omne, præsidiarijs distribuerat militibus: hanc enim ob causam, clàm hostes introduxisse aiebat, & nõ lucri cupiditate, seu Lacedæmoniorũ odio. Illi igitur, cum omnia ad proditionem composita essent, nocte apertis portis quæ Thraciæ appellantur, Alcibiadem cum uniuerso in urbem recepere exercitu. At Helixus & Cœratades omnium ignari, facto agmine ad forum occurrerunt: sed cum ab hostibus cuncta obsessa, & se frustra niti cernerent, deditionẽ ipsi quoque fecere. qui omnes Athenas missi sunt: ex quibus Cœratades, in turba cum in Piræo e nauibus egrederentur deiituit, & aufugit, saluusq; Deceleam euasit. Pharnabazus autem & legati cum in Gordio Phrygiæ hybernarent, quæ circa Byzantiũ acciderãt, audiuerũt: cumq; sub initiũ ueris ad regem ascenderẽt, fiunt illis in itinere obuiam Lacedæmoniorum legati, Bœotius cũ plerisq; alijs, à quo Lacedæmonios omnia quæ à rege petierãt, impetrasse audiuerunt. Cyrus quoq; uniuersæ oræ maritimæ aderat imperaturus, & Lacedæmonios bello adiuturus, & literas ferebat ad omnes inferioris regionis homines, regio sigillo munitas, in quibus hæc continebantur. Mitto Cyrum, caranum eorũ qui in Castoli campum conueniunt: est autem caranus idem quod dominus. Quæ cum Atheniensium audissent legati, uidissentq; Cyrum, summopere regem adire cupiebant: uel si id non daretur, domum reuerti desiderabant. Cyrus uero Pharnabazum sibi legatos iussit, aut tradere, aut nondum domum dimittere, uolebat enim ut Athenienses quid ageretur ignorarent. Sed illos Pharnabazus suspensos tenebat,
iamq;

iamq; ad regem deducere simulabat, mox ne fraudis insimulari posset, domum dimittere uelle aiebat. Elapso tandem triennio Cyrum rogauit, ut illos missos faceret, ostendens se iurasse, ut eos si minus ad regem, ad mare saltem deduceret: quapropter illos ad Ariobarzanem miserũt, ac ut eos conduceret imperauerunt: qui & ad Cium Mysiæ eos deduxit: inde ad Atheniensium peruenerunt exercitum. Alcibiades interim quum domum cum militibus proficisci uellet, Samum uenit: inde cum uiginti nauibus in Ceramicum, qui in Caria est, nauigauit sinum, ubi centum exactis talentis, Samum reuersus est. Thrasybulus uero cum triginta nauibus in Thraciam profectus est, ubi regiones alias, quæ adhuc cum Lacedæmonijs sentiebant, subegit: necnon Thasum bello, fame, seditione ac peste uexatam, occupauit. Thrasylus cum reliquo exercitu Athenas nauigauit. Elegerũt interim Athenienses duces tres, Alcibiadem exulem, Thrasybulum absentem, & Cononem præsentem. Alcibiades ex Samo cum pecunijs & nauibus uiginti in Parum nauigauit, ibique substitit, obseruans triremes triginta, quas Lacedæmonios ibi instruere audiebat: simul & quo animo, antequam domum reuerteretur, in eum ciuitas esset, cognosceret. Quam quum sibi beneuolam, ac conciliatam intellexisset, seq; ducem electum, uocantibus etiam priuatim necessarijs, in Piræum nauigauit, die qua Plynteria celebrabat ciuitas, & Palladis tegitur sedes, id quod nonnulli, & Alcibiadi & urbi incommodum esse augurabantur, nullus etenim Atheniensium, etiam summa coactus necessitate, aliquid die illa operari audet. Tota interim ciuitas ex Pyræo & urbe, uidendi hominis studio, ad portum effusa est, ipsumq; summis extollebant laudibus, prædicantes alij omnium ciuium esse fortissimum, iniusteque inimicorum insidijs circumuentum, in exilium pulsum esse, qui nec eloquio, aut ulla alia uirtute ipsi conferri possent, sed lucri sui gratia rempublicam turbarent: illum uero quum publicis tum priuatis uiribus commune semper quæsiuisse bonum: & quamuis causa, in qua tanquam impius & mysteriorum uiolator delatus est, protinus cognosci debuisset, à potentioribus tamen inimicis callide dilatam fuisse: inde absentem damnatum, & in exilium actum esse. Eo uero tempore consilij inopia coactum, etiam maximo et quotidiano capitis periculo, inimicissimis adhærere hominibus: cumq; uidisset familiares, ciues, propinquos, ciuitatem denique uniuersam, errantes, exilio impeditum succurrere non potuisse. Dicebant autem eos qui essent eius similes, nouis rebus non indigere, quippe cùm ei per populum liceret & æqualibus superiorem, & grandioribus non esse inferiorem, & suis aduersarijs talem uideri, qualis fuisset prius: qui aduersarij postea potestatem adepti, fortissimos quosq; perdidissent: ipsi uero soli relicti, ideo à ciuibus æquo animo tolerarentur, quod melioribus quibus uterentur non haberent. Alij dicebant eum solum authorẽ esse et eorum quæ tulissent malorũ, & eorum quæ metuendũ esset ne urbi

φάσκων τότε μὲν ἀνάξειν αὐτοὺς παρὰ βασιλέα, τότε δὲ οἴκαδε ἀποπέμψειν, ὡς μηδὲν μέμψηται. ἐπειδὴ δὲ ἐνιαυτοὶ τρεῖς ἦσαν, ἐδεήθη τοῦ Κύρου ἀφεῖναι αὐτούς, φάσκων ὀμωμοκέναι ἀπάξειν ἐπὶ θάλατταν, ἐπειδὴ οὐ παρὰ βασιλέα. πέμψαντες δὲ Ἀριοβαρζάνει, παρακομίσαι αὐτοὺς ἐκέλευον. ὁ δὲ ἀπήγαγεν εἰς Κίον τῆς Μυσίας, ὅθεν πρὸς τὸ ἄλλο στρατόπεδον ἀπέπλευσαν. Ἀλκιβιάδης δὲ βουλόμενος μετὰ τῶν στρατιωτῶν ἀποπλεῖν οἴκαδε, ἀνήχθη εὐθὺς ἐπὶ Σάμου. ἐκεῖθεν δὲ λαβὼν τῶν νεῶν εἴκοσιν, ἔπλευσε τῆς Καρίας εἰς τὸν Κεραμικὸν κόλπον. ἐκεῖθεν δὲ συλλέξας ἑκατὸν τάλαντα, ἧκεν εἰς τὴν Σάμον. Θρασύβουλος δὲ σὺν τριάκοντα ναυσὶν ἐπὶ Θρᾴκης ᾤχετο. ἐκεῖθεν δὲ τά τε ἄλλα χωρία τὰ πρὸς Λακεδαιμονίους μεθεστηκότα κατεστρέψατο, καὶ Θάσον ἔχουσαν κακῶς, ὑπό τε τῶν πολέμων, καὶ στάσεων, καὶ λιμοῦ. Θρασύλος δὲ σὺν τῇ ἄλλῃ στρατιᾷ εἰς Ἀθήνας κατέπλευσε. πρὶν δὲ ἥκειν αὐτόν, οἱ Ἀθηναῖοι στρατηγοὺς εἵλοντο, Ἀλκιβιάδην μὲν φεύγοντα, καὶ Θρασύβουλον ἀπόντα, Κόνωνα δὲ τρίτον ἐκ τῶν οἴκοθεν. Ἀλκιβιάδης δ' ἐκ τῆς Σάμου ἔχων τὰ χρήματα κατέπλευσεν εἰς Πάρον ναυσὶν εἴκοσιν. ἐκεῖθεν δ' ἀνήχθη εὐθὺ Γυθείου ἐπὶ κατασκοπὴν τῶν τριήρων, ἃς ἐπυνθάνετο Λακεδαιμονίους αὐτόθι παρασκευάζειν τριάκοντα, καὶ τοῦ οἴκαδε κατάπλου ὅπως ἡ πόλις πρὸς αὐτὸν ἔχει. ἐπεὶ δ' ἑώρα ἑαυτῷ εὔνουν οὖσαν, καὶ στρατηγὸν αὐτὸν ᾑρημένους, καὶ ἰδίᾳ μεταπεμπομένους τοὺς ἐπιτηδείους, κατέπλευσεν εἰς τὸν Πειραιᾶ ἡμέρᾳ, ᾗ Πλυντήρια ἦγεν ἡ πόλις, τοῦ ἕδους κατακεκαλυμμένου τῆς Ἀθηνᾶς, ὅ τινες οἰωνίζοντο ἀνεπιτήδειον εἶναι καὶ αὐτῷ, καὶ τῇ πόλει. Ἀθηναίων γὰρ οὐδεὶς ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐδενὸς σπουδαίου ἔργου τολμῆσαι ἂν ἅψασθαι. καταπλέοντος δ' αὐτοῦ, ὅ, τε ἐκ τοῦ Πειραιῶς, καὶ ὁ ἐκ τοῦ ἄστεως ὄχλος, ἠθροίσθη πρὸς τὰς ναῦς, θαυμάζοντες, καὶ ἰδεῖν βουλόμενοι τὸν Ἀλκιβιάδην, λέγοντες ὅτι οἱ μέν, ὡς κράτιστος εἴη τῶν πολιτῶν, καὶ μόνος ἀπηγγέλθη ὡς οὐ δικαίως φύγοι. ἐπιβουλευθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν ἔλαττον ἐκείνου δυναμένων, μοχθηρότερόν τε λεγόντων, καὶ πρὸς τὸ αὑτῶν ἴδιον κέρδος πολιτευόντων, ἐκείνου ἀεὶ τότε κοινὸν αὔξοντος, καὶ ἀπὸ τοῦ αὑτοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ τῆς πόλεως δυνατοῦ, ἐθέλοντος δὲ τότε κρίνεσθαι παραχρῆμα, τῆς αἰτίας ἄρτι γεγενημένης, ὡς ἠσεβηκότος εἰς τὰ μυστήρια, ὑπερβαλλόμενοι οἱ ἐχθροὶ τὰ δοκοῦντα δίκαια εἶναι, ἀπόντα αὐτὸν ἐστέρησαν τῆς πατρίδος. ἐν ᾧ χρόνῳ ὑπὸ ἀμηχανίας δουλεύων, ἠναγκάσθη μὲν θεραπεύειν τοὺς ἐχθίστους, κινδυνεύων ἀεὶ παρ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπολέσθαι. τοὺς δὲ οἰκειοτάτους πολίτας τε, καὶ ξυγγενεῖς, καὶ τὴν πόλιν ἅπασαν ὁρῶν ἐξαμαρτάνουσαν, οὐκ εἶχεν ὅπως ὠφελοίη, φυγῇ ἀπειργόμενος. οὐκ ἔφασαν δὲ τῶν οἵων περ αὐτὸς ὄντων εἶναι καινῶν δεῖσθαι πραγμάτων, οὐδὲ μεταστάσεως. ὑπάρχειν μὲν γὰρ ἐκ τοῦ δήμου ἑαυτῷ μέν, τῶν τε ἡλικιωτῶν πλέον ἔχειν, καὶ τῶν πρεσβυτέρων μὴ ἐλαττοῦσθαι. τοῖς δ' αὐτοῦ ἐχθροῖς τοιοῦτος δοκεῖν εἶναι, οἷος περ πρότερον, ὕστερον δὲ δυνασθεῖσιν ἀπολλύναι τοὺς βελτίστους, αὐτοὺς δὲ μόνους λειφθέντας, δι' αὐτὸ τοῦτο ἀγαπᾶσθαι ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ὅτι ἑτέροις βελτίοσιν οὐκ εἶχον χρῆσθαι. οἱ δέ, ὅτι τῶν παροιχομένων αὐτοῖς κακῶν μόνος αἴτιος εἴη, τῶν τε φοβερῶν ὄντων τῇ

τοὺς οἵους περ αὐτὸς ὄντας

τῇ πόλει γένοιτο, μόνος κινδυνεύσας, ἡγεμὼν κατασταίη. ἀλκιβιάδης δὲ πρὸς τὴν γῆν ὁρμισθεὶς, ἀπέβαινε μὲν οὐκ εὐθέως, φοβούμενος τοὺς ἐχθρούς. ἐπαναστὰς δὲ ἐπὶ τοῦ καταστρώματος, ἐσκόπει τοὺς αὑτοῦ ἐπιτηδείους, εἰ παρείησαν. κατιδὼν δὲ εὐρυπτόλεμον τὸν πεισιάνακτος, ἑαυτοῦ δὲ ἀνεψιόν, καὶ τοὺς ἄλλους οἰκείους, καὶ τοὺς φίλους μετ' αὐτῶν, τότε ἀποβὰς ἀναβαίνει εἰς τὴν πόλιν μετὰ τῶν παρεσκευασμένων, εἴ τις ἅπτοιτο, μὴ ἐπιτρέπειν. ἐν δὲ τῇ βουλῇ, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀπολογησάμενος ὡς οὐκ ἠσεβήκει, εἰπὼν δὲ ὡς ἠδίκηται, λεχθέντων δὲ καὶ ἄλλων τοιούτων, καὶ οὐδενὸς ἀντειπόντος, διὰ τὸ μὴ ἀνασχέσθαι ἂν τὴν ἐκκλησίαν, ἀναρρηθεὶς ἁπάντων ἡγεμὼν αὐτοκράτωρ, ὡς οἷός τε ὢν σῶσαι τὴν προτέραν τῆς πόλεως δύναμιν, πρότερον μὲν τὰ μυστήρια τῶν ἀθηναίων κατὰ θάλατταν ἀγόντων διὰ τὸν πόλεμον, κατὰ γῆν ἐποίησεν, ἐξαγαγὼν τοὺς στρατιώτας ἅπαντας. μετὰ δὲ ταῦτα κατελέξατο στρατιὰν, ὁπλίτας μὲν πεντακοσίους καὶ χιλίους, ἱππέας δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, ναῦς δ' ἑκατόν. καὶ μετὰ τὸν κατάπλουν τρίτῳ μηνὶ ἀνήχθη ἐπ' ἄνδρον, ἀφεστηκυῖαν τῶν ἀθηναίων. καὶ μετ' αὐτοῦ ἀριστοκράτης, καὶ ἀδείμαντος ὁ λευκολοφίδου, συνεπέμφθησαν οἱ ᾑρημένοι κατὰ γῆν στρατηγοί. ἀλκιβιάδης δὲ ἀποβιβάζει τὸ στράτευμα τῆς ἀνδρίας χώρας εἰς γαύρειον. ἐκβοηθήσαντας δὲ τοὺς ἀνδρίους ἐτρέψαντο, καὶ κατέκλεισαν εἰς τὴν πόλιν, καί τινας ἀπέκτειναν οὐ πολλούς, καὶ τοὺς λάκωνας, οἳ αὐτόθι ἦσαν. ἀλκιβιάδης δὲ τρόπαιόν τε ἔστησε, καὶ μείνας αὐτοῦ ὀλίγας ἡμέρας, ἔπλευσεν ἐς σάμον. κἀκεῖθεν ὁρμώμενος ἐπολέμει. οἱ δὲ λακεδαιμόνιοι, πρότερον τούτων οὐ πολλῷ χρόνῳ κρατησιππίδᾳ τῆς ναυαρχίας παρεληλυθυίας, λύσανδρον ἐξέπεμψαν ναύαρχον. ὁ δὲ ἀφικόμενος εἰς ῥόδον, καὶ ναῦς ἐκεῖθεν λαβών, ἐς κῶ, καὶ μίλητον ἔπλευσεν. ἐκεῖθεν δὲ εἰς ἔφεσον, καὶ ἐκεῖ ἔμεινε ναῦς ἔχων ἑβδομήκοντα, μέχρις οὗ κῦρος εἰς σάρδεις ἀφίκετο. ἐπεὶ δ' ἧκεν, ἀνέβη πρὸς αὐτὸν σὺν τοῖς ἐκ λακεδαίμονος πρέσβεσιν. ἐνταῦθα δὴ κατά τε τοῦ τισσαφέρνους ἔλεγον, ἃ πεποιηκὼς εἴη, αὐτοῦ τε κύρου ἐδέοντο, ὡς προθυμότατον πρὸς τὸν πόλεμον γενέσθαι. κῦρος δὲ τόν τε πατέρα ἔφη ταῦτα ἐπεσταλκέναι, καὶ αὐτὸς οὐκ ἄλλ' ἐγνωκέναι, ἀλλὰ πάντα ποιήσειν. ἔχων δὲ ἥκειν τάλαντα πεντακόσια. ἐὰν δὲ ταῦτα ἐκλίπῃ, τοῖς ἰδίοις χρήσεσθαι ἔφη, ἃ ὁ πατὴρ αὐτῷ ἔδωκεν. ἐὰν δὲ καὶ ταῦτα, καὶ τὸν θρόνον κατακόψειν, ἐφ' οὗ ἐκάθητο ὄντα ἀργυροῦν καὶ χρυσοῦν. οἱ δὲ ταῦτ' ἐπῄνουν, καὶ ἐκέλευον αὐτὸν τάξαι τῷ ναύτῃ δραχμὴν ἀττικήν, διδάσκοντες ὅτι, ἂν οὗτος ὁ μισθὸς γένηται, οἱ τῶν ἀθηναίων ναῦται ἀπολείψουσι τὰς ναῦς, καὶ μείω χρήματα ἀναλώσει. ὁ δὲ καλῶς μὲν ἔφη αὐτοὺς λέγειν, οὐ δυνατὸν δ' εἶναι παρ' ἃ βασιλεὺς ἐπέστειλεν αὐτῷ, ἄλλα ποιεῖν. εἶναι δὲ καὶ τὰς συνθήκας οὕτως ἐχούσας, τριάκοντα μνᾶς ἑκάστῃ νηὶ τοῦ μηνὸς διδόναι, ὁπόσας ἂν βούλωνται τρέφειν λακεδαιμόνιοι. ὁ δὲ λύσανδρος τότε μὲν ἐσιώπησε. μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον, ἐπεὶ αὐτῷ προπιὼν ὁ κῦρος, ἤρετο τί ἂν μάλιστα χαρίζοιτο ποιῶν, εἶπεν, ὅτι εἰ πρὸς τὸν μισθὸν ἑκάστῳ ναύτῃ ὀβολὸν προσθείης. ἐκ δὲ τούτου τέτταρες ὀβολοὶ ἦν ὁ μισθὸς, πρότερον δὲ τριώβολον. καὶ τόν τε προσοφειλόμενον ἀπέδωκε. καὶ

ἔτι

urbi in posterū accideret, quippe qui solus periculū expertus, solus dux factus fuisset. Alcibiades igitur portū ingressus, qđ inimicos timeret, nō cōfestim in terrā descēdit, sed stās in puppi, an familiares sui adessent cōsiderabat. Cōspicatus itaq; Euryptolemum Pisianacti filiū, nepotē suū, cū alijs necessarijs et amicis: e naui egressus, cū illis in ciuitatē ingēti stipatus multitudine, ne uis sibi inferri posset, ascendit. Inde cū in senatu et pro cōcione de mysteriorū uiolatione se excusasset, ostendissetq; falso eā sibi esse notam iniustā, & alia in eā sententiā dixisset, neq; quisquā contraxisset (neq; enim id admisisset concio) cum ingenti omnium assensu dux est electus, ac rerū omniū terra mariq; gerendarū sibi potestas & imperiū decretum, tanquā solus ciuitatē in pristinā restituere posset fortunā. Cōfestim itaq; Atheniensiū mysteria, quæ propter belli periculū nō nisi mari ducebātur, ipse omnib. eductis militib. per terrā traduxit. Inde collecto exercitu peditū mille quingentorū, ac equitū centū quinquaginta, nauib. centū, tertio post reuersionē mēse, Andrū profectus est: nā ab Atheniēsib. defecerat. Missi sunt & cū eo duces alij, Aristocrates et Adimātus Leucoroppidi filius. In Gaurio itaque Andriorū regione exercitū exposuit, ac Andrios sibi occurrere ausos in fugā uertit, et in urbē usq; cōpulit, interfectis nōnullis Lacedemoniorū, qui illic præsidio loci erant: erectoq; trophæo, paucis ibi māsit diebus: dehinc Samū traiecit, ac inde bellū ciebat. At Lacedæmonij haud multis ante hæc tēpora diebus, in locū Cratesippidæ, q classi præfuerat, ducem miserāt Lysandrū, qui cū Rhodū uenisset, acceptis nauib. in Coū et Miletū, ac inde Ephesum traiecit, ubi cū septuaginta nauib. Cyri aduentū ex Sardis oppericbatur: quē cū applicuisse audisset, ad illū cum Lacedæmoniorū legatis cōtendit. Ibi Tissaphernis facta accusant, ipsum autem Cyrū rogant ut omni studio bello incumbat. Cyrus omnia quæ in usum belli necessaria essent, abunde pollicitus est: ita enim sibi à patre iniunctum esse dicebat. Ostendens præterea quingenta talenta à se in prouinciam allata esse: deficientibus tamen illis, proprias quoque quas pater sibi dederat pecunias, in belli sumptus erogaturum promisit: & si ita necessitas exigeret, regium quoque thronum, qui ex auro & argento constaret, in usum belli se conflaturum pollicitus est. His letus Lysander illum rogauit, ut deinde Atticam drachmam nautis in stipendium solueret: ostendens ea ratione Atheniensium nautas à suis abstrahi posse nauibus, atq; ita fore ut Cyrus minus pecuniæ insumeret. Ad quæ Cyrus, illum recte sentire aiebat: sed impossibile sibi esse, pacta à patre inita immutare, in quibus diserte cōtineretur, ut mensibus singulis, unicuiq; naui triginta soluerentur minæ: esset q; in arbitrio Lacedemorū, ut quotquot uellēt instruerent. Quibus auditis Lysander tunc tacuit. Peracta autem cœna, cum illi præbibisset Cyrus, & rogasset quid ei maxime gratum posset facere: respondit ille, si ultra stipendium consuetum, unicuique nautæ obolum adijceret: cui ille annuit: fuitq; inde stipendium obolorum quatuor, cum antea nisi trium fuisset. Insuper æs militare alienum omne persoluit, ac

C stipen-

stipendium menstruum ante tempus numerauit: que res exercitum ad omnia obeunda pericula multo alacriorem & promptiorem reddidit. Id cum Athenienses audissent, ægre tulerunt, & legatos ad Cyrum miserunt, quos ille repulit: quamuis intercedente Tissapherne, ac identidem monente, summopere cauendum, ne Græcorum quispiam nimium super alium extolleretur: curandum uero potius, ut omnes inter se dissidentes deprimerentur: sic se, Alcibiade suadente, hucusque rem administrasse. At Lysander re maritima ordinata, Ephesum nonaginta collegit naues, quas in portu sedens restaurabat, & remigem exercebat. Alcibiades uero quum audisset Thrasybulum ex Hellesponto egressum Phocæam munire, ad eum nauigauit, relicto classis præfecto Antiocho gubernatore suo, quem identidem monuit, ne se absente ad hostem nauigaret. Vix ille discesserat, cum Antiochus duabus triremibus ad ipsas usque Lysandri nauium proras, quæ in Ephesino stabant portu, inuectus, hostem lacessebat, quem Lysander paucis primo insequutus est nauibus: cum uero Athenienses pluribus suis suppetias ferrent, tunc ipse quoque omnibus collectis nauibus, illos aggressus est, qui reliquis quoque triremibus ex Notio temere progressi, ut quisque primum exierat bellum capessebant: cumque dispersi cuncta sine imperio gererent, Lacedæmonij uero seruatis ordinibus illos uehementer urgerent, omnes tandem, quindecim amissis triremibus, in fugam uersi sunt: pauci tamen desiderati fuere milites, nam omnes ferme, præter paucos qui capti sunt, in terram euaserunt. Lysander hostiũ nauibus potitus, tropheoque in Notio erecto, Ephesum reuersus est. Athenienses Samum profecti sunt, quo & paulo post Alcibiades peruenit, ac cum uniuersa classe Ephesum usque progressus est, & ante portus fauces instructa stetit classe, pugnare paratus, si quis obuiã procederet. Lysander quia nauium numero multò inferior erat, certamine abstinuit, illeque Samũ reuectus est. Lacedæmonij paulo post Delphinium ceperunt, & Eiona. Interim Athenienses qui domi erant, accepto cladis nuncio, Alcibiadi succensebant, existimantes illam negligentia & culpa eius accidisse: aliosque decem elegere duces, Cononem, Diomedontem, Leontem, Periclem, Eresinidem, Aristocratem, Archestratum, Protomachum, Thrasylum, Aristogenem. Hæc cum Alcibiadi renunciata essent, grauiter tulit, & una accepta triremi, in Cherronesum fortunam tentaturus abijt. Conon interim ex Antandro cum uiginti nauibus sibi publice decretis, Samum ad aliam nauigauit classem: cui in Antandro quatuor successit nauibus Phanosthenes, qui duabus triremibus circumnauigans Thuriam cepit, captiuosque omnes uinxit, præter eorum principem Dorieum, qui olim Athenis & Rhodo pulsus, morte cum omnibus propinquis damnatus fuerat, & huc se contulerat: quem misericordia ductus absque precio dimisit. Conõ cum Samum uenisset, classem accepit dissipatam: uix enim ex centum prioribus nauibus, septuaginta instruere potuit: cum his & alijs ducibus circumnauigans, pluribus descendit locis, ac hostium fines

νὸς μηνὸς προὔδωκεν, ὥστε τὸ στράτευμα πολὺ προθυμότερον εἶναι. οἱ δὲ ἀθηναῖοι ἀκούοντες ταῦτα, ἀθύμως μὲν εἶχον. ἔπεμπον δὲ πρὸς τὸν κῦρον πρέσβεις διὰ τισσαφέρνους. ὁ δὲ οὐ προσεδέχετο, δεομένου τισσαφέρνους, καὶ λέγοντος ἅπερ αὐτὸς ἐποίει, πεισθεὶς ὑπ' ἀλκιβιάδου σκοπεῖν, ὅπως τῶν ἑλλήνων μηδὲ τινὲς ἰσχυροὶ ὦσιν, ἀλλὰ πάντες ἀσθενεῖς, αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στασιάζοντες. καὶ ὁ μὲν λύσανδρος, ἐπεὶ αὐτῷ τὸ ναυτικὸν συνετέτακτο, ἀνελκύσας τὰς ἐν τῇ ἐφέσῳ ναῦς οὔσας ἐνενήκοντα, ἡσυχίαν ἦγεν, ἐπισκευάζων, καὶ ἀναψύχων αὐτάς. ἀλκιβιάδης δὲ ἀκούσας θρασύβουλον ἔξω ἑλλησπόντου ἥκοντα τειχίζειν φώκαιαν, διέπλευσε πρὸς αὐτὸν, καταλιπὼν ἐπὶ ταῖς ναυσὶν ἀντίοχον τὸν αὑτοῦ κυβερνήτην, ἐπιστείλας μὴ ἐπιπλεῖν ἐπὶ τὰς λυσάνδρου ναῦς. ὁ δὲ ἀντίοχος τῇ τε αὑτοῦ νηῒ, καὶ ἄλλῃ ἐκ νοτίου εἰς τὸν λιμένα τὸν ἐφεσίων εἰσπλεύσας, παρ' αὐτὰς τὰς πρώρας τῶν λυσάνδρου νεῶν παρέπλει. ὁ δὲ λύσανδρος τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγας τῶν νεῶν καθελκύσας, ἐδίωκεν αὐτόν. ἐπεὶ δὲ οἱ ἀθηναῖοι τῷ ἀντιόχῳ ἐβοήθουν πλείοσι ναυσὶ, τότε δὴ καὶ πάσας συντάξας, ἐπέπλει. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ οἱ ἀθηναῖοι ἐκ τοῦ νοτίου καθελκύσαντες, τὰς λοιπὰς τριήρεις ἀνήχθησαν, ὡς ἕκαστος ἤνοιξεν. ἐκ τούτου δ' ἐναυμάχησαν, οἱ μὲν ἐν τάξει. οἱ δὲ ἀθηναῖοι, διεσπαρμέναις ταῖς ναυσὶ, μέχρις οὗ ἔφυγον, ἀπολέσαντες πεντεκαίδεκα τριήρεις. τῶν δὲ ἀνδρῶν οἱ μὲν πλεῖστοι ἐξέφυγον, οἱ δ' ἐζωγρήθησαν. λύσανδρος δὲ τάς τε ναῦς ἀναλαβὼν, καὶ τρόπαιον στήσας ἐπὶ τοῦ νοτίου, διέπλευσεν εἰς ἔφεσον· οἱ δ' ἀθηναῖοι εἰς σάμον. μετὰ δὲ ταῦτα ἀλκιβιάδης ἐλθὼν εἰς σάμον, ἀνήχθη ταῖς ναυσὶν ἁπάσαις ἐπὶ τὸν λιμένα τὸν ἐφεσίων, καὶ πρὸ τοῦ στόματος παρέταξεν, εἴ τις βούλοιτο ναυμαχεῖν. ἐπεὶ δὲ λύσανδρος οὐκ ἀντανήγαγε διὰ τὸ πολλαῖς ναυσὶν ἐλαττοῦσθαι, ἀπέπλευσεν εἰς σάμον. λακεδαιμόνιοι δὲ ὀλίγῳ ὕστερον, αἱροῦσι δελφίνιον καὶ ἠϊόνα. οἱ δὲ ἐν οἴκῳ ἀθηναῖοι ἐπειδὴ ἠγγέλθη ἡ ναυμαχία, χαλεπῶς εἶχον πρὸς ἀλκιβιάδην, οἰόμενοι δι' ἀμέλειάν τε καὶ ἀκράτειαν ἀπολωλεκέναι τὰς ναῦς. καὶ στρατηγοὺς εἵλοντο ἄλλους δέκα, κόνωνα, διομέδοντα, λέοντα, περικλέα, ἐρασινίδην, ἀριστοκράτην, ἀρχέστρατον, πρωτόμαχον, θράσυλον, ἀριστογένην. ἀλκιβιάδης μὲν οὖν πονήρως καὶ ἐν τῇ στρατιᾷ φερόμενος, λαβὼν τριήρη μίαν, ἀπέπλευσεν εἰς χερρόνησον εἰς τὰ ἑαυτοῦ τείχη. μετὰ δὲ ταῦτα κόνων ἐκ τῆς ἀντάνδρου σὺν αἷς εἶχε ναυσὶν εἴκοσι, ψηφισαμένων ἀθηναίων, εἰς σάμον ἔπλευσεν ἐπὶ τὸ ναυτικόν. ἀντὶ δὲ κόνωνος εἰς ἄνδρον ἔπεμψαν φανοσθένην, τέτταρας ναῦς ἔχοντα. οὗτος περιτυχὼν δυοῖν τριήρεσι θουρίαιν ἔλαβεν αὐτοῖς ἀνδράσι. καὶ τοὺς μὲν αἰχμαλώτους ἅπαντας ἔδησαν ἀθηναῖοι. τὸν δὲ ἄρχοντα αὐτῶν δωριέα, ὄντα μὲν ῥόδιον, πάλαι δὲ φυγάδα ἐξ ἀθηνῶν καὶ ῥόδου, ὑπὸ ἀθηναίων κατεψηφισμένων αὐτοῦ θάνατον, καὶ τῶν ἐκείνου συγγενῶν, πολιτεύοντα παρ' αὐτοῖς, ἐλεήσαντες, ἀφεῖσαν, οὐδὲ χρήματα πραξάμενοι. κόνων δ' ἐπεὶ εἰς τὴν σάμον ἀφίκετο, καὶ τὸ ναυτικὸν κατέλαβεν ἀθύμως ἔχον, συμπληρώσας τριήρεις ἑβδομήκοντα ἀντὶ τῶν προτέρων, οὐσῶν πλέον ἢ ἑκατὸν, καὶ ταύτας ἀναγόμενος μετὰ τῶν ἄλλων στρατηγῶν, ἄλλοτε ἄλλῃ ἀποβαίνων τῆς τῶν πολεμίων χώ-

ρὰς ἐληΐζετο. καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἔληγεν, ἐν ᾧ Καρχηδόνιοι ἐς
Σικελίαν στρατεύσαντες εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τριήρεσι, καὶ
πεζῆς στρατιᾶς δώδεκα μυριάσιν, εἷλον Ἀκράγαντα λι/
μῷ, μάχῃ μὲν ἡττηθέντες, προσκαθεζόμενοι δὲ ἑπτὰ μῆ-
νας. τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει, ᾧ ἥ τε σελήνη ἐξέλιπεν ἑσπέρας,
καὶ ὁ παλαιὸς τῆς Ἀθηνᾶς νεὼς ἐν Ἀθήναις ἐνεπρήσθη,
Πίτυος μὲν ἐφορεύοντος, ἄρχοντος δὲ Καλλίου Ἀθήνησιν,
οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ Λυσάνδρῳ, παρεληλυθότος ἤδη
τοῦ χρόνου, καὶ τῷ πολέμῳ τεττάρων καὶ εἴκοσιν ἐτῶν, ἔπεμ
ψαν ἐπὶ τὰς ναῦς Καλλικρατίδαν. ὅτε δὲ παρεδίδου ὁ Λύ
σανδρος τὰς ναῦς, ἔλεγε τῷ Καλλικρατίδᾳ, ὅτι θα
λαττοκράτωρ τε παραδιδοίη, καὶ ναυμαχίᾳ νενικηκώς. ὁ δὲ
αὐτὸν ἐκέλευσεν ἐξ Ἐφέσου ἐν ἀριστερᾷ Σάμου παραπλεύ
σαντα, οὗ ἦσαν αἱ τῶν Ἀθηναίων νῆες, ἐν Μιλήτῳ παρα/
δοῦναι τὰς ναῦς, καὶ ὁμολογήσειν θαλαττοκρατεῖν. οὐ φα
μένου δὲ τοῦ Λυσάνδρου πολυπραγμονεῖν ἄλλου ἄρχοντος,
αὐτὸς ὁ Καλλικρατίδας πρὸς αἷς παρὰ Λυσάνδρου ἔλαβε
ναυσί, προσεπλήρωσεν ἐκ Χίου καὶ Ῥόδου, καὶ ἄλλοθεν, ἀπὸ τῶν
ξυμμάχων πεντήκοντα ναῦς. ταύτας δὲ πάσας ἀθροίσας,
οὔσας τετταράκοντα καὶ ἑκατὸν, παρεσκευάζετο ὡς ἀπαν
τησόμενος τοῖς πολεμίοις. καταμαθὼν δὲ ὑπὸ τῶν Λυ-
σάνδρου φίλων καταστασιαζόμενος, οὐ μόνον ἀπρο-
θύμως ὑπηρετούντων, ἀλλὰ καὶ διαθροούντων ἐν ταῖς
πόλεσιν, ὅτι Λακεδαιμόνιοι μέγιστα παραπίπτοιεν ἐν
τῷ διαλλάττειν τοὺς ναυάρχους, πολλάκις ἀνεπιτηδεί-
ων γιγνομένων, καὶ ἄρτι ξυνιέντων τὰ ναυτικά, καὶ ἀν
θρώποις ὡς χρηστέον οὐ γιγνωσκόντων, ἀπείρους θαλάτ-
της πέμποντες, καὶ ἀγνῶτας τοῖς ἐκεῖ, κινδυνεύοιέν τι
παθεῖν διὰ τοῦτο. ἐκ τούτου δὲ ὁ Καλλικρατίδας ξυγκα
λέσας τοὺς Λακεδαιμονίων ἐκεῖ παρόντας, ἔλεγεν αὐτοῖς
τοιάδε· ἐμοὶ ἀρκεῖ οἴκοι μένειν, καὶ εἴτε Λύσανδρος, εἴ
τε ἄλλος τις ἐμπειρότερος περὶ τὰ ναυτικὰ βούλεται
εἶναι, οὐ κωλύω τὰ κατ' ἐμέ. ἐγὼ δ' ὑπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ
τὰς ναῦς πεμφθείς, οὐκ ἔχω τί ἄλλο ποιῶ, ἢ τὰ κελευό/
μενα, ὡς ἂν δύνωμαι κράτιστα. ὑμεῖς δὲ πρὸς ἃ ἐγώ τε
φιλοτιμοῦμαι, καὶ ἡ πόλις ἡμῶν αἰτιάζεται (ἴστε γὰρ
αὐτὰ ὥσπερ καὶ ἐγὼ) ξυμβουλεύετε τὰ ἄριστα ὑμῖν δο-
κοῦντα εἶναι περὶ τοῦ ἐμὲ ἐνθάδε μένειν, ἢ οἴκαδε ἀπο-
πλεῖν, ὁρῶντες τὰ καθεστῶτα ἐνθάδε. οὐδενὸς δὲ τολ-
μήσαντος ἄλλο τι εἰπεῖν, ἢ τοῖς οἴκοι πείθεσθαι, ποιεῖν
τε ἐφ' ἃ ἥκει, ἐλθὼν παρὰ Κῦρον, ᾔτει μισθὸν τοῖς ναύταις.
ὁ δὲ αὐτῷ εἶπε δύο ἡμέρας ἐπισχεῖν. Καλλικρατίδας δὲ
ἀχθεσθεὶς τῇ ἀναβολῇ, καὶ ταῖς ἐπὶ τὰς θύρας φοιτήσε/
σιν ὀργισθείς, καὶ εἰπὼν ἀθλιωτάτους εἶναι τοὺς Ἕλληνας,
ὅτι βαρβάρους κολακεύουσιν ἕνεκα ἀργυρίου, φάσκων
τε, ἢν σωθῇ οἴκαδε κατά γε τὸ αὑτοῦ δυνατὸν διαλλά-
ξειν Ἀθηναίους, καὶ Λακεδαιμονίους, ἀπέπλευσεν εἰς Μί
λητον. κἀκεῖθεν πέμψας τριήρεις εἰς Λακεδαίμονα ἐ-
πὶ χρήματα, ἐκκλησίαν ἀθροίσας τῶν Μιλησίων, τάδε εἶ/
πεν· ἐμοὶ μέν, ὦ Μιλήσιοι, ἀνάγκη τοῖς οἴκοι ἄρχουσι πεί
θεσθαι. ὑμᾶς δὲ ἐγὼ ἀξιῶ προθυμοτάτους εἶναι εἰς τὸν πόλε
μον, διὰ τὸ οἰκοῦντας ἐν βαρβάροις, πλεῖστα κακὰ ἤδη
ὑπ' αὐτῶν πεπονθέναι. δεῖ δ' ὑμᾶς ἐξηγεῖσθαι τοῖς
ἄλλοις ξυμμάχοις, ὅπως ἂν τάχιστά τε, καὶ μάλιστα βλά
πτωμεν τοὺς πολεμίους, ἕως ἂν οἱ ἐκ Λακεδαίμονος ἥκω
σιν, οὓς ἐγὼ ἔπεμψα χρήματα ἄξοντας, ἐπεὶ τὰ ἐνθάδε
ὑπάρ-

nes populabatur. Annusq; exijt, in quo Carthagi/
nienses centū uiginti nauibus, & centū uiginti milli
bus militū, Siciliā aggreßi sunt, ubi Agrigentinum
fame ceperūt, prælio illi quidē uicti, sed septē mensi
bus obsidione continuata. Insequēti anno, quo luna
sub occasum defecit, et antiquū Palladis templū A/
thenis deflagrauit, Pitio Ephoro, præsidente uerò
Athenis Callio, uigesimoquarto huius belli anno,
Lacedæmonij Callicratidē Lysandro successorē de
derunt: cui cū ille naues traderet, dixisse fertur, se
uictricē et maris dominantē reddere classem, ille ue
ro iußit ut ex Epheso ad sinistrā Sami circūageret
naues, ubi Athenienses in statiōe erāt, ac in Mileto si
bi claßē traderet: sic.n. se cōfeßurū, illū maris obti/
nere imperiū. Tū Lysander, dicebat se illa, imperā/
te alio, nō curare. Callicratides itaq; ultra eas quas
à Lysandro accepit, ex Chio, Rhodo, & alijs socijs,
quinquaginta instruxit naues: quib. omnib. collectis
(erāt aūt centū quadraginta) se ad confligendū cū
hostib. præparabat. Sed cū certior factus esset, Ly/
sandri amicos sibi seditionē mouere, nō solū munia
ipsis cōmissa negligēter obeūdo, sed et undiq; in ci
uitatib. disseminādo, Lacedæmonios maximè errare
in claßiarijs ducib. mutādis (qd' hos sepe ineptos es
se cōtingeret, et uix dū rē naualē edoctos, et qua ra
tione esset hominib. utendū inscios) dū maris igna/
ros mittūt, et claßiarijs ignotos: ppterea periculū
esset, ne qd ob hāc rē mali paterētur. Quapropter
Callicratides omnib. q aderāt Lacedæmonijs cōuo/
catis, ita loquutus est: Mihi domi manere præstat: et
si Lysander uel alius quispiā in reb. nauticis me ma/
gis expertus, claßē suscipere maluerit, quātū ad me
attinet, nō phibeo. Ego uero cū ab urbe ut claßis im
periū obtinerē, missus sim, nō habeo qd' agā aliud ni
si ut ea quæ facere iussus sum, p uirib. exequar. Vos
igitur in eo in quo et mihi obtrectatur, et ciuitas no
stra incusatur (hæc.n. uobis æque sunt cognita atq;
mihi) cōsulo qd uobis optimū uideatur esse, mihi'ne
hic manendū sit an domū nauigandū, cū harū rerū
status qs sit uideatis. Hic cū nemo aliter dicere au/
deret, q̄ ut ijs qui domi erāt, obediret, ac illis incum
beret reb. ob quas in prouinciā missus esset, ad Cy/
rū ut nautis stipendiū ab illo peteret, profectus est.
Cyrus uero duos eū expectare iußit dies. Sed Calli/
cratides morā pertæsus, & quod sæpe ad fores eun
dum esset, succēsens, dixisse fertur, miserrimos esse
Græcos, quod Barbaris argenti gratia adularētur:
dixitq; si unquam saluus in patriam reuerteretur,
enixe operam se daturum, ut Athenienses & Lace
dæmonij in pristinam redirent gratiam. Inde Mile
tum nauigauit, ac triremes nonnullas ad petendum
pecunias Spartam misit: conuocatisq; Milesijs, ita
disseruit: Ego ô Milesij, illis qui domi imperant, obe
dire cogor: at uos admodum dignos reputo, qui
strenuam huic bello operam impendatis: quando/
quidem cùm inter Barbaros habitetis, incommoda
plura ab illis hucusque perpeßi estis: quapropter
uos, alijs quoq; socijs ostendere decet, quonam pa/
cto et celeriter, maximo hostes afficere poßimus in
commodo, donec à Lacedæmone hi quos pro affe/
rendis misi pecunijs, reuersi fuerint. Quandoquidē

quæ supererant, Lysander discedens, Cyro ut superfluas reddidit: at ego cùm Cyrum accessissem, ille uero de congressu me uerbis suspensum tenuisset, tandem foribus illius diutius obuersari haud potui. Vobis autem pro bonis polliceor quæ nobis euenissent, quo tempore illa expectamus, me parem gratiam relaturum. Ac uolentibus dijs, ostendemus Barbaris posse nos neque ipsos admirari, & tamen ulcisci hostes nostros. Hæc cùm dixisset, surrexere multi, & maximè qui accusabantur se opponere formidabant, pecuniasq; attulêre paratas: insuper alias quoque sponte afferebant: quibus ille receptis, singulis nautis in Chio quinque distribuit drachmas. Inde ad Methymnam Lesbi nauigauit, quæ hostibus parebat, illamq; præsidio confisam, ac resistere conantem (nam & qui reipublicæ praerant, Atheniensium fauebant rebus) adortus, ui cepit, captamq; militibus diripiendam concessit: mancipia uero omnia Callicratides in forum congregauit. Quumque socij Methymnæos quoque uendi iuberent, respondit, se imperante Græcorum uendi passurum neminem: postridie liberos cunctos dimisit, Atheniensium præsidio cum mancipijs seruilibus uendito. Cononi uero dixit effecturum se ne deinceps mari amplius incubaret. Ac cùm illum orta die portum egredi uidisset, prærepto itinere, ne Samum effugere posset, insecutus est. Sed Conon nauium usus celeritate (nam ex copioso supplemento ualidißimum elegerat remigem) euasit, ac cum duobus ex decem ducibus, Leonide, & Eresinide, in Mitylenem Lesbi perfugit: quem Callicratides usque ad portum, cum centum & septuaginta nauibus insequutus est. Conon uero cùm à ciuibus non esset intromissus, ante fauces portus confligere coactus est, ubi triginta uacuis amißis nauibus (nam homines in proximum euaserant littus) reliquas quadraginta naues sub murum subduxit. Callicratides ne Conon effugere posset, portum insidet: & ut illum à terra quoque obsidione fatigaret, Methymnæos cum omni plebe, & uniuersum ex Chio accersiuit exercitum, allatæque sunt interim à Cyro pecuniæ. Conon uero quum se undique terra ac mari obsessum cerneret, iamque ob hominum multitudinem ac frumenti inopiam fames ingrueret, neq; Athenienses ei ferrent auxilium, propterea quod ista ignorarent, duas occulte naues electißimo instruit remige, submissis in uacuam nauem propugnatoribus: & die quidem quietem agebat, uesperi uero, tenebris imminentibus, ne ab hoste cõspicaretur, frumento mediocri, & alijs rebus onerabat necessarijs: quæ quinta tandem die, circa meridiem, per medias stationes, quæ secure agebant, celerrime erumpunt, ac in apertum euasere mare: diuersæque abierunt, in pelagus una quidem, altera uero uersus Hellespontum. Tum qui in anchoris stabant, oras repente ac tumultu-

ὑπάρχοντα Λύσανδρος Κύρῳ ἀποδοὺς ὡς περιττὰ ὄντα, οἴχεται. Κῦρος δὲ ἐλθόντος ἐμοῦ ἐπ' αὐτὸν, ἀεὶ ἀνεβάλλετό μοι διαλεχθῆναι. ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὰς ἐκείνου θύρας φοιτᾶν οὐκ ἐδυνάμην ἐμαυτὸν πεῖσαι. ὑπισχνοῦμαι δ' ὑμῖν ἀντὶ τῶν ξυμβάντων ἡμῖν ἀγαθῶν ἐν τῷ χρόνῳ, ᾧ ἂν ἐκεῖνα προσδεχώμεθα, χάριν ἀξίαν ἀποδώσειν. ἀλλὰ ξὺν τοῖς θεοῖς δείξωμεν τοῖς βαρβάροις, ὅτι καὶ ἄνευ τοῦ ἐκείνους θαυμάζειν, δυνάμεθα τοὺς ἐχθροὺς τιμωρεῖσθαι. ἐπεὶ δὲ ταῦτ' εἶπεν, ἀνιστάμενοι πολλοὶ, καὶ μάλιστα οἱ αἰτιαζόμενοι ἐναντιοῦσθαι, δεδιότες, εἰσηγοῦντο πόρον χρημάτων, καὶ αὐτοὶ ἐπαγγελλόμενοι ἰδίᾳ. λαβὼν δὲ ταῦτα ἐκεῖνος, καὶ ἐκ Χίου πεντεδραχμίαν ἑκάστῳ τῶν ναυτῶν ἐφοδιασάμενος, ἔπλευσε τῆς Λέσβου ἐπὶ Μήθυμναν, πολεμίαν οὖσαν. οὐ βουλομένων δὲ τῶν Μηθυμναίων προσχωρεῖν, ἀλλ' ἐμφρούρων ὄντων Ἀθηναίων, καὶ τῶν τὰ πράγματα ἐχόντων ἀττικιζόντων, προσβαλὼν, αἱρεῖ τὴν πόλιν κατὰ κράτος. τὰ μὲν οὖν χρήματα πάντα διήρπαζον οἱ στρατιῶται. τὰ δὲ ἀνδράποδα πάντα ξυνήθροισεν ὁ Καλλικρατίδας εἰς τὴν ἀγοράν. καὶ κελευόντων τῶν ξυμμάχων ἀποδόσθαι καὶ τοὺς Μηθυμναίους, οὐκ ἔφη αὐτοῦ γε ἄρχοντος, οὐδένα Ἑλλήνων εἰς τὸ κείνου δυνατὸν ἀνδραποδισθῆναι. τῇ δ' ὑστεραίᾳ, τοὺς μὲν ἐλευθέρους ἀφῆκε, τοὺς δὲ τῶν Ἀθηναίων φρουροὺς, καὶ τὰ ἀνδράποδα τὰ δοῦλα πάντα ἀπέδοτο. Κόνωνι δὲ εἶπεν, ὅτι παύσει αὐτὸν μοιχῶντα τὴν θάλατταν. κατιδὼν δὲ αὐτὸν ἀναγόμενον ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, ἐδίωκεν ὑποτεμνόμενος τὸν εἰς Σάμον πλοῦν, ὅπως μὴ ἐκεῖσε φύγῃ. Κόνων δ' ἔφευγε ταῖς ναυσὶν εὖ πλεούσαις, διὰ τὸ ἐκ πολλῶν πληρωμάτων, εἰς ὀλίγας ἐκλελέχθαι τοὺς ἀρίστους ἐρέτας. καὶ καταφεύγει εἰς Μυτιλήνην τῆς Λέσβου, καὶ ξὺν αὐτῷ τῶν δέκα στρατηγῶν, Λέων καὶ Ἐρασινίδης. Καλλικρατίδας δὲ ξυνεισέπλευσεν εἰς τὸν λιμένα, διώκων ναυσὶν ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα. Κόνων δὲ, ὡς ἔφθη ὑπὸ τῶν πολιτῶν κατακωλυθεὶς, ἠναγκάσθη ναυμαχῆσαι πρὸς τῷ λιμένι. καὶ ἀπώλεσε ναῦς τριάκοντα, οἱ δὲ ἄνδρες εἰς τὴν γῆν ἀπέφυγον. τὰς δὲ λοιπὰς τῶν νεῶν τετταράκοντα οὔσας, ὑπὸ τῷ τείχει ἀνείλκυσε. Καλλικρατίδας δὲ ἐν τῷ λιμένι ὁρμισάμενος, ἐπολιόρκει ἐνταῦθα τὸν ἔκπλουν ἔχων, καὶ κατὰ γῆν μεταπεμψάμενος τοὺς Μηθυμναίους πανδημεὶ, καὶ ἐκ τῆς Χίου τὸ στράτευμα διεβίβασε, χρήματά τε παρὰ Κύρου αὐτῷ ἦλθεν. ὁ δὲ Κόνων, ἐπεὶ ἐπολιορκεῖτο καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ σίτων οὐδαμόθεν ἦν εὐπορῆσαι. οἱ δὲ ἄνθρωποι πολλοὶ ἐν τῇ πόλει ἦσαν, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι οὐκ ἐβοήθουν, διὰ τὸ μὴ πυνθάνεσθαι ταῦτα, καθελκύσας τῶν νεῶν τὰς ἄριστα πλεούσας δύο, ἐπλήρωσε πρὸ ἡμέρας, ἐξ ἁπασῶν τῶν νεῶν τοὺς ἀρίστους ἐρέτας ἐκλέξας, καὶ τοὺς ἐπιβάτας εἰς κοίλην ναῦν μεταβιβάσας, καὶ τὰ παραῤῥύματα παραλαβών. τὴν μὲν οὖν ἡμέραν οὕτως ἀνεῖχον. εἰς δὲ τὴν ἑσπέραν, ἐπεὶ σκότος εἴη, ἐξεβίβαζεν, ὡς μὴ καταδήλους εἶναι τοῖς πολεμίοις ταῦτα ποιοῦντας. τῇ πέμπτῃ δὲ ἡμέρᾳ ἐνθέμενοι σῖτα μέτρια, ἐπειδὴ ἤδη μέσον ἡμέρας ἦν, καὶ οἱ ἐφορμοῦντες ὀλιγώρως εἶχον, καὶ ἔνιοι ἀνεπαύοντο, ἐξέπλευσαν ἔξω τοῦ λιμένος. καὶ ἡ μὲν ἐπὶ Ἑλλησπόντου ὥρμησεν, ἡ δὲ εἰς τὸ πέλαγος. τῶν δ' ἐφορμούντων, ὡς ἕκαστοι ἤνοιγον, τάς τε ἀγκύρας ἀποκόπτοντες, καὶ ἐγειρόμενοι ἐβοήθουν, τεταραγμένοι

μένοι τυχόντες, ἐν τῇ γῇ ἀριστοποιούμενοι. ἐκβάντων δὲ ἐδίωκον τὴν ἐν πελάγει ἐφορμοῦσαν, καὶ ἅμα τῷ ἡλίῳ δύνοντι κατέλαβον, καὶ κρατήσαντες μάχῃ, ἀναδησάμενοι, ἀπῆγον ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτοῖς ἀνδράσιν. ἡ δ᾽ ἐπὶ τοῦ Ἑλλησπόντου φυγοῦσα ναῦς, διέφυγε. καὶ ἀφικομένη ἐς τὰς Ἀθήνας, ἐξαγγέλλει τὴν πολιορκίαν. Διομέδων δὲ βοηθῶν Κόνωνι πολιορκουμένῳ, δώδεκα ναυσὶν ὡρμίσατο ἐς τὸν εὔριπον τῶν Μιτυληναίων. ὁ δὲ Καλλικρατίδας ἐπιπλεύσας αὐτῷ ἐξαίφνης, δέκα μὲν τῶν νεῶν ἔλαβε. Διομέδων δ᾽ ἔφυγε τῇ τε αὑτοῦ, καὶ ἄλλῃ. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τὰ γεγενημένα, καὶ τὴν πολιορκίαν ἐπεὶ ἤκουσαν, ἐψηφίσαντο βοηθεῖν ναυσὶν ἑκατὸν καὶ δέκα, εἰσβιβάζοντες τοὺς ἐν ἡλικίᾳ ὄντας ἅπαντας, καὶ δούλους καὶ ἐλευθέρους. καὶ πληρώσαντες τὰς δέκα καὶ ἑκατὸν, ἐν τριάκοντα ἡμέραις ἀπῆραν. εἰσέβησαν δὲ καὶ τῶν ἱππέων πολλοί. μετὰ ταῦτα ἀνήχθησαν ἐς Σάμον. κἀκεῖθεν Σαμίας ναῦς ἔλαβον δέκα. ἤθροισαν δὲ καὶ ἄλλας πλείους ἢ τριάκοντα παρὰ τῶν ἄλλων ξυμμάχων, εἰσβαίνειν ἀναγκάσαντες ἅπαντας, ὁμοίως δὲ καὶ εἴ τινες αὐτοῖς ἔτυχον ἔξω οὖσαι. ἐγένοντο δὲ αἱ πᾶσαι, πλείους ἢ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. ὁ δὲ Καλλικρατίδας ἀκούων τὴν βοήθειαν ἤδη ἐν Σάμῳ οὖσαν, αὐτοῦ μὲν κατέλιπε πεντήκοντα ναῦς, καὶ ἄρχοντα Ἐτεόνικον. ταῖς δὲ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀναχθεὶς, ἐδειπνοποιεῖτο τῆς Λέσβου ἐπὶ τῇ Μαλέᾳ ἄκρᾳ, ἀντίον τῆς Μιτυλήνης. τῇ δ᾽ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἔτυχον καὶ οἱ Ἀθηναῖοι δειπνοποιούμενοι ἐν ταῖς Ἀργινούσαις. αὗται δ᾽ εἰσὶν ἀντίον τῆς Λέσβου ἐπὶ τῇ Μαλέᾳ ἄκρᾳ, ἀντίον τῆς Μιτυλήνης. τῆς δὲ νυκτὸς ἰδὼν τὰ πυρὰ, καί τινων αὐτῷ ἐξαγγειλάντων, ὅτι Ἀθηναῖοι εἶεν, ἀνήγετο περὶ μέσας νύκτας, ὡς ἐξαπιναίως προσπέσοι. ὕδωρ δ᾽ ἐπιγενόμενον πολὺ, καὶ βρονταὶ, διεκώλυσαν τὴν ἀναγωγήν. ἐπεὶ δὲ ἀνέσχεν, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἔπλει ἐπὶ τὰς Ἀργινούσας. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἀντανήγοντο ἐς τὸ πέλαγος τῷ εὐωνύμῳ, παρατεταγμένοι ὧδε. Ἀριστοκράτης μὲν τὸ εὐώνυμον ἔχων, ἡγεῖτο πεντεκαίδεκα ναυσί. μετὰ δὲ ταῦτα Διομέδων ἑτέραις πεντεκαίδεκα. ἐπετέτακτο δὲ Ἀριστοκράτει μὲν Περικλῆς. Διομέδοντι δὲ Ἐρασινίδης. παρὰ δὲ Διομέδοντα οἱ Σάμιοι δέκα ναυσὶν ἐπὶ μιᾶς τεταγμένοι. ἐστρατήγει δὲ αὐτῶν Σάμιος, ὀνόματι Ἱππεύς. ἐχόμεναι δὲ τῶν ταξιάρχων δέκα, καὶ αὐταὶ ἐπὶ μιᾶς. ἐπὶ δὲ ταύταις αἱ τῶν ναυάρχων τρεῖς, καὶ εἴ τινες ἄλλαι ἦσαν ξυμμαχίδες. τὸ δὲ δεξιὸν κέρας Πρωτόμαχος εἶχε πεντεκαίδεκα ναυσί. παρὰ δ᾽ αὐτὸν Θρασύλος ἑτέραις πεντεκαίδεκα. ἐπετέτακτο δὲ, Πρωτομάχῳ μὲν Λυσίας, ἔχων τὰς ἴσας ναῦς· Θρασύλῳ δὲ, Ἀριστογένης. οὕτω δ᾽ ἐτάχθησαν, ἵνα μὴ διέκπλουν διδοῖεν. χεῖρον γὰρ ἔπλεον. αἱ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων, ἀντιτεταγμέναι ἦσαν ἅπασαι ἐπὶ μιᾶς, ὡς πρὸς διέκπλουν, καὶ περίπλουν, παρεσκευασμέναι, διὰ τὸ βέλτιον πλεῖν. εἶχε δὲ τὸ δεξιὸν κέρας Καλλικρατίδας. Ἕρμων δὲ Μεγαρεὺς ὁ τῷ Καλλικρατίδᾳ κυβερνῶν, εἶπε πρὸς αὐτὸν, ὅτι εἴη καλῶς ἔχον ἀποπλεῦσαι. αἱ γὰρ τριήρεις τῶν Ἀθηναίων πολλῷ πλείονες ἦσαν. Καλλικρατίδας δὲ εἶπεν, ὅτι ἡ Σπάρτη οὐδὲν μὴ κάκιον οἰκεῖται, αὐτοῦ ἀποθανόντος. φεύγειν δὲ αἰσχρὸν εἶναι ἔφη. μετὰ δὲ ταῦτα ἐναυμάχησαν χρόνον πολὺν, πρῶτον μὲν ἀθρόαι, ἔπειτα δὲ διεσκεδασμέναι. ἐπεὶ δὲ Καλλικρα-

τίδας

multuantes abrumpunt: nã milites in terra prandiũ parabãt, cursuq; celerrimo Atticas insequuti sunt naues: & illa quæ altũ tenuit, sub solis occasum ab insequẽtibus capta, ac unà cũ uiris ad reliquã remulco perducta est classem: altera uero quæ in Hellespontũ uersus fugã arripuit, euasit, & obsidionis nuncia Athenas peruenit. Diomedonti interim, cum Cononi obsesso duodecim nauibus per Mitylenæorum euripũ opem ferre quæreret, fit obuiam Callicratides, & decem captis nauibus, duæ cum ipso duce ægerrime dilapsæ sunt. Athenienses interim audita suorum clade ac obsidione, triginta diebus centum ac decẽ instruxere naues, habito delectu ex omni ætate, ac fortuna, seruis, ac liberis: cum ijs, ac equitibus quamplurimis, Samum appulerunt: ubi decem Samijs acceptis nauibus, plures quàm triginta ab alijs collegere socijs (nam omnes sequi cogebant) itemq; si quas foris habebant. Itaque plus centum ac quinquaginta nauium expleuere classem. Callicratides audito Atheniensium accessu, iamq; eos in Samo esse, quinquaginta naues cum Eteonico ad obsidionem reliquit: ipse cum centum uiginti nauium classe, ad Maleam Mitylenæ promontorium concessit, ubi & cœnauit. Contigit eadem quoque die Athenienses ad Arginusas cœnare. Sitæ sunt Arginusæ ante Lesbum, in Maleæ conspectu, contra Mitylenem. Lacon dux nocte ignes intuitus, edoctusque Athenienses adesse, circa mediam noctem classem, ut nec opinantes inuaderet mouit: sed uehementi ingruente pluuia, ac tonitruis strepentibus, pugnare prohibitus est. At quum disserenasset, ubi primum illuxit, ad Arginusas nauigauit: cui obuiam facti sunt Athenienses, ita instructi: Aristocrates cum nauibus quindecim leuum tenebat cornu: totidem Diomedon sequebatur. Aristocrati Pericles succedebat, Diomedonti Erasinides: post quos Samij decem collocati erant nauibus, quibus præerat Samius quidam nomine Hippeus. Post illos centurionum decem, & eæ singulæ. Secundum has erant Nauarchorum tres naues, & si quæ aliæ aderant auxiliares. Dextrum cornu Protomachus, cum quindecim procurabat nauibus: post quem Thrasylus, cum totidẽ locatus erat: cui hærebat Aristogenes. Protomachũ uero æquali nauium numero Lysias sequebatur, & Thrasylum Aristogenes. quem ordinem tenebant ne circumueniri possent: nam graues agebant naues: econtra Lacedæmonij leues & agiles, maximeq; ad excursionem & circumueniendum idoneas. Dextrum Callicratides ducebat cornu: qui ab Hermone Megarensi gubernatore suo admonitus, ut sine prælio discederet, cùm omnino Atticæ classis numero superaretur. Cui Callicratides respondisse fertur: SPARTAM SE CADENTE, NIHIL deteriorem futuram: at sibi fugere esse turpissimum. Pugnatum est ab initio conserto utrinque agmine, mox sparsim: sed postquam Callicra-

tides

tides naui excussus in mare decidit, & Protoma
chus dextro sinistrum uicit cornu, tunc manife-
sta Peloponnensium subsequuta est fuga: quidam
in Chium contenderunt, plurimi Phocæam fuga
delati sunt. Athenienses quinque & uiginti amis-
sis nauibus, cum uiris ipsis, præter paucos qui in
terram euaserant, Arginusas reuersi sunt. Pelo-
ponnensium, Laconicæ nouem, cùm omnino de-
cem essent, sociorum uero plus quàm sexagin-
ta desideratæ sunt naues. Habebant in animo
duces Attici, Theramenem ac Thrasybulum,
cum quibusdam alijs præfectis, ac nauibus qua-
draginta sex, naufragis in succursum mittere:
reliqua classe ad Eteonicum, qui circa Mityle-
nem sedebat, opprimendum nauigare: sed uen-
tus quum tempestate uehemēti ortus, quo minus
id facerent impedimento fuit. Tropheo igitur
erecto, ibi manere coacti sunt. Eteonicus inte-
rea quum per actuarium lembum de suorum cla
de certior factus esset, nuncios protinus taci-
tos discedere iussit: suppresso tantisper eorum
aduentu, donec rursus in eadem castra coronati
reuerterentur, ac magno clamore Callicrati-
dem naualis pugnæ uictorem, omnibus hostium
depressis nauibus, nunciarent. Quod cùm illi fe-
cissent, ipse ob rem bene gestam sacrificauit, mi-
litesq; cœnare iussit. Mercatores uero ut sine tu
multu pecunias nauibus imponerent, admonuit,
eosq; in Chium præmisit, qui uentum secundum
nacti, celeriter abierunt: ipse terrestri itinere, in
censis castris, Methymnam contendit. Conō sub
hostium digressu, ac uentis cadentibus, deductis
nauibus suis obuiam Arginusas proficiscitur, et
quæ circa Eteonicum acciderant, nunciauit. A-
thenienses itaque Mitylenem nauigarunt, inde
Chium: ubi cùm nihil agere potuissent, Samum
reducta est classis. Interim qui domi erant Athe
nienses, abrogarunt ducibus, præter Cononi, im
perium: cui alios duos, Adimātum & Philoclem
adiunxere collegas. Duces itaq; qui prælio inter
fuerant nauali, præter Protomachum & Aristo
genem, Athenas reuersi sunt, Pericles nempe, et
Diomedon, Lysias, Aristocrates, Thrasylus, &
Erasinides: cui Archidemus, qui tum Athenis
præsidebat, & Deceleæ curam gerebat, insidias
struxit, ac publice accusauit, insimulans illum
clam ex Hellespōto pecunias, quæ populi essent,
attulisse: insuper ei ob male administratam præ-
turam diem dixit: quam ob rem Erasinidē in car
cerem duci, æquum esse uisum est. Post hæc cùm
duces in concilio pugnæ rationē redderent, tem
pestatisq; uim prætenderent, illos quoq; Timo-
crates uinctos populo tradi, iustum esse censuit:
qui & ipsi à senatu in uincula coniecti sunt: con-
cioq; coacta est, in qua duces à pluribus, præci-
pue tamen ab Theramene accusati sunt, iustum
esse dicente, eos rationem reddere, cur naufra-
gis opē non tulissent: & cùm nullū aliud haberet
argumentum, epistolam quādam in testimonium
producebat. Duces ad senatum et populū delati,
nihil aliud quàm tempestatis uim prætendebant:
inde

πίδας τε, ἐμβαλούσης τῆς νεὼς, ἀποπεσὼν ἐς τὴν θάλατ
ταν, ἠφανίσθη, πρωτόμαχός τε καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ τῷ δε
ξιῷ τὸ εὐώνυμον ἐνίκησαν. ἐντεῦθεν φυγὴ τῶν πελο
ποννησίων ἐγένετο ἐς χίον, πλείστων δὲ καὶ ἐς φώκαιαν.
οἱ δὲ ἀθηναῖοι πάλιν ἐς τὰς ἀργινούσας κατέπλευσαν.
ἀπώλοντο δὲ τῶν μὲν ἀθηναίων νῆες πέντε καὶ εἴκοσιν
αὐτοῖς ἀνδράσιν, ἐκτὸς ὀλίγων τῶν πρὸς τὴν γῆν προσε
νεχθέντων. τῶν δὲ πελοποννησίων, λακωνικαὶ μὲν ἐννέα,
πασῶν οὐσῶν δέκα. τῶν δ' ἄλλων ξυμμάχων πλείους ἢ
ἑξήκοντα. ἔδοξε δὲ καὶ τοῖς τῶν ἀθηναίων στρατηγοῖς,
ἓξ μὲν καὶ τετταράκοντα ναυσὶ θηραμένην τε καὶ θρα
σύβουλον, τριηράρχους ὄντας, καὶ τῶν ταξιάρχων τινάς,
πλεῖν ἐπὶ τὰς καταδεδυκυίας ναῦς, καὶ τοὺς ἐπ' αὐτῶν
ἀνθρώπους. ταῖς δ' ἄλλαις ἐπὶ τὰς μετ' ἐτεονίκου τῇ μι
τυλήνῃ ἐφορμούσας. ταῦτα δὲ βουλομένους ποιεῖν, ἄνε
μος καὶ χειμὼν αὐτοὺς διεκώλυσε, μέγας γενόμενος.
τρόπαιον δὲ στήσαντες, αὐτοῦ ηὐλίζοντο. τῷ δ' ἐτεονίκῳ
ὁ ὑπηρετικὸς κέλης, πάντα ἐξήγγελλε τὰ περὶ τὴν ναυμα
χίαν. ὁ δὲ αὐτὸν πάλιν ἐξέπεμψεν, εἰπὼν τοῖς ἐνοῦσι σιω
πῇ ἐκπλεῖν, καὶ μηδενὶ διαλέγεσθαι. παραχρῆμα δὲ αὖθις
πλεῖν ἐς τὸ ἑαυτῶν στρατόπεδον ἐστεφανωμένους, καὶ βοῶν
τας, ὅτι καλλικρατίδας νενίκηκε ναυμαχῶν, καὶ ὅτι αἱ
τῶν ἀθηναίων νῆες ἀπολώλασιν ἅπασαι. καὶ οἱ μὲν
ταῦτ' ἐποίουν. αὐτὸς δ' ἐπειδὴ ἐκεῖνοι κατέπλεον, ἔθυε
τὰ εὐαγγέλια, καὶ τοῖς στρατιώταις παρήγγελλε δειπνο
ποιεῖσθαι, καὶ τοῖς ἐμπόροις τὰ χρήματα σιωπῇ ἐνθεμέ
νους ἐς τὰ πλοῖα, ἀποπλεῖν ἐς χίον (ἦν δὲ τὸ πνεῦμα οὔ
ριον) καὶ τὰς τριήρεις τὴν ταχίστην. αὐτὸς δὲ τὸ πεζὸν
ἀπῆγεν ἐς τὴν μήθυμναν, τὸ στρατόπεδον ἐμπρήσας. κό
νων δὲ καθελκύσας τὰς ναῦς, ἐπεὶ οἵ τε πολέμιοι ἀποδε
δράκεσαν, καὶ ὁ ἄνεμος εὐδιαίτερος ἦν, ἀπαντήσας
τοῖς ἀθηναίοις ἤδη ἀνηγμένοις ἐκ τῶν ἀργινουσῶν, ἔφρα
σε τὰ περὶ τοῦ ἐτεονίκου. οἱ δὲ ἀθηναῖοι κατέπλευσαν
ἐς τὴν μιτυλήνην. ἐκεῖθεν δ' ἐπανήχθησαν ἐς τὴν χίον.
καὶ οὐδὲν διαπραξάμενοι, ἀπέπλευσαν ἐπὶ σάμου. οἱ δ'
ἐν οἴκῳ τούτους μὲν τοὺς στρατηγοὺς ἔπαυσαν, πλὴν κό
νωνος. πρὸς δὲ τούτῳ εἵλοντο ἀδείμαντον, καὶ τρίτον
φιλοκλέα. τῶν δὲ ναυμαχησάντων στρατηγῶν πρωτό
μαχος μὲν καὶ ἀριστογένης οὐκ ἀπῆλθον ἐς ἀθήνας. τῶν
δὲ ἓξ καταπλευσάντων, περικλέους, καὶ διομέδοντος,
καὶ λυσίου, καὶ ἀριστοκράτους, καὶ θρασύλου, καὶ ἐρα
σινίδου, ἀρχέδημος τότε προεστηκὼς ἐν ἀθήναις, καὶ
τῆς δεκελείας ἐπιμελούμενος, ἐρασινίδῃ ἐπιβολὴν ἐπι
βαλὼν, κατηγόρει ἐν δικαστηρίῳ, φάσκων ἐξ ἑλλησπόν
του αὐτὸν ἔχειν χρήματα, ὄντα τοῦ δήμου. κατηγόρει δὲ καὶ
περὶ τῆς στρατηγίας, καὶ ἔδοξε τῷ δικαστηρίῳ δῆσαι τὸν
ἐρασινίδην. μετὰ δὲ ταῦτα ἐν τῇ βουλῇ διηγοῦντο οἱ στρα
τηγοὶ περί τε τῆς ναυμαχίας, καὶ τοῦ μεγέθους τοῦ χειμῶνος,
τιμοκράτους δ' εἰπόντος ὅτι καὶ τοὺς ἄλλους χρὴ δεθέν
τας ἐς τὸν δῆμον παραδοθῆναι, ἡ βουλὴ ἔδησε. μετὰ δὲ
ταῦτα ἐκκλησία ἐγένετο, ἐν ᾗ στρατηγῶν κατηγόρουν
obuiam habuere exercitum, ibiq; statiua acta sunt quoad cuncti cõuenirent socij: quibus collectis uniuersum Archidamus Corinthum duxit exercitũ: dimißis inde socijs, ciues domũ reduxit. Iason uerò per Phocidem reuersus est, ubi Hyampolitorũ cepit suburbia, nec nõ plurimis interfectis uniuersam regionem ferro ac igni uastauit: reliquã inde Phocidem absq; maleficio emensus est. Cũq; Heracleã peruenisset, Heracleensiũ muros disiecit, nõ eam ob causam quòd timeret ne aliquãdo occupatis his angustijs quispiã illi bellum inferret, sed potius cùm Heracleam in montiũ sitã angustijs cerneret, uerebatur ne aliquando cùm in Græciã irrumpere uellet, præoccupata Heraclea id facere prohiberetur. Postquã uerò rursus in Thessaliam peruenisset, magni erat nominis, tum quod lege Thessalorũ dux cõstitutus erat, tum quòd mercenariorum tam equitũ quàm peditũ ingentem aleret numerũ, qui omnes ueterani ac fortißimi erãt uiri. Augebatur potentia illa propter societatem multorũ, non solum eorum qui iam cum eo amicitiam contraxerant, sed & qui ei conciliari desiderabant: quapropter eò deuenit potẽtiæ, ut à nemine uno cõtemni posset. Cùm uerò Pythia aduentassent, ciuitatibus ut boues, oues, capras, & sues ad sacrificium pascerent edixit. Et quamuis singulis ciuitatibus mediocris numerus iniunctus esset, ferebatur tamen boues haud pauciores mille fuisse, reliquorum uerò pecorum decem millium excessisse numerum. Auream quoq; coronam ciuitatibus uictoriæ præmiũ cõstituit, qui pulchriorẽ deo bouem pauissent. Thessalis insuper mandauit, ut tanquam circa tempora quibus Pythia celebrantur militaturi essent, se instruerent: decreuerat enim, ut aiunt, panegyrim deo peragere, certamina uerò sibiipsi uindicare. Quid uerò meditaretur de sacris pecunijs, nũc quoq; incertũ est. Fertur enim cùm Delphis cõsuluisset oraculũ, quid fieri oporteret si sacras abstulisset pecunias, deũ respõdisse, id sibi curæ fore. Et uir ille quãuis talis tãtusq; esset, eoq;, ut dictũ est, potẽtiæ deuenisset, cũ tamen Pherræorũ inspexisset ac lustrasset equitatũ, iãq; cõsedisset, interrogassetq; nũ quispiã alicuius rei indigus esset, à septẽ qui accesserãt iuuenibus, & litẽ inter se finxerant, trucidatus ac cõfectus est. Cumq; satellites qui aderãt impigrè illi opem tulissent, unus ex eis cũ adhuc Iasonẽ feriret, lãcea traiectus occubuit: alter uerò cũ equũ ascẽdere conaretur deprehẽsus, multisq; cõfectus uulneribus cecidit: reliqui ascensis ad id præparatis equis, omnes euasere, ac in quãcunq; Græciæ uenissent ciuitatẽ, summis accepti sunt honoribus. Hinc intelligere licet, in maximo Græcos constitutos fuisse timore, ne in apertã quãdoq; erũperet tyrãnidem. Interfecto illo, Polydorus frater ipsius et Polyphrõ duces cõstituti sunt: et Polydorus, cũ ambo Larißã pergerẽt dormiẽs, nocte à Polyphrone fratre, ut cõiecturare licet, interẽptus est. Repẽtina enim mors, et absq; manifesto indicio, suspiciõe nõ caruit. Et Polyphrõ annum imperauit unũ, ducatumq; in tyrannidẽ mutauit. Nã Pharsali Polydamantem

Iasonis interitus.

mantem

περιτυγχάνουσι τῷ μετὰ Ἀρχιδάμου στρατεύματι. οὗ δὴ ἀναμείνας ἕως καὶ οἱ σύμμαχοι πάντες παρεγένοντο, ἀπήγαγε πᾶν ὁμοῦ τὸ στράτευμα μέχρι Κορίνθου. ἐκεῖθεν δὲ τοὺς μὲν συμμάχους ἀφῆκε, τοὺς δὲ πολίτας οἴκαδε ἀπήγαγεν. ὁ μέντοι Ἰάσων ἀπιὼν διὰ τῆς Φωκίδος, Ὑαμπολιτῶν μὲν τό, τε προάστειον εἷλε, καὶ τὴν χώραν ἐπόρθησε, καὶ ἀπέκτεινε πολλούς. τὴν δ' ἄλλην Φωκίδα διῆλθεν ἀπραγμόνως. ἀφικόμενος δ' εἰς Ἡράκλειαν, κατέβαλε τὸ Ἡρακλεωτῶν τεῖχος. δῆλον ὅτι οὐ τοῦτο φοβούμενος μή τινες ἀναπεπταμένης ταύτης τῆς παρόδου, πορεύοιντο ἐπὶ τὴν ἐκείνου δύναμιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐνθυμούμενος, μή τινες τὴν Ἡράκλειαν ἐπὶ στενῷ οὖσαν, καταλαβόντες εἴργοιεν αὐτὸν εἴ ποι βούλοιτο τῆς Ἑλλάδος πορεύεσθαι. ἐπεὶ δ' ἀπῆλθε πάλιν εἰς τὴν Θετταλίαν, μέγας μὲν ἦν καὶ διὰ τὸ τῷ νόμῳ Θετταλῶν ταγὸς καθεστάναι, καὶ διὰ τὸ μισθοφόρους πολλοὺς τρέφειν περὶ αὑτὸν καὶ πεζοὺς καὶ ἱππέας, καὶ τούτους ἐκπεπονημένους, ὡς ἂν κράτιστοι εἶεν. ἔτι δὲ μείζων, καὶ διὰ τὸ συμμάχους πολλοὺς, τοὺς μὲν ἤδη εἶναι αὐτῷ, τοὺς δὲ καὶ ἔτι βούλεσθαι γίγνεσθαι. μέγιστος δ' ἦν τῶν καθ' αὑτὸν τῷ μηδ' ὑφ' ἑνὸς εὐκαταφρόνητος εἶναι. ἐπιόντων δὲ Πυθίων, παρήγγειλε μὲν ταῖς πόλεσι βοῦς καὶ οἶς καὶ αἶγας, καὶ ὗς, καὶ παρασκευάζεσθαι ὡς εἰς τὴν θυσίαν. καὶ ἔφασαν πάνυ μετρίως ἑκάστῃ πόλει ἐπαγγελλομένων, γενέσθαι βοῦς μὲν οὐκ ἐλάττους χιλίων. τὰ δὲ ἄλλα βοσκήματα πλείω ἢ μύρια. ἐκήρυξε δὲ καὶ νικητήριον χρυσοῦν στέφανον ἔσεσθαι, ἥτις τῶν πόλεων βοῦν ἡγεμόνα κάλλιστον τῷ θεῷ θρέψειε. παρήγγειλε δὲ καὶ ὡς στρατευσομένοις εἰς τὸν περὶ τὰ Πύθια χρόνον Θετταλοῖς παρασκευάζεσθαι. διενοεῖτο γάρ, ὥς ἔφασαν, καὶ τὴν πανήγυριν τῷ θεῷ, καὶ τοὺς ἀγῶνας αὐτὸς διατιθέναι. περὶ μέντοι τῶν ἱερῶν χρημάτων, ὅπως μὲν διενοεῖτο, ἔτι καὶ νῦν ἄδηλον. λέγεται γὰρ ἐπερομένων τῶν Δελφῶν τί χρὴ ποιεῖν, ἐὰν λαμβάνῃ τῶν τοῦ θεοῦ χρημάτων, ἀποκρίνασθαι τὸν θεόν, ὅτι αὐτῷ μελήσει. ὁ δ' οὖν ἀνὴρ τηλικοῦτος ὤν, καὶ τοσαῦτα, καὶ τοιαῦτα διανοούμενος, ἐξέτασιν πεποιηκώς, καὶ δοκιμασίαν τοῦ Φεραίων ἱππικοῦ, καὶ ἤδη καθήμενος, καὶ ἀποκρινόμενος, εἴ τις δέοιτό του, ὑπὸ νεανίσκων ἑπτὰ προσελθόντων, ὡς διαφερομένων τι ἀλλήλοις, ἀποσφάττεται, καὶ κατακόπτεται. βοηθησάντων δὲ ἐρρωμένως τῶν παραγενομένων δορυφόρων, εἷς μὲν ἔτι τύπτων τὸν Ἰάσονα, λόγχῃ πληγεὶς ἀποθνήσκει. ἕτερος δὲ ἀναβαίνων ἐφ' ἵππον, ἐγκαταληφθείς, καὶ πολλὰ τραύματα λαβών, ἀπέθανεν. οἱ δ' ἄλλοι ἀναπηδήσαντες ἐπὶ τοὺς παρεσκευασμένους ἵππους, ἀπέφυγον. ὅποι δ' ἀφίκοιντο τῶν Ἑλληνίδων πόλεων, ἐν ταῖς πλείσταις ἐτιμῶντο. ᾧ καὶ δῆλον ἐγένετο, ὅτι ἰσχυρῶς ἔδεισαν οἱ Ἕλληνες αὐτόν, μὴ τύραννος γένοιτο. ἀποθανόντος μέντοι ἐκείνου, Πολύδωρος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, καὶ Πολύφρων, ταγοὶ κατέστησαν. καὶ ὁ μὲν Πολύδωρος, πορευομένων ἀμφοτέρων εἰς τὴν Λάρισσαν, νύκτωρ καθεύδων, ἀποθνήσκει ὑπὸ Πολύφρονος τοῦ ἀδελφοῦ, ὡς ἐδόκει. ὁ γὰρ θάνατος αὐτοῦ ἐξαπιναῖός τε, καὶ οὐκ ἔχων φανερὰν πρόφασιν, ἐγένετο. ὁ δ' αὖ Πολύφρων ἦρξε μὲν ἐνιαυτόν, κατεσκευάσατο δὲ τὴν ταγείαν, τυραννίδι ὁμοίαν. ἔν τε γὰρ Φαρσάλῳ τὸν Πολυδάμαντα

μαντα

μαντα, καὶ ἄλλους τῶν πολιτῶν, ὀκτὼ τοὺς κρατίστους ἀπέκτεινεν, ἐκ δὲ λαρίσσης πολλοὺς φυγάδας ἐποίησε. ταῦτα δὲ ποιῶν, καὶ οὗτος ἀποθνήσκει ὑπ' ἀλεξάνδρου, ὡς τιμωρούμενος τῷ πολυδώρῳ, καὶ τὴν τυραννίδα καταλύων. ἐπεὶ δ' αὐτὸς παρέλαβε τὴν ἀρχήν, χαλεπὸς μὲν θετταλοῖς ταγὸς ἐγένετο, χαλεπὸς δὲ θηβαίοις καὶ ἀθηναίοις πολέμιος. ἄδικος δὲ λῃστὴς καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. τοιοῦτος δ' ὤν, καὶ αὐτὸς ἀποθνήσκει, αὐτοχειρίᾳ μὲν ὑπὸ τῶν γυναικὸς ἀδελφῶν. βουλῇ δὲ ὑπ' αὐτῆς ἐκείνης. τοῖς τε γὰρ ἀδελφοῖς ἐξήγγειλεν ὡς ἀλέξανδρος ἐπιβουλεύει αὐτοῖς, καὶ ἔκρυψεν αὐτοὺς ἔνδον ὅλην τὴν ἡμέραν. καὶ δεξαμένη μεθύοντα τὸν ἀλέξανδρον, ἐπεὶ κατεκοίμησεν, ὁ μὲν λύχνος ἐκάετο, τὸ δὲ ξίφος αὐτοῦ ἐξήνεγκεν. ὡς δ' ᾔσθετο ὀκνοῦντας εἰσιέναι ἐπὶ τὸν ἀλέξανδρον τοὺς ἀδελφούς, εἶπεν, ὡς εἰ μὴ ἤδη πράξοιεν, ἐξεγερεῖ αὐτόν. ὡς δ' εἰσῆλθον, ἐπισπάσασα τὴν θύραν, εἴχετο τοῦ ῥόπτρου, ἕως ἀπέθανεν ὁ ἀνήρ. ἡ δὲ ἔχθρα λέγεται αὐτῇ πρὸς τὸν ἀλέξανδρον γενέσθαι, ὑπὸ μέν τινων, ὡς ἐπεὶ ἔδησε τὰ ἑαυτοῦ παιδικὰ ὁ ἀλέξανδρος, νεανίσκον ὄντα καλόν, δεηθείσης αὐτῆς λῦσαι, ἐξαγαγὼν αὐτόν, ἀπέσφαξεν. οἱ δέ τινες, ὡς ἐπεὶ παῖδες αὐτῷ οὐκ ἐγίγνοντο ἐκ ταύτης, ὅτι ἔπεμπεν εἰς θήβας, ἐμνᾶτο τὴν ἰάσονος γυναῖκα ἀναλαβεῖν. τὰ μὲν οὖν αἴτια τῆς ἐπιβουλῆς ὑπὸ τῆς γυναικὸς οὕτω λέγεται. τῶν δὲ ταῦτα πραξάντων, ἄχρις οὗ ὅδε ὁ λόγος ἐγράφετο, τισίφονος πρεσβύτατος ὢν τῶν ἀδελφῶν, τὴν ἀρχὴν εἶχε. καὶ τὰ μὲν θετταλικά, ὅσα περὶ ἰάσονα ἐπράχθη, καὶ μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον μέχρι τῆς τισιφόνου ἀρχῆς, δεδήλωται. νῦν δ' ἐπάνειμι ἔνθεν ἐνταῦθα ἐξέβην. ἐπεὶ γὰρ ἀρχίδαμος ἐκ τῶν ἐπὶ λεῦκτρα βοιωτίας ἀπήγαγε τὸ στράτευμα, ἐνθυμηθέντες οἱ ἀθηναῖοι, ὅτι οἱ πελοποννήσιοι ἔτι οἴονται χρῆναι ἀκολουθεῖν, καὶ οὔπω διακέοιντο οἱ λακεδαιμόνιοι, ὥσπερ τοὺς ἀθηναίους διέθεσαν, μεταπέμπονται τὰς πόλεις, ὅσαι βούλονται τῆς εἰρήνης μετέχειν, ἣν βασιλεὺς κατέπεμψεν. ἐπεὶ δὲ συνῆλθον, δόγμα ἐποιήσαντο μετὰ τῶν κοινωνεῖν βουλομένων ὀμόσαι τόνδε τὸν ὅρκον, ἐμμενῶ ταῖς σπονδαῖς, ἃς βασιλεὺς κατέπεμψε, καὶ τοῖς ψηφίσμασι τῶν ἀθηναίων, καὶ τῶν συμμάχων. ἐὰν δέ τις στρατεύῃ ἐπί τινα πόλιν τῶν ὀμοσασῶν τόνδε τὸν ὅρκον, βοηθήσω παντὶ σθένει. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἔχαιρον τῷ ὅρκῳ. ἠλεῖοι δὲ ἀντέλεγον, ὡς οὐ δέοι αὐτονόμους ποιεῖν, οὔτε μαργανέας, οὔτε σκιλλουντίους, οὔτε τριφυλίους. σφετέρας γὰρ εἶναι ταύτας τὰς πόλεις. οἱ δ' ἀθηναῖοι, καὶ οἱ ἄλλοι ψηφισάμενοι, ὥσπερ βασιλεὺς ἔγραψεν αὐτονόμους εἶναι, ὁμοίως καὶ μικρὰς καὶ μεγάλας πόλεις, ἐξέπεμψαν τοὺς ὁρκωτάς, καὶ ἐκέλευσαν τὰ μέγιστα τέλη ἐν ἑκάστῃ πόλει ὁρκῶσαι. καὶ ὤμοσαν πάντες πλὴν ἠλείων. ἐξ ὧν δὴ καὶ οἱ μαντινεῖς ὡς ἤδη αὐτόνομοι παντάπασιν ὄντες, συνῆλθόν τε πάντες, καὶ ἐψηφίσαντο μίαν πόλιν τὴν μαντίνειαν ποιεῖν, καὶ τειχίζειν τὴν πόλιν. οἱ δ' αὖ λακεδαιμόνιοι ἡγοῦντο εἰ τοῦτο ἄνευ τῆς σφετέρας γνώμης ἔσοιτο, χαλεπὸν ἔσεσθαι. πέμπουσι γοῦν ἀγησίλαον πρεσβευτὴν πρὸς τοὺς μαντινέας, ὅτι ἐδόκει πατρικὸς φίλος αὐτοῖς εἶναι. ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο πρὸς αὐτούς, τὸν μὲν δῆμον τῶν μαντινέων, οἱ ἄρχοντες οὐκ ἤθελον συλλέξαι αὐτῷ, πρὸς δὲ σφᾶς ἐκέλευον λέγειν

mantem cũ octo alijs præstantißimis interfecit ciuibus, ex Larissa uerò quàplurimos in exilium egit. Hec cùm ageret, à fratre Alexãdro, tanquam Polydorũ ulcisceretur, tyrannidẽq; dissoluere conaretur, interfectus est. Sed cũ ille ducatum arripuisset, admodũ Thessalis dux molestus fuit, Thebanis uerò ac Atheniẽsibus hostis infestißimus, piraticamq; ac latrocinia crudelißime terra ac mari exercuit. Cumq; talis esset, ipse quoq; ab uxoris fratribus nõ sine illius fraude peremptus est. Cùm enim Alexãdrũ insidias fratrib. moliri ostẽdisset, clàm eos in thalamũ induxit, ibiq; per integrã celauit diẽ. Alexandrũ uerò uino somnoq; nacta sepultũ, cũ ad lucernæ lumẽ subduxisset ensem, fratres ut rẽ aggrederẽtur hortabatur. Verũ cùm illos timere ac cũctari cerneret, ni cœptũ peragerent, Alexandrũ se excitaturã cõminata est. Inde inductis illis, obdito pessulo, quoad uir occũberet fores clausit. Huius in Alexandrũ odij causam ab aliquibus inde ortũ cœpisse memoriæ proditũ est, quòd cùm pusionẽ suũ iuuenẽ formosum in uincula coniecisset, ipsaq; de solutione illius intercessisset, ille eductũ iugulasset. Alij ferunt, cùm liberos ex illa procreasset, nihilominus Thebas misisse, Iasonisq; uxorẽ sibi despõsasse. Et uxoris insidiarũ causæ hæ fuisse dicuntur. Tisiphonus uerò qui senior inter fratres erat arrepto principatu, illũ ad hæc tempora quo hæc scripsimus obtinuit. Et quæ in Thessalia sub Iasone, ac post illius interitum ad Tisiphoni principatum usq; gesta sunt, hoc se habere pacto. Iã uerò unde digressus sum reuertar.

Alexander Phereus uxoris insidijs iugulatus.

Archidamus postquam ex Leuctris Bœotiæ exercitum abduxerat, Athenienses cœperunt cogitare, Peloponnenses existimare se, ut antea, oportere sequi: & in eo statu Lacedæmonios esse, in quem Athenienses constituissent: quapropter ciuitates omnes quæ pacis, quam rex constituerat, participes esse desiderabant, conuocare cœperunt: quibus collectis decretum fecere, ut omnes qui unà seruire uellent, iuramentum iurarent tale: Inducias quas rex transmisit, Athenienses uerò ac socij confirmarunt, firmiter obseruabo. Quòd si quispiam contra ciuitatem aliquam quæ iuramentum hoc præstitit, militauerit, totis uiribus illam iuuabo. Cumq; iuramento hoc reliqui omnes lætati essent, Elij huic contradicere cœperunt: asserentes neq; Marganes aut Scilũtios siue Triphylios liberi iuris esse debere, quoniam ipsorũ ciuitates illæ essent. Atheniẽses uerò ac reliqui decreuerũt, quemadmodum antea rex scripserat, tam minores quàm maiores liberas esse ciuitates: hacq; ob rem circũ singulas miserunt ciuitates, qui undiq; à magistratibus iuramenta exigerent: omnesq; præter Elios iurauere. Mantinenses uerò cũ se penitus liberos cernerent, conuenere, rursusq; ciuitatẽ condere, ac mœnibus circundare decreuere. Id Lacedæmonij molestißimum esse rati, si contra eorum fieret uolũtatẽ: quapropter Agesilaũ, quoniã paternus illis amicus esse uidebatur, ad Mantinẽses mittunt legatũ. Qui cùm ad illos peruenisset, primores populi concilium dare noluerũt, sed si quid dicere

dicere uellet, id corā ipsis exponeret iusserūt. Et ille eis promisit, si nūc ab opere desisterēt, illudq; in alíud differrēt tempus, se effecturū, ut de Lacedæmoniorū sentētia, & nō magno sumptu, extrueretur murus. Cui illi respōderunt, impoßibile esse rem intermittere, cùm iam publicè decretū esset, ut uniuersa ciuitas munimenta erigeret. quapropter Agesilaus iratus discesit. Bellū uerò illis inferre, cùm propter pacē quā fecissent, essent liberi, impoßibile sibi uidebatur. At Mantinensibus quamplures Arcadiæ ciuitates adiutores misere: Elei uerò tria argēti talēta illis in operis cōtulere expēsas. Et Mantinēses his incūbebant. At Tegeatæ, qui cum Callibio & Proxeno sentiebāt, omnes Arcades cōuenire debere, & quod publicè electū esset, hoc ciuitatibus esse ratū censuerūt. Qui uerò Stasippo adhærebāt, patrijs uti legibus æquum esse diiudicabant. Idcirco cùm qui Callibio et Proxeno fauebāt, in theatris uicti essent, existimabāt si armatum intrò uocarent populum, multitudine superare posse. Id sentientes qui circa Stasippū aderant, ipsi quoq; arma ceperunt, nec numero inferiores erant. Cumq; ad manus uentum esset, Proxenum ac nonnullos alios paucos qui cum eo erant, interfecere: reliquos cùm in fugā uertissent, haud lōgè insequuti sunt. Talis enim Stasippus erat, ut plures ex ciuibus interire haud uellet. At qui cum Callibio effugerant, cùm ab inimicis ampliùs non persequerentur, sub muris & portu quà Mantineam itur collecti quietem agebant. siquidem iam antea ad Mantinenses pro auxilio ferēdo miserant. Interim uerò cum Stasippo & aduersarijs de reconciliatione agebant. Cùm uerò opem sibi ferre conspexissent, alij occupatis muris, ut suppetias eis quamcelerrimè ferrent, orabant Mantinenses, & ut festinarent hortabātur: alij uerò portas illis aperiebant. Stasippus uero & qui cum eo sentiebāt, cùm hac de re certiores facti essent, per portas quæ palantium ferunt, exciderunt, & antequam à persequentibus comprehenderentur, in Dianæ confugerunt templum, ubi inclusi quietem agebant. At eorum inimici ac persequutores conscenso templo, ac culmine reuulso, lateribus illos feriebāt: qui cognita neceßitate illos desistere iusserunt, seq; exire paratos esse ostenderunt. At illorum aduersarij eos tanquam mancipia corripientes, unctosq; curru impositos Tegeam perduxerunt: ubi cùm Mantineis causa cognita fuit, illos interfecere. His actis Tegeatæ qui cum Stasippo senserant, octoginta circiter Lacedæmonem fugere: & Lacedæmonijs ex iuramenti forma quamcelerrimè Tegeatensium mors, tum expulsorum iniuria uindicāda uisa est: quapropter cōtra Mantinenses bellū suscepere, tanquā illi contra iuramentum Tegeatensibus arma intulissent. Cumq; Ephori ita decreuissent, Agesilaum ciuitas educere copias iußit. Et Arcades alij Ascam conuenere, Orchomenij autem cùm familiaritate uti cum Arcadibus nollent, ob Mantinensium odium, quinetiam in urbem recepissent collectos in Corintho mercenarios milites, quibus Polytropus dux erat, manse/

λέγειν ὅτι δέοιτο. ὁ δὲ ὑπισχνεῖτο αὐτοῖς, ἐὰν νῦν ἐπίσχωσι τῆς τειχίσεως, ποιήσειν, ὥστε μετὰ τῆς Λακεδαίμονος γνώμης, καὶ μὴ δαπανηρῶς τειχισθῆναι τὸ τεῖχος. ἐπεὶ δὲ ἀπεκρίναντο, ὅτι ἀδύνατον εἴη ἐπισχεῖν, δόγματος γεγενημένου πάσῃ τῇ πόλει ἤδη τειχίζειν, ἐκ τούτου ὁ μὲν Ἀγησίλαος ἀπῄει ὀργιζόμενος. στρατεύειν γε μέντοι ἐπ' αὐτοὺς οὐ δυνατὸν ἐδόκει εἶναι, ἐπ' αὐτονομίᾳ τῆς εἰρήνης γεγενημένης. τοῖς δὲ Μαντινεῦσιν, ἔπεμπον μὲν καὶ τῶν Ἀρκαδικῶν πόλεών τινες συντειχιοῦντας. οἱ δὲ Ἠλεῖοι καὶ ἀργυρίου τρία τάλαντα συνεβάλοντο αὐτοῖς, εἰς τὴν περὶ τὸ τεῖχος δαπάνην. καὶ οἱ Μαντινεῖς περὶ ταῦτ' ἦσαν· τῶν δέ γε Τεγεατῶν οἱ μὲν περὶ τὸν Καλλίβιον, καὶ Πρόξενον, συνῆγον ἐπὶ τὸ συνιέναι τε πᾶν τὸ Ἀρκαδικόν, καὶ ὅ,τι νικῴη ἐν τῷ κοινῷ, τοῦτο κύριον εἶναι καὶ τῶν πόλεων. οἱ δὲ περὶ τὸν Στάσιππον ἔπραττον ἐᾶν κατὰ χώραν τὴν πόλιν, καὶ τοῖς πατρίοις νόμοις χρῆσθαι. ἡττώμενοι δὲ οἱ περὶ τὸν Πρόξενον καὶ Καλλίβιον ἐν τοῖς θεάτροις, νομίσαντες εἰ συνέλθοι ὁ δῆμος, πολὺ ἂν τῷ πλήθει κρατῆσαι, ἐκφέρονται τὰ ὅπλα. ἰδόντες δὲ τοῦτο οἱ περὶ Στάσιππον, καὶ αὐτοὶ ἀνθωπλίσαντο, καὶ ἀριθμῷ μὲν οὐκ ἐλάττους ἐγένοντο. ἐπεὶ μέντοι εἰς μάχην ὥρμησαν, τὸν μὲν Πρόξενον, καὶ ἄλλους ὀλίγους μετ' αὐτοῦ ἀποκτείνουσι, τοὺς δ' ἄλλους τρεψάμενοι, οὐκ ἐδίωκον. καὶ γὰρ τοιοῦτος ὁ Στάσιππος ἦν, οἷος μὴ βούλεσθαι πολλοὺς ἀποκτιννύναι τῶν πολιτῶν. οἱ δὲ περὶ τὸν Καλλίβιον ἀνακεχωρηκότες ὑπὸ τὸ πρὸς Μαντίνειαν τεῖχος, καὶ τὰς πύλας, ἐπεὶ οὐκέτι αὐτοῖς οἱ ἐναντίοι ἐπεχείρουν, ἡσυχίαν εἶχον ἠθροισμένοι. καὶ πάλαι μὲν ἐπεπόμφεσαν πρὸς τοὺς Μαντινέας, βοηθεῖν κελεύοντες. πρὸς δὲ τοὺς περὶ Στάσιππον, διελέγοντο περὶ συναλλαγῆς. ἐπεὶ δὲ καταφανεῖς ἦσαν οἱ Μαντινεῖς προσιόντες, οἱ μὲν αὐτῶν ἀναπηδῶντες ἐπὶ τὸ τεῖχος, ἐκέλευον βοηθεῖν τὴν ταχίστην, καὶ βοῶντες σπεύδειν διεκελεύοντο. ἄλλοι δὲ ἀνοίγουσι τὰς πύλας αὐτοῖς. οἱ δὲ περὶ τὸν Στάσιππον ὡς ᾔσθοντο τὸ γιγνόμενον, ἐκπίπτουσι κατὰ τὰς ἐπὶ τὸ Παλλάντιον φερούσας πύλας, καὶ φθάνουσι πρὶν καταληφθῆναι ὑπὸ τῶν διωκόντων, εἰς τὸν τῆς Ἀρτέμιδος νεὼν καταφυγόντες. καὶ ἐγκλεισάμενοι, ἡσυχίαν εἶχον. οἱ δὲ μεταδιώκοντες ἐχθροὶ αὐτῶν, ἀναβάντες ἐπὶ τὸν νεὼν, καὶ τὴν ὀροφὴν διελόντες, ἔπαιον ταῖς κεραμίσιν. οἱ δ' ἐπεὶ ἔγνωσαν τὴν ἀνάγκην, παύσασθαί τε ἐκέλευον, καὶ ἐξιέναι ἔφασαν. οἱ δ' ἐναντίοι ὡς ὑποχειρίους ἔλαβον αὐτοὺς, δήσαντες, καὶ ἀναβαλόντες ἐπὶ τὴν ἁρμάμαξαν, ἀπῆγον εἰς Τεγέαν. ἐκεῖ δὲ μετὰ τῶν Μαντινέων καταγνόντες, ἀπέκτειναν. τούτων δὲ γιγνομένων, ἔφυγον εἰς Λακεδαίμονα τῶν περὶ Στάσιππον Τεγεατῶν περὶ ὀκτακοσίους. μετὰ δὲ ταῦτα τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐδόκει βοηθητέον εἶναι τὴν ταχίστην τοῖς τεθνεῶσι τῶν Τεγεατῶν κατὰ τοὺς ὅρκους, καὶ ἐκπεπτωκόσι. καὶ οὕτω στρατεύουσιν ἐπὶ τοὺς Μαντινέας, ὡς παρὰ τοὺς ὅρκους σὺν ὅπλοις ἐληλυθότων αὐτῶν ἐπὶ τοὺς Τεγεάτας. καὶ φρουρὰν μὲν οἱ ἔφοροι ἔφαινον. Ἀγησίλαον δ' ἐκέλευεν ἡ πόλις ἡγεῖσθαι. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι Ἀρκάδες εἰς Ἀσέαν συνελέγοντο, Ὀρχομενίων δὲ οὐκ ἐθελόντων κοινωνεῖν τοῦ Ἀρκαδικοῦ διὰ τὴν πρὸς Μαντινέας ἔχθραν, ἀλλὰ καὶ δεδεγμένων εἰς τὴν πόλιν τὸ ἐν Κορίνθῳ συνειλεγμένον ξενικὸν, οὗ Πολύτροπος ἦρχεν, ἔμενον

ἔμενον οἴκοι οἱ μαντινεῖς, τούτων ἐπιμελούμενοι. ἡραιεῖς
δὲ καὶ λεπρεᾶται συνεστρατεύοντο τοῖς λακεδαιμονίοις
ἐπὶ τοὺς μαντινέας. ὁ δὲ ἀγησίλαος, ἐπεὶ ἐγένετο αὐτῷ
τὰ διαβατήρια, εὐθὺς ἐχώρει ἐπὶ τὴν ἀρκαδίαν. καὶ κα-
ταλαβὼν πόλιν ὅμορον οὖσαν εὔγαιαν. καὶ εὑρὼν ἐκεῖ
τοὺς μὲν πρεσβυτέρους, καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τοὺς παῖδας
οἰκοῦντας ἐν ταῖς οἰκίαις, τοὺς δ' ἐν τῇ στρατευσίμῳ ἡλι-
κίᾳ οἰχομένους εἰς τὸ ἀρκαδικόν, ὅμως οὐκ ἠδίκησε τὴν
πόλιν, ἀλλ' εἴα τε αὐτοὺς οἰκεῖν. καὶ ὠνούμενοι, ἐλάμβανον
ὅσων δέοιντο. εἰ δέ τι καὶ ἡρπάσθη, ὅτε εἰσῄει εἰς τὴν πό-
λιν, ἐξευρὼν ἀπέδωκε. καὶ ἐπεσκεύαζε δὲ τοῦ τείχους αὐτῶν
ὅσα ἐδεῖτο, ἕωσπερ αὐτοῦ διέτριβεν, ἀναμένων τοὺς με-
τὰ πολυτρόπου μισθοφόρους. ἐν δὲ τούτῳ οἱ μαντινεῖς
στρατεύουσιν ἐπὶ τοὺς ὀρχομενίους. ἐκ μὲν τοῦ τείχους μά-
λα χαλεπῶς ἀπῆλθον, καὶ ἀπέθανόν τινες αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ
ἀποχωροῦντες ἐν τῇ ἐλυμίᾳ ἐγένοντο, καὶ οἱ μὲν ὀρχο-
μένιοι ὁπλῖται, οὐκέτι ἠκολούθουν, οἱ δὲ περὶ τὸν πολύ-
τροπον, ἐπέκειντο καὶ μάλα θρασέως, ἐνταῦθα γνόν-
τες οἱ μαντινεῖς, ὡς εἰ μὴ ἀποκρούσονται αὐτούς, ὅτι πολλοὶ
σφῶν κατακοντισθήσονται, ὑποστρέψαντες, ὁμόσε ἐχώ-
ρησαν τοῖς ἐπικειμένοις. καὶ ὁ μὲν πολύτροπος μαχό-
μενος, αὐτοῦ ἀποθνήσκει. τῶν δ' ἄλλων φευγόντων,
πάμπολλοι ἂν ἀπέθανον, εἰ μὴ οἱ φλιάσιοι ἱππεῖς παρα-
γενόμενοι, καὶ εἰς τὰ ὄπισθεν περιελάσαντες τῶν μαν-
τινέων, ἐπέσχον αὐτοὺς τῆς διώξεως. καὶ οἱ μὲν μαντινεῖς
ταῦτα πράξαντες, οἴκαδε ἀπῆλθον. ὁ δὲ ἀγησίλαος
ἀκούσας ταῦτα, καὶ νομίσας οὐκ ἂν ἔτι συμμῖξαι αὐτῷ
τοὺς ἐκ τοῦ ὀρχομενοῦ μισθοφόρους, οὕτω προῄει. καὶ τῇ μὲν
πρώτῃ, ἐν τῇ τεγεάτιδι χώρᾳ ἐδειπνοποιήσατο. τῇ δ'
ὑστεραίᾳ διαβαίνει εἰς τὴν μαντινικήν, καὶ ἐστρατοπεδεύ-
σατο ὑπὸ τοῖς πρὸς ἑσπέραν ὄρεσι τῆς μαντινείας. καὶ ἐκεῖ
ἅμα ἐδῄου τὴν χώραν, καὶ ἐπόρθει τοὺς ἀγρούς. τῶν δ' ἀρ-
κάδων οἱ συλλεγέντες ἐν τῇ ἀσέᾳ, νυκτὸς παρῆλθον εἰς
τεγέαν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὁ μὲν ἀγησίλαος ἀπέχων μαν-
τινείας ὅσον εἴκοσι σταδίους, ἐστρατοπεδεύσατο. οἱ δ' ἐκ
τῆς τεγέας ἀρκάδες ἐχόμενοι τῶν μεταξὺ μαντινείας
καὶ τεγέας ὀρῶν, ἧκον μάλα πολλοὶ ὁπλῖται, συμ-
μῖξαι μάλα βουλόμενοι τοῖς μαντινεῦσι. καὶ γὰρ οἱ ἀρ-
γεῖοι οὐ πανδημεὶ ἠκολούθουν αὐτοῖς. καὶ ἦσαν μέν τι-
νες, οἳ τὸν ἀγησίλαον ἔπειθον χωρὶς τούτοις ἐπιθέσθαι. ὁ
δὲ φοβούμενος μὴ ἐν ᾧ πρὸς ἐκείνους πορεύοιτο ἐκ τῆς
πόλεως, οἱ μαντινεῖς ἐξελθόντες, κατὰ κέρας τε, καὶ ἐκ
τῶν ὄπισθεν ἐπιπέσοιεν αὐτῷ, ἔγνω κράτιστον εἶναι ἐᾶσαι
συνελθεῖν αὐτούς. καὶ εἰ βούλοιντο μάχεσθαι, ἐκ τοῦ δι-
καίου, καὶ φανεροῦ τὴν μάχην ποιεῖσθαι. καὶ οἱ μὲν ἀρκά-
δες ὁμοῦ ἤδη ἐγεγένηντο. οἱ δ' ἐκ τοῦ ὀρχομενοῦ πελ-
τασταί, καὶ οἱ τῶν φλιασίων ἱππεῖς, μετ' αὐτῶν τῆς νυ-
κτὸς διεξελθόντες παρὰ τὴν μαντίνειαν, θυομένῳ τῷ ἀ-
γησιλάῳ πρὸ τοῦ στρατοπέδου ἐπιφαίνονται ἅμα τῇ ἡμέ-
ρᾳ. καὶ ἐποίησαν τοὺς μὲν ἄλλους εἰς τάξεις δραμεῖν, ἀγη-
σίλαον δ' ἐπαναχωρῆσαι πρὸς τὰ ὅπλα. ἐπεὶ δ' ἐκεῖ-
νοι μὲν ἐγνώσθησαν φίλοι ὄντες, ἀγησίλαος δὲ ἐκαλ-
λιέρησεν, ἐξ ἀρίστου προῆγε τὸ στράτευμα. ἑσπέρας δ'
ἐπιγιγνομένης, ἔλαθε στρατοπεδευσάμενος εἰς τὸν ὄπι-
σθεν κόλπον τῆς μαντινικῆς, μάλα σύνεγγυς, καὶ κύκλῳ
ὄρη ἔχοντα. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, ἐθύετο μὲν
πρὸ

manserunt domi Mantinenses, hæc curantes. Heræi autem & Lepreatæ cum Lacedæmonijs contra Mantineos militarunt. Agesilaus uerò cùm rē sacram fecisset, confestim in Arcadiam irrupit, et urbem quandam finitimam Eugeam nomine cepit: ubi cùm senes, mulieres & pueros solum reperisset, (iuniores enim uniuersi ac militaris ætatis in Arcadiam profecti fuerant) nulla tamen calamitate ciuitatem affecit, sed eis illam inhabitare concessit, rerum uerò necessariarum quātum indigebant milites emere iussit: si uerò sub primam irruptionem quid raptum esset, idq; compareret, Agesilaus reddi iussit. Muros uerò interim cùm ibi ageret, ac Polytropum cum mercenario expectaret milite, quantum necessitas exigebat, instruxit. Interim Mantinei Orchomenios inuadunt, à quibus male accepti, ac nonnullis desideratis, turpiter à muris expulsi sunt. Cumq; inde digressi, iamq; Elymiam peruenissent, Orchomenij à persecutione illorum reuersi sunt: mercenarij uerò quibus Polytropus præerat illos pertinacius insequebantur: quod Mantinei cernētes, ac cognoscentes ni illos repellerent, cladem se accepturos, conuersi persequentes excepere, Polytropumq; fortiter bellum cientem interficiunt: reliqui in fugam uersi sunt, & ni Phliasiorum equites in tempore affuissent, ingens clades accepta fuisset. Hi enim Mantineis ne longius ab ordine uagarētur, impedimēto fuere, illosq; à persequutione inhibuere. Et Mantinei his actis domū regressi sunt. Agesilaus uerò cùm de his certior factus fuisset, peregrinūq; militem ex Orchomeno sibi coniungi amplius non speraret, exercitū mouit, primaq; die in Tegeatide regione cœnam sumpsit, postridie in Mantineorum descendit fines, castraq; sub Mātineæ mōtibus qui ad occasum uergunt, posuit: ex quibus excursione facta cuncta ferro ac flamma uastauit. Arcades uerò qui Aseæ conuenerāt, nocte Tegeam peruenere: postridie Agesilaus progressus, cùm haud longius stadijs uiginti à Mantinea abesset, castra collocat. Aderant interim ex Tegea numero ingenti Arcades, ac montes qui inter Mantineam & Tegeam intercedunt occupabant, qui Mantineis coniungi ualde cupiebant: Argiui enim illos uniuerso haud sequebantur populo. Et erant qui Agesilao persuaderent, ut cùm illi non adessent, confligeret. Ille autem timebat ne dum cum illis congrederetur, Mātinenses ex urbe eruptione facta, à tergo & lateribus illum adorirentur. Optimum igitur ratus ut eos coniungi pateretur, & si ex æquo ac aperto cōfligere uellent, illis pugnandi faceret copiam. Arcades itaq; se coniunxere. At clypeati ex Orchomeno, & Phliasiorum equites cum illis nocte Mantineam prætergressi, orta die Agesilao rem sacram faciente in conspectum uenere, effecereq; ut milites in ordines redirent, Agesilaus uerò ad illos se reciperet. Cùm uerò quod amici essent, cogniti fuissent, Agesilaus litauit, sumptoq; prãdio, infesto procedit agmine, ac sub uesperū castra post finē Mantinensem undiq; mōtibus circundatum collocat. Postridie diluculo

ante exercitum litauit, cernensque ex Mantineorum ciuitate milites undique ad montium summitates confluxisse, quamceleriter exercitum ex sinu abducere decreuit: timens uerò ne dum copias reduceret, hostes nouißimos adorirentur ac premerent, signa sistere iubet, aciemque circumcingit, ac nouißimos uersis hastis circumflectere, & phalangi se coniungere mandat: sicque non solùm tutè angustias superauit, sed & longe firmiorem phalangem reddidit. Cumque duplicata sic acie in plana descendisset, rursus eam ad nouem uel decem explicat scuta. Mantinenses uerò haud obuiam fuere, ab Elijs qui unà militabant persuasi, ne ante Thebanorum confligerent aduentum: certißimè enim se scire aiebant, breui illos affuturos. Decem enim talenta hanc ob rem illos à se mutuatos esse ostendebant. Quae cùm Arcades audiuissent, in Mantinea quieuere. Agesilaus autem quamuis mire exercitum abducere cuperet, hyems enim media erat, per tres tamen dies statiua haud longè à Mantineorum egit ciuitate, ne timore perculsus, praepropera celeritate copias reduxisse uideretur. Quarta uerò luce militibus summo mane prandere iussis, composito agmine processit, tanquam castra illic collocaturus, ubi antea cùm ex Eugea moueret posuerat. Cùm uerò nemo ex Arcadibus compareret, citato agmine Eugeam concessit, eòque multam sub noctem uenit. Milites enim anteaquàm hostium conspexissent ignes, abducere uoluit, ne fuga abiisse crederetur. Ciuitatem itaque à priori ignominia aliquantisper subleuasse uidebatur, quòd Arcadiam ingressus illam uastasset, nemóque manum cum illo conserere ausus fuisset. Cùmque in Laconicam peruenisset, Spartanos domum reduxit, socios uerò ad proprias dimisit urbes. Arcades interim cùm Agesilaum digressum, exercitumque soluisse rescuissent, undique collecti contra Heraeos mouerunt, cùm quòd Arcadibus adhaerere nollent, tum quòd cum Lacedaemonijs in Arcadiam irrumperant. Populabundi igitur domos concremabantur, arboresque incidebant. Cùm uerò Thebani pro auxilio ferendo Mantineam peruenisse dicerentur, Heraeam regreßi sunt, ac Thebanis se iunxere. Thebani uerò rectè se res habere rati, cùm enim suppetias tulissent, hostemque nullum offendissent, discedere parabant. Arcades uerò & Argiui, necnon Elij, quamprimum Laconicam illis irrumpere suadent, ostendentes multitudinem suam, necnon Thebanorum exercitum summis tollentes laudibus. Boeotij enim uniuersi Leuctrica elati uictoria, in armis egregie se exercebant. Sequebantur quoque eos Phocenses iam illis subiecti, omnesque Euboiae ciuitates, necnon Locri utrique, Acarnanes quoque, Heracleotae, & Maliaci aderant, & Thessalorum equites, ac peltati. Haec omnia enumerantes, ac solitudinem quae Lacedaemone erat referentes, orabant ne antea discederent, quàm in Lacedaemoniorũ irrupissent regionem. At Thebani ista quidem audiebant, sed

πρὸ τοῦ στρατεύματος. ἰδὼν δὲ συλλεγομένους ἐκ τῆς τῶν μαντινέων πόλεως ἐπὶ τοῖς ὄρεσι τοῖς ὑπὲρ τῆς οὐρᾶς τοῦ ἑαυτῶν στρατεύματος, ἔγνω ἐξακτέον εἶναι τὴν ταχίστην ἐκ τοῦ κόλπου. εἰ μὲν οὖν αὐτὸς ἀφηγοῖτο, ἐφοβεῖτο μὴ τῇ οὐρᾷ ἐπίθοιντο οἱ πολέμιοι. ἡσυχίαν δὲ ἔχων, καὶ τὰ ὅπλα πρὸς τοὺς πολεμίους φαίνων, ἀναστρέψαντας ἐκέλευε τοὺς ἀπ' οὐρᾶς, ὡς δόρυ ὄπισθεν τῆς φάλαγγος ἡγεῖσθαι πρὸς αὐτόν. καὶ οὕτως ἅμα ἔκ τε τοῦ στενοῦ ἐξῆγε, καὶ ἰσχυροτέραν ἀεὶ τὴν φάλαγγα ἐποιεῖτο. ἐπειδὴ δὲ ἐδιπλώθη ἡ φάλαγξ, οὕτως ἔχοντι ἐπὶ ὁπλιτικοῦ, προελθὼν εἰς τὸ πεδίον, ἐξέτεινε πάλιν ἐπ' ἐννέα ἢ δέκα τὸ στράτευμα ἀσπίδων. οἱ μέντοι μαντινεῖς οὐκέτι ἐξῇσαν. καὶ γὰρ οἱ ἠλεῖοι συστρατευόμενοι αὐτοῖς, ἔπειθον μὴ ποιεῖσθαι μάχην, πρὶν οἱ θηβαῖοι παραγένοιντο. εὖ δὲ εἰδέναι ἔφασαν, ὅτι παρέσοιντο. καὶ γὰρ δέκα τάλαντα δεδανεῖσθαι αὐτοὺς παρὰ σφῶν εἰς τὴν βοήθειαν. οἱ μὲν δὴ ἀρκάδες τοῦτ' ἀκούσαντες, ἡσυχίαν εἶχον ἐν τῇ μαντινείᾳ. ὁ δ' ἀγησίλαος καὶ μάλα βουλόμενος ἀπάγειν τὸ στράτευμα, καὶ γὰρ ἦν μέσος χειμών, ὅμως ἐκεῖ κατέμεινε τρεῖς ἡμέρας, οὐ πολὺ ἀπέχων τῆς τῶν μαντινέων πόλεως, ὅπως μὴ δοκοίη φοβούμενος σπεύδειν τὴν ἄφοδον. τῇ δὲ τετάρτῃ πρωῒ ἀριστοποιησάμενος, ἀπῆγεν ὡς στρατοπεδευσόμενος ἔνθαπερ τὸ πρῶτον ἀπὸ τῆς εὐγαίας ἐξωρμήσατο. ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς ἐφαίνετο τῶν ἀρκάδων, ἦγε τὴν ταχίστην εἰς τὴν εὐγαίαν, καίπερ μάλα ὀψίζων, βουλόμενος ἀπαγαγεῖν τοὺς ὁπλίτας, πρὶν καὶ τὰ πυρὰ τῶν πολεμίων ἰδεῖν, ἵνα μή τις εἴποι, ὡς φεύγων ἀπαγάγοι. ἐκ γὰρ τῆς πρόσθεν ἀθυμίας ἐδόκει τι ἀνειληφέναι τὴν πόλιν, ὅτι καὶ ἐμβεβλήκει εἰς τὴν ἀρκαδίαν, καὶ δῃοῦντι τὴν χώραν, οὐδεὶς ἠθελήκει μάχεσθαι. ἐπεὶ δ' ἐν τῇ λακωνικῇ ἐγένετο, τοὺς μὲν σπαρτιάτας ἀπέλυσεν οἴκαδε, τοὺς δὲ περιοίκους ἀφῆκεν ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν πόλεις. οἱ δὲ ἀρκάδες, ἐπεὶ ὁ ἀγησίλαος ἀπεληλύθει, καὶ ᾔσθοντο διαλελυμένον αὐτῷ τὸ στράτευμα, αὐτοὶ δὲ ἀθροισμένοι ἐτύγχανον, στρατεύουσιν ἐπὶ τοὺς ἡραιέας, ὅτι οὐκ ἤθελον τοῦ ἀρκαδικοῦ μετέχειν, καὶ ὅτι συνεμβεβλήκεσαν εἰς τὴν ἀρκαδίαν μετὰ τῶν λακεδαιμονίων. ἐμβαλόντες δὲ ἐνεπίμπρασάν τε τὰς οἰκίας, καὶ ἔκοπτον τὰ δένδρα. ἐπεὶ δὲ οἱ θηβαῖοι βεβοηθηκότες παρεῖναι ἐλέγοντο εἰς τὴν μαντίνειαν, οὕτως ἀπαλλάττονται ἐκ τῆς ἡραίας, καὶ συμμιγνύουσι τοῖς θηβαίοις. ὡς δὲ ὁμοῦ ἐγένοντο, οἱ μὲν θηβαῖοι καλῶς σφίσιν ᾤοντο ἔχειν, ἐπεὶ ἐβεβοηθήκεσαν μὲν, πολέμιον δὲ οὐδένα ἔτι ἑώρων ἐν τῇ χώρᾳ, καὶ ἀπιέναι παρεσκευάζοντο. οἱ δὲ ἀρκάδες καὶ ἀργεῖοι καὶ ἠλεῖοι ἔπειθον αὐτοὺς ἡγεῖσθαι ὡς τάχιστα εἰς τὴν λακωνικὴν, ἐπιδεικνῦντες μὲν τὸ ἑαυτῶν πλῆθος, ὑπερεπαινοῦντες δὲ τὸ τῶν θηβαίων στράτευμα. καὶ γὰρ οἱ μὲν βοιωτοὶ ἐγυμνάζοντο πάντες περὶ τὰ ὅπλα, ἀγαλλόμενοι τῇ ἐν λεύκτροις νίκῃ. ἠκολούθουν δ' αὐτοῖς καὶ φωκεῖς, ὑπήκοοι γεγενημένοι, καὶ εὐβοεῖς, ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων, καὶ λοκροὶ ἀμφότεροι, καὶ ἀκαρνᾶνες, καὶ ἡρακλεῶται, καὶ μαλιεῖς. ἠκολούθουν δ' αὐτοῖς καὶ ἐκ θετταλίας ἱππεῖς τε καὶ πελτασταί. ταῦτα συνειδότες, καὶ τὴν ἐν λακεδαίμονι ἐρημίαν λέγοντες, ἱκέτευον μηδαμῶς ἀποτρέπεσθαι, πρὶν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν τῶν λακεδαιμονίων χώραν. οἱ δὲ θηβαῖοι ἤκουον μὲν ταῦτα,

ἀντε-

ἀντελογίζοντο δὲ, ὅτι δυσεμβολωτάτη μὲν ἡ λακωνικὴ ἐλέγετο εἶναι, φρουρὰς δὲ καθεστάναι ἐνόμιζον ἐπὶ τοῖς εὐπροσοδωτάτοις. καὶ γὰρ ἦν ἰσχόλαος μὲν ἐν ἰῷ τῆς σκιρίτιδος, ἔχων νεοδαμώδεις τε φρουροὺς, καὶ τῶν τεγεατῶν φυγάδων τοὺς νεωτάτους, περὶ τετρακοσίους. ἦν δὲ καὶ ἐπὶ λεύκτρων ὑπὲρ τῆς μαλεάτιδος ἄλλη φρουρά. ἐλογίζοντο δὲ καὶ τοῦτο οἱ θηβαῖοι, ὡς καὶ συνελθοῦσαν ἂν ταχέως τὴν τῶν λακεδαιμονίων δύναμιν, καὶ μάχεσθαι ἂν αὐτοὺς οὐδαμοῦ ἄμεινον, ἢ ἐν τῇ ἑαυτῶν. ἃ δὴ πάντα λογιζόμενοι, οὐ πάνυ προπετεῖς ἦσαν εἰς τὸ ἰέναι εἰς τὴν λακεδαίμονα. ἐπεὶ μέντοι ἧκον ἐκ τε καρύων λέγοντες τὴν ἐρημίαν, καὶ ὑπισχνούμενοι αὐτοὶ ἡγήσεσθαι, καὶ κελεύοντες, ἄν τι ἐξαπατῶντες φαίνωνται, ἀποσφάττειν σφᾶς. παρῆσαν δέ τινες καὶ τῶν περιοίκων ἐπικαλούμενοι, καὶ φάσκοντες ἀποστήσεσθαι, εἰ μόνον φανείησαν εἰς τὴν χώραν. ἔλεγον δὲ ὡς καὶ νῦν καλούμενοι οἱ περίοικοι ὑπὸ τῶν σπαρτιατῶν, οὐκ ἐθέλοιεν βοηθεῖν. πάντα οὖν ταῦτα ἀκούοντες, καὶ παρὰ πάντων οἱ θηβαῖοι ἐπείσθησαν. καὶ αὐτοὶ μὲν κατὰ καρύας ἐνέβαλον. οἱ δὲ ἀρκάδες κατὰ ἰὸν τῆς σκιρίτιδος. καὶ εἰ μὲν ἐπὶ τὰ δύσβατα προελθὼν ὁ ἰσχόλαος ὑφίστατο, οὐδ' ἐνταῦθα ἂν ταύτῃ γε ἔφασαν ἀναβῆναι. νῦν δὲ βουλόμενος τοῖς ἰάταις συμμάχοις χρῆσθαι, ἔμενεν ἐν τῇ κώμῃ. οἱ δὲ ἀνέβησαν παμπληθεῖς ἀρκάδες. ἐνταῦθα δὴ ἀντιπρόσωποι μὲν μαχόμενοι οἱ περὶ τὸν ἰσχόλαον, ἐπεκράτουν. ἐπεὶ δὲ καὶ ὄπισθεν, καὶ ἐκ πλαγίου, καὶ ἀπὸ τῶν οἰκιῶν ἀναβαίνοντες, ἔπαιον καὶ ἔβαλον αὐτοὺς, ἐνταῦθα ὅ, τε ἰσχόλαος ἀποθνήσκει, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, εἰ μή τις ἀμφιγνοηθεὶς, διέφυγε. διαπραξάμενοι δὲ ταῦτα οἱ ἀρκάδες, ἐπορεύοντο πρὸς τοὺς θηβαίους ἐπὶ τὰς καρύας. οἱ δὲ θηβαῖοι ἐπεὶ ᾔσθοντο τὰ πεπραγμένα ὑπὸ τῶν ἀρκάδων, πολὺ θρασύτερον κατέβαινον, καὶ τὴν μὲν σελασίαν εὐθὺς ἔκαιον, καὶ ἐπόρθουν. ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ πεδίῳ ἐγένοντο, ἐν τῷ τεμένει τοῦ ἀπόλλωνος ἐνταῦθα ἐστρατοπεδεύσαντο. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐπορεύοντο. καὶ διὰ μὲν τῆς γεφύρας οὐδ' ἐπεχείρουν διαβαίνειν ἐπὶ τὴν πόλιν. καὶ γὰρ ἐν τῷ τῆς ἀλέας ἱερῷ ἐφαίνοντο ἐναντίοι οἱ ὁπλῖται· ἐν δεξιᾷ δ' ἔχοντες τὸν εὐρώταν, παρῄεσαν κάοντες, καὶ πορθοῦντες πολλῶν, κἀγαθῶν μεστὰς οἰκίας. τῶν δ' ἐκ τῆς πόλεως αἱ μὲν γυναῖκες, οὐδὲ τὸν καπνὸν ὁρῶσαι ἠνείχοντο, ἅτε οὐδέποτε ἰδοῦσαι πολεμίους. οἱ δὲ σπαρτιᾶται ἀτείχιστον ἔχοντες τὴν πόλιν, ἄλλος ἄλλῃ διαταχθέντες, μάλα ὀλίγοι καὶ ὄντες, καὶ φαινόμενοι ἐφύλαττον. ἔδοξε δὲ τοῖς τέλεσι καὶ προειπεῖν τοῖς εἵλωσιν, εἴ τις βούλοιτο ὅπλα λαμβάνειν, καὶ εἰς τάξιν τίθεσθαι, τὰ πιστὰ λαμβάνειν ὡς ἐλευθέρους ἐσομένους, ὅσοι συμπολεμήσαιεν. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἔφασαν ἀπογράψασθαι πλέον, ἢ ἑξακισχιλίους. ὥστε φόβον αὖ οὗτοι παρεῖχον συντεταγμένοι, καὶ λίαν ἐδόκουν πολλοὶ εἶναι. ἐπεὶ μέντοι ἔμενον μὲν οἱ ἐξ ὀρχομενοῦ μισθοφόροι, ἐβοήθησαν δὲ τοῖς λακεδαιμονίοις φλιάσιοί τε καὶ κορίνθιοι, καὶ ἐπιδαύριοι, καὶ πελληνεῖς, καὶ ἄλλαι δέ τινες τῶν πόλεων, ἧττον ἤδη καὶ τοὺς ἀπογεγραμμένους ἐφοβοῦντο. ὡς δὲ προϊὸν τὸ στράτευμα, ἐγένετο κατ' ἀμύκλας, ταύτῃ διέβαινον τὸν εὐρώταν. καὶ οἱ μὲν θηβαῖοι ὅπῃ στρατοπεδεύοιντο, εὐθὺς ὅσων ἔκοπτον δένδρων, κατέβαλλον πρὸ τῆς τάξεως ὡς ἐδύναντο πλεῖστα.

sed contra cogitabant, pretendentes quòd admodum difficilis ingressu Laconica esse diceretur. Arbitrabantur insuper præsidia in locis opportunis disposita esse: etenim Ischolaus in Io Sciritidos cum iunioribus & Tegeatum exulibus trecentis circiter egebat. Erat præterea in Leuctris super Maleotides præsidium aliud. Considerabant insuper Thebani Lacedæmonios celeriter uniuersas contrahere posse uires: prælio uerò decernere nullibi illis opportunius arbitrabantur, quàm in finibus proprijs: quæ omnia perpendentes haud multum ad irruptionem inclinati erant. Cùm uerò ex Carya quidam aduenissent, solitudinem nunciantes, seq; itineris duces offerentes, & si fraudulenter quid moliri uiderentur, iugulari se iubentes: quidamq; ex contermi nis ciuitatibus eos uocassent, promittentes quamprimum illos in finibus uidissent, se defecturos: referebant præterea uicinos à Spartanis in auxilium uocatos parêre noluisse: Ista igitur omnia audientes et ab omnibus, Thebani persuasi sunt, & ipsi per Caryas irruperunt, Arcades uerò per Ion Sciritidos. Quòd si Ischolaus inuia occupasset, nemo illic ingredi potuisset: nũc uerò cùm Iates socios præstolatur, in uico consedit. Cùm itaq; ingenti multitudine Arcades inuia superassent, ab eis qui cum Ischolao aderant ex aduerso excepti, ac egregiè sub initium uicti sunt. Cùm uerò crescẽte certamine à tergo et ex transuerso ac ab domorum culminibus undiq; iaculis ac sagittis premerentur, Ischolaus cum omnibus qui aderant, præterquàm si quis ignotus aufugit, occubuit. His actis Arcades ad Thebanos in Caryas contenderũt: Thebaniq; cùm resciuissent quæ ab Arcadibus gesta essent, multò alacriores iam irrumpebant, Selasiamq; confestim incenderunt, ac diripuerunt. Cùm uerò ad plana peruenissent, in Apollinis castrametati sunt luco: postridie uerò progrediebãtur. Pontes uerò qui ad urbem ducunt transcendere ausi nõ sunt: hostes enim armati in Aleæ cõspiciebantur templo. A dextra igitur Erotã habentes procedunt, regionemq; multis & egregijs excultã domibus, ferro ac igni populabantur. At mulieres quæ nunquam hostes conspexerant, ne fumũ aspicere poterant. Spartani uerò cùm urbs muro careret, undique loca peruia præsidijs firmant. Et quamuis paucißimi & essent & uiderentur, egregiè tamen resistere parabant. Proinde magistratibus uisum est per præconem nunciare, ut quicunque ex seruis arma corriperent, ac ordinibus se immiscere uellent, publicam acciperent fidem, cùm debellatum foret libertate donarentur: ferturq; sub eam uocem ad sex millia seruorum nomina dedisse, ita ut haud paruam Spartanis ob multitudinem metum iniecerint. Cùm uerò ex Orchomeno mercenarij manerent milites, Phliasij quoque Lacedæmonijs opem tulissent, nec non Corinthij, Epidaurij & Pellenes, cum alijs nonnullis ciuitatibus, iam minus seruos qui nomina dederant timuere Lacedæmonij. Cùm uerò hostibus prætergressus esset exercitus, ad Amyclas deuenit, ibiq; Eurotam transgressus est. Et Thebani ubicunque castra collocabant, confestim detruncatis arboribus castris prætendebant,

eáq; munitiores eo reddidere pacto. Arcades uerò nihil tale curabãt, sed depositis armis ad rapinã & domorum se conuertebãt direptionem. Tertia inde uel quarta die Thebanorũ, necnõ Eliorũ, Phocensium, Thessalorũ, ac Locrensiũ equites, cũcti ad Hippodromiũ usq; processere: quibus Lacedæmoniorũ equitatus longe numero inferior fit obuiã. Insidias uerò iuniores quasi trecenti in Tyndaridorũ posuerant tẽplo. Vno itaq; impetu equites cõcitãt equos, in hostesq; permittunt, peditesq; ex insidijs pariter surrexere. Verũ hostes hũc haud tulere impetũ, sed deflexere. Id cùm pedites cernerent, quamplures quoq; ex ipsis in fugam uersi sunt. Sed cùm Lacedæmonij à persequutione desisterẽt, Thebanorũ quoq; exercitus hostes excipere paratus esset, rursus castra collocarũt, urbẽ uerò aggredi ausi nõ sunt. Iam enim Spartanos uirib. auctos esse cernebãt: quapropter uniuerso inde digressi exercitu, Elos uersus, ac Gythiũ ducere cœperũt, ciuitatesq; mœnib. carentes incenderũt: Gythium uerò, ubi Lacedæmoniorũ erant naualia, triduo oppugnauerũt. Deficiebãt interim nonnulli ex conterminis ciuitatibus, cum Thebanisq; arma iunxere. Atheniẽses uerò cùm hæc audissent, dubij erãt quid de Lacedæmonijs agerẽt. Ex senatus itaq; decreto cõcionẽ conuocauere. Aderant enim Lacedæmoniorũ ac aliorum sociorũ, qui nondũ ab illis defecerãt, legati. Et Lacedæmonij Aratus, Ocyllus, Pharax, Etymocles et Olõtheus, cunctí fermè eadẽ dicebãt. In memoriã enim Atheniensibus reducebant, quòd semper in maximis periculis ad communem utilitatem inuicem opem tulissent: se enim tyrannos ex Athenis expulisse: Athenienses uerò cùm ipsi à Messenijs obsiderentur, egregiè auxilium tulisse. Vtilitates quoq; referebant ac commodum, quod illis si unà sentirent, utrinq; euenire posset. Commemorabant præterea quemadmodum communi consensu barbarum repulissent, quodq; Athenienses Lacedæmonijs suadentibus classis duces, ac publicarum pecuniarum custodes à Græcis electi fuissent: ipsi uerò omnibus Græcis consentientibus terra duces cõstituti essent. Cùm igitur Athenienses hac de re consultarent, quidam progressus ita uerba fecit: Si uos & nos ô uiri unà sentiemus, spes erit nos, quod iampridem fertur, Thebanos decimari posse. Athenienses tamen id non omnino approbabant, sed talis quidã rumor exibat. Nunc quidem ista dicunt, sed cùm res eorũ se bene haberent, nos affligebant. Maximum uerò inter cætera quæ à Lacedæmonijs referuntur, hoc esse uidebatur argumentum, eos Thebanis summis restitisse uiribus, cùm deuictis nobis, Athenas desolare conati fuissent. Plurimus igitur sermo erat, tanquam ex iuramenti forma opem ferre tenerentur. Arcades enim nulla affectos iniuria, cum socijs arma Lacedæmonijs intulisse eam ob causam, quòd Tegeatibus auxilium contra Mantineos, qui neglecto iuramento illos inuaserant, præstitissent. Ob hos itaque sermones tumultus per concionem ortus est. Aliqui enim iustè Mantineos egisse dicebant, quod Proxenianis qui à Stasippo cum suis interfecti fuerant, opem tulissent. Alij uerò iniustè illos fecisse asserebant, quòd Tegea-

καὶ οὕτως ἐφυλάττοντο. οἱ δὲ ἀρκάδες τούτων μὲν οὐδὲν ἐποίουν. καταλιπόντες δὲ τὰ ὅπλα, εἰς ἁρπαγὴν ἐπὶ τὰς οἰκίας ἐτρέποντο. ἐκ τούτου δὲ ἡμέρᾳ τρίτῃ ἢ τετάρτῃ προῆλθον οἱ ἱππεῖς εἰς τὸν ἱππόδρομον εἰς γαιαόχου ἐπὶ τάξεις, οἵ τε θηβαῖοι πάντες, καὶ οἱ ἠλεῖοι, καὶ ὅσοι φωκέων, ἢ θετταλῶν, ἢ λοκρῶν ἱππεῖς παρῆσαν. οἱ δὲ τῶν λακεδαιμονίων ἱππεῖς μάλα ὀλίγοι φαινόμενοι, ἀντιτεταγμένοι αὐτοῖς ἦσαν. ἐνέδραν δὲ ποιήσαντες ὁπλιτῶν τῶν νεωτέρων ὅσον τριακοσίων ἐν τῷ τῶν τυνδαριδῶν, ἅμα οὗτοι μὲν ἐξέθεον. οἱ δ' ἱππεῖς ἤλαυνον· οἱ δὲ πολέμιοι οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλ' ἐξέκλιναν. ἰδόντες δὲ ταῦτα, πολλοὶ καὶ τῶν πεζῶν εἰς φυγὴν ὥρμησαν. ἐπεὶ μέντοι οἵ τε διώκοντες ἐπαύσαντο, καὶ τὸ τῶν θηβαίων στράτευμα ἔμενε, πάλιν δὴ κατεστρατοπεδεύσαντο. καὶ τὸ μὲν μὴ πρὸς τὴν πόλιν προσβαλεῖν ἂν ἔτι αὐτοὺς, ἤδη τι ἐδόκει θαρραλεώτερον εἶναι. ἐκεῖθεν μέντοι ἀπῆρε τὸ στράτευμα, ἐπορεύετο τὴν ἐφ' ἕλος τε καὶ γύθειον, καὶ τὰς μὲν ἀτειχίστους τῶν πόλεων ἐνεπίμπρασαν. γυθείῳ δέ, ἔνθα τὰ νεώρια τοῖς λακεδαιμονίοις ἦν, καὶ προσέβαλον τρεῖς ἡμέρας. ἦσαν δέ τινες τῶν περιοίκων, οἳ καὶ ἐπέθεντο, καὶ συνεστρατεύοντο τοῖς μετὰ θηβαίων. ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ ἀθηναῖοι, ἐν φροντίδι ἦσαν ὅ, τι χρὴ ποιεῖν περὶ λακεδαιμονίων, καὶ ἐκκλησίαν ἐποίησαν ἐκ δόγματος βουλῆς. ἔτυχον δὲ παρόντες πρέσβεις λακεδαιμονίων τε καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων, τῶν ἔτι ὑπολοίπων αὐτοῖς. ὅθεν δὴ οἱ λακεδαιμόνιοι, ἄρατος, καὶ ὤκυλλος, καὶ φάραξ, καὶ ἐτυμοκλῆς, καὶ ὀλονθεύς, σχεδὸν μὲν πάντες παραπλήσια ἔλεγον. ἀνεμίμνησκόν τε γὰρ τοὺς ἀθηναίους, ὡς ἀεί ποτε ἀλλήλοις ἐν τοῖς μεγίστοις καιροῖς παρίσταιντο ἐπ' ἀγαθοῖς. αὐτοί τε γὰρ ἔφασαν τοὺς τυράννους συνεκβαλεῖν ἀθήνηθεν, καὶ ἀθηναίους, ὅτε αὐτοὶ ἐπολιορκοῦντο ὑπὸ μεσσηνίων, προθύμως βοηθεῖν. ἔλεγον δὲ καὶ ὡς ἀγαθὰ εἴη ὅτε κοινῇ ἀμφότεροι ἔπραττον. ὑπομιμνήσκοντες μὲν ὡς τὸν βάρβαρον κοινῇ ἀπεμαχέσαντο. ἀνεμίμνησκον δὲ ὡς ἀθηναῖοί τε ὑπὸ τῶν ἑλλήνων ᾑρέθησαν ἡγεμόνες τοῦ ναυτικοῦ, καὶ τῶν κοινῶν χρημάτων φύλακες. τῶν δὲ λακεδαιμονίων ταῦτα συμβουλευομένων, αὐτοί τε κατὰ γῆν ὁμολογουμένως ὑφ' ἁπάντων τῶν ἑλλήνων ἡγεμόνες προκριθείησαν. συμβουλευομένων αὖ ταῦτα τῶν ἀθηναίων, εἷς δ' αὐτῶν, καὶ ὧδέ πως εἶπεν· ἐὰν δὲ ὑμεῖς καὶ ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες, ὁμονοήσωμεν, νῦν ἐλπὶς τὸ πάλαι λεγόμενον, δεκατευθῆναι θηβαίους. οἱ μέντοι ἀθηναῖοι οὐ πάνυ ἐδέξαντο, ἀλλὰ θροῦς τις τοιοῦτος διῆλθεν, ὡς νῦν ταῦτα λέγοιεν. ὅτε δὲ εὖ ἔπραττον, ἐπέκειντο ἡμῖν. μέγιστον δὲ τῶν λεχθέντων παρὰ λακεδαιμονίων ἐδόκει εἶναι, ὅτι ἡνίκα κατεπολέμησαν αὐτούς, θηβαίων βουλομένων ἀναστάτους ποιῆσαι τὰς θήβας, σφίσιν ἐμποδὼν γένοιντο. ὁ δὲ πλεῖστος ἦν λόγος, ὡς κατὰ τοὺς ὅρκους βοηθεῖν δέοι. οὐ γὰρ ἀδικησάντων σφῶν ἐπιστρατεύοιεν οἱ ἀρκάδες, καὶ οἱ μετ' αὐτῶν τοῖς λακεδαιμονίοις, ἀλλὰ βοηθησάντων τοῖς τεγεάταις, ὅτι οἱ μαντινεῖς παρὰ τοὺς ὅρκους ἐπεστράτευσαν αὐτοῖς. ἦν δ' οὖν καὶ κατὰ τούτους τοὺς λόγους θόρυβος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. οἱ μὲν γὰρ δικαίως τοὺς μαντινέας ἔφασαν βοηθῆσαι τοῖς περὶ πρόξενον ἀποθανοῦσιν ὑπὸ τῶν περὶ στάσιππον· οἱ δὲ ἀδικεῖν, ὅτι ὅπλα ἐπήνεγκαν τεγεάταις.

παραγελάσαντας. τούτων δὲ διοριζομένων ὑπ᾽ αὐτῆς τῆς ἐκκλησίας, ἀνέστη κλειτέλης κορίνθιος, καὶ εἶπε τάδε.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, ἴσως ἀντιλέγεται, τίνες ἦσαν οἱ ἄρξαντες ἀδικεῖν. ἡμῶν δὲ, ἐπεὶ εἰρήνη ἐγένετο, ἔχει τις κατηγορῆσαι, ἢ ὡς ἐπὶ πόλιν τινὰ ἐστρατευσάμεθα, ἢ ὡς χρήματά τινων ἐλάβομεν, ἢ ὡς γῆν ἀλλοτρίαν ἐδῃώσαμεν; ἀλλ᾽ ὅμως οἱ θηβαῖοι εἰς τὴν χώραν ἡμῶν ἐλθόντες, καὶ δένδρα ἐκκεκόφασι, καὶ οἰκίας κατακεκαύκασι, καὶ χρήματα, καὶ πρόβατα διηρπάκασι. πῶς οὖν ἐὰν μὴ βοηθῆτε, οὕτω περιφανῶς ἡμῖν ἀδικουμένοις, οὐ παρὰ τοὺς ὅρκους ποιήσετε; καὶ ταῦτα, ὧν αὐτοὶ ἐπεμελήθητε ὅρκων, ὅπως πᾶσιν ὑμῖν πάντες ἡμεῖς ὀμόσαιμεν. ἐνταῦθα μέντοι οἱ ἀθηναῖοι ἐπεθορύβησαν ὡς ὀρθῶς τε, καὶ δίκαια εἰρηκότος τοῦ κλειτέλους. μετὰ δὲ τοῦτον ἀνέστη πατροκλῆς φλιάσιος, καὶ εἶπεν.

Ὅτι μὲν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, εἰ ἐκποδὼν γένοιντο λακεδαιμόνιοι, ἐπὶ πρώτους ἂν ὑμᾶς στρατεύσαιεν οἱ θηβαῖοι, πᾶσιν οἶμαι τοῦτο δῆλον εἶναι. τῶν γὰρ ἄλλων μόνους ἂν ὑμᾶς οἴονται ἐμποδὼν γενέσθαι, τοῦ ἄρξαι αὐτοὺς τῶν ἑλλήνων. εἰ δὲ οὕτως ἔχει, ἐγὼ μὲν οὐδὲν μᾶλλον λακεδαιμονίοις ἂν ὑμᾶς ἡγοῦμαι στρατευσαμένους βοηθῆσαι, ἢ καὶ ὑμῖν αὐτοῖς. τὸ γὰρ δυσμενεῖς ὄντας ὑμῖν θηβαίους, καὶ ὁμόρους οἰκοῦντας, ἡγεμόνας γενέσθαι τῶν ἑλλήνων, πολὺ οἶμαι χαλεπώτερον ἂν ὑμῖν φανῆναι, ἢ ὁπότε πόρρω τοὺς ἀντιπάλους εἴχετε. συμφορώτερόν γε μέντ᾽ ἂν ὑμῖν αὐτοῖς βοηθήσαιτε, ἐν ᾧ ἔτι εἰσὶν οἱ σύμμαχοι ἂν, ἢ εἰ ἀπολομένων αὐτῶν, μόνοι ἀναγκάζοισθε διαμάχεσθαι πρὸς τοὺς θηβαίους. εἰ δέ τινες φοβοῦνται μὴ ἐὰν νῦν ἀναφύγωσιν οἱ λακεδαιμόνιοι, ἔτι ποτὲ πράγματα παρέχωσιν ὑμῖν, ἐνθυμήθητε, ὅτι οὐχ οὓς ἂν εὖ, ἀλλ᾽ οὓς ἂν κακῶς τις ποιῇ, φοβεῖσθαι δεῖ, μή ποτε μέγα δυνασθῶσιν. ἐνθυμεῖσθαι δὲ καὶ τάδε χρὴ, ὅτι κτᾶσθαι μέν τι ἀγαθὸν καὶ ἰδιώταις, καὶ πόλεσι προσήκει, ὅταν ἐρρωμενέστατοι ὦσιν, ἵνα ἔχωσιν ἐάν ποτε ἀδύνατοι γένωνται, ἐπικουρίαν τῶν προπεπονημένων. ὑμῖν δὲ ἐκ θεῶν καιρὸς παραγέγονε, νῦν ἐὰν δεομένοις βοηθήσητε λακεδαιμονίοις, κτήσασθαι τούτους εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον φίλους ἀπροφασίστους. καὶ γὰρ δὴ οὐκ ἐπ᾽ ὀλίγων μοι δοκοῦσι μαρτύρων νῦν ἂν εὖ παθεῖν ὑφ᾽ ὑμῶν. ἀλλ᾽ ἴσασι μὲν ταῦτα θεοὶ, οἱ πάντα ὁρῶντες νῦν, καὶ εἰς ἀεί. συνεπίστανται δὲ τὰ γιγνόμενα οἵ τε σύμμαχοι καὶ οἱ πολέμιοι. πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἅπαντες ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι. οὐδενὶ γὰρ τούτων ἀμελές. ὥστε εἰ κακοὶ φανείησαν περὶ ὑμᾶς, τίς ἄν ποτε πρόθυμος εἰς αὐτοὺς γένοιτο; ἐλπίζειν δὲ χρὴ ὡς ἄνδρας ἀγαθοὺς μᾶλλον, ἢ κακοὺς αὐτοὺς γενήσεσθαι. εἰ γάρ τινες ἄλλοι καὶ οὗτοι δοκοῦσι διατετελεκέναι, ἐπαίνου μὲν ὀρεγόμενοι, αἰσχρῶν δὲ ἔργων ἀπεχόμενοι. πρὸς δὲ τούτοις ἐνθυμήθητε καὶ τάδε, εἴ ποτε πάλιν ἔλθοι ἐν τῇ ἑλλάδι κίνδυνος ὑπὸ βαρβάρων, τίσιν ἂν μᾶλλον πιστεύσαιτε, ἢ λακεδαιμονίοις; τίνας δ᾽ ἂν παραστάτας ἥδιον τούτων ποιήσαισθε, ὧν γε καὶ οἱ ταχθέντες ἐν θερμοπύλαις, ἅπαντες εἵλοντο μαχόμενοι ἀποθανεῖν μᾶλλον, ἢ ζῶντες συμπροσφέρεσθαι τὸν βάρβαρον τῇ ἑλλάδι; πῶς οὖν οὐ δίκαιον, ὧν τε ἕνεκα ἐγένοντο ἄνδρες ἀγαθοὶ μεθ᾽

Tegeatibus arma intulissent. Cumq; concio tam diuerse sentiret, Cliteles Corinthius surrexit, & in hunc modum locutus est:

Clitelis oratio.

In his fortasse, uiri Athenienses, est cõtrouersia, quinam primi iniuriam intulerint. Nos uerò, post factam pacem, quis accusauerit, quòd contra ciuitatem aliquam militauerimus, pecunias quorundam abstulerimus, terram alienam uastauerimus? Verum Thebani regionem nostram ingressi, arbores detruncauere, domus incendêre, ac demũ pecunias & pecora diripuere. Nobis itaq; cùm tam insigni ac manifesta affecti simus iniuria, si opem denegaueritis, nónne contra iuramenti formam uenisse uidemini? præsertim eo iureiurando, in quo uos operam dedistis, ut uobis omnibus nos iuraremus omnes. His dictis Atheniensium secutum est murmur, tanquam rectè iusteq; Cliteles disseruisset. Post hunc uero Patrocles Phliasius surrexit, & dixit:

Patroclis oratio.

Omnibus ô uiri Athenienses manifestũ esse reor, Thebanos, si Lacedæmonij è medio sublati fuerint, cõfestim uobis præ cæteris bellũ illaturos. Vos enim solos impedimento esse arbitrantur, quò minus Græciæ dominia cõsequi ualeãt. Quæ cùm se ita habeãt, ego uos nõ magis, si cõtra Thebanos militaueritis, Lacedæmonijs, quàm uobismetipsis opẽ tulisse reor. Longè enim uos molestius laturos arbitror, si Thebani uobis inimici ac cõtermini, Græciæ ducatũ assequuti fuerint, quàm si hostes remotiores habueritis: quapropter facilius donec socij supererũt, defendere uos poteritis, quàm si deuictis illis soli Thebanis resistere cogamini. Quod si qui uerentur, ne si Lacedæmonij nunc ope uestra à periculis erepti fuerint, olim uobis molestias sint præbituri, illi sciant, non eos quibus bene, sed quibus malè factũ est, ne uiribus crescant, timẽdos esse. Quinimò et hoc quoq; cogitare oportet, non solum publicas res, sed & homines priuatos decere, dum maximè uiribus florẽt, ea acquirere, quæ illis quandoq; usui esse ualeant, ut cùm necessitas ingruerit, paratum quò refugiãt præsidium habeant. Vobis oblatum est pulcherrimũ tempus, quòd si implorãtibus Lacedæmonijs opem feretis, illos in perpetuum amicos fidelissimos reddere potestis. Porrò si præsenti tempore in eos benefici fueritis, nõ paucos huius rei testes habebitis: sed dij, qui nunc & in sempiternũ cũcta aspiciũt, in primis testes erunt, dein socij pariter ac hostes, præterea Græci uniuersi ac Barbari, nihil.n. hos latère poterit: quapropter si ingrati aliquãdo cõtra uos euasuri essent, quis unquã illis fidẽ post hac adhibiturus esset? Verum sperandũ est illos bonorũ potius quàm malorũ uirorũ officio functuros, maximè cùm præ cæteris semper hominibus laude digna peragere, quæ uerò uituperio fuere imputanda, declinare consueuerunt. Atqui & hoc quoq; perpendendum erit: si unquã Græciæ à Barbaris periculũ imminebit, in quibus nã potius quàm in Lacedæmonijs spẽ collocare, seu quos socios fideliores reperire poteritis, quàm eos qui in Thermopylis cõstituti, omnes potius egregiè pugnãdo occumbere, quàm uiuentes Barbaro in Græciam aditum præstare elegerũt? Nónne igitur dignum esse uidetur, cùm tam strenuã operam und

οἰκειοτάτου ἀνθρώπου τὴν ταχίστην ἐξενέγκαντες ἀφανίζουσι. ἔλεγε δ' ὅτι καὶ ζῶν ἕκαστος ἑαυτοῦ ὃ πάντων μάλιστα φιλεῖ, τοῦ σώματος, ὅτι ἂν ἀχρεῖον ᾖ καὶ ἀνωφελὲς, αὐτός τε ἀφαιρεῖ, καὶ ἄλλῳ παρέχει, αὐτοί τέ γε αὑτῶν ὄνυχάς τε καὶ τρίχας καὶ τύλους ἀφαιροῦσι, καὶ τοῖς ἰατροῖς παρέχουσι, μετὰ πόνων τε καὶ ἀλγηδόνων, καὶ ἀποτέμνειν καὶ ἀποκάειν, καὶ τούτου χάριν οἴονται δεῖν αὐτοῖς καὶ μισθὸν τίνειν. καὶ τὸ σίαλον ἐκ τοῦ στόματος ἀποπτύουσιν, ὡς δύνανται πορρωτάτω. διότι ὠφελεῖ μὲν, οὐδὲν αὐτοὺς ἐνὸν, βλάπτει δὲ πολὺ μᾶλλον. ταῦτα οὖν ἔλεγεν, οὐ τὸν μὲν πατέρα ζῶντα κατορύττειν διδάσκων, ἑαυτὸν δὲ κατατέμνειν, ἀλλ' ἐπιδεικνύων, ὅτι τὸ ἄφρον ἄτιμόν ἐστι, καὶ παρεκάλει ἐπιμελεῖσθαι, τοῦ ὡς φρονιμώτατον εἶναι καὶ ὠφελιμώτατον, ὅπως ἐάν τε ὑπὸ πατρὸς, ἐάν τε ὑπὸ ἀδελφοῦ, ἐάν τε ὑπ' ἄλλου τινὸς βούληται τιμᾶσθαι, τούτοις ὠφέλιμος εἶναι. ἔφη δ' αὐτὸν ὁ κατήγορος, καὶ τῶν ἐνδοξοτάτων ποιητῶν ἐκλεγόμενον τὰ πονηρότατα, καὶ τούτοις μαρτυρίοις χρώμενον, διδάσκειν τοὺς συνόντας, κακούργους εἶναι καὶ τυραννικούς. Ἡσιόδου μὲν τὸ, ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος. τοῦτο δὴ λέγειν αὐτὸν ὡς ὁ ποιητὴς κελεύει, μηδενὸς ἔργου, μήτ' ἀδίκου, μήτ' αἰσχροῦ ἀπέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ ταῦτα ποιεῖν ἐπὶ τῷ κέρδει. Σωκράτης δ' ἐπεὶ διομολογήσαιτο, τὸ μὲν ἐργάτην εἶναι, ὠφέλιμόν τε ἀνθρώπῳ καὶ ἀγαθὸν εἶναι, τὸ δὲ ἀργὸν βλαβερόν τε καὶ κακόν. καὶ τὸ μὲν ἐργάζεσθαι ἀγαθὸν, τὸ δὲ ἀργεῖν κακόν. τοὺς μὲν ἀγαθόν τι ποιοῦντας, ἐργάζεσθαί τε ἔφη, καὶ ἐργάτας ἀγαθοὺς εἶναι. τοὺς δὲ κυβεύοντας, ἤ τι ἄλλο πονηρὸν καὶ ἐπιζήμιον ποιοῦντας, ἀργοὺς ἀπεκάλει. ἐκ δὲ τούτων ὀρθῶς ἂν ἔχοι, τὸ ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος. τὸ δὲ Ὁμήρου, ἔφη ὁ κατήγορος, πολλάκις αὐτὸν λέγειν, ὅτι Ὀδυσσεὺς ὅντινα μὲν βασιλῆα καὶ ἔξοχον ἄνδρα κιχείη, τὸν δ' ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρητύσασκε παραστάς, δαιμόνι' οὔ σε ἔοικε κακὸν ὣς δειδίσσεσθαι, ἀλλ' αὐτός τε κάθησο, καὶ ἄλλους ἵδρυε λαούς. ὃν δ' αὖ δήμου τ' ἄνδρα ἴδοι βοόωντά τ' ἐφεύροι, τὸν σκήπτρῳ ἐλάσασκεν, ὁμοκλήσασκέ τε μύθῳ. δαιμόνι' ἀτρέμας ἧσο, καὶ ἄλλων μῦθον ἄκουε, οἳ σέο φέρτεροί εἰσι. σὺ δ' ἀπτόλεμος, καὶ ἄναλκις, οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ ἐναρίθμιος, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ. ταῦτα δὴ αὐτὸν ἐξηγεῖσθαι, ὡς ὁ ποιητὴς ἐπαινοίη παίεσθαι τοὺς δημότας καὶ πένητας. Σωκράτης δ' οὐ ταῦτ' ἔλεγε (καὶ γὰρ ἑαυτὸν οὕτω γ' ἂν ᾤετο δεῖν παίεσθαι) ἀλλ' ἔφη δεῖν τοὺς μήτε λόγῳ, μήτε ἔργῳ ὠφελίμους ὄντας, μήτε στρατεύματι, μήτε πόλει, μήτε αὐτῷ τῷ δήμῳ, εἴ τι δέοι, βοηθεῖν ἱκανοὺς, ἄλλως τ' ἐὰν πρὸς τούτῳ καὶ θρασεῖς ὦσι, πάντα τρόπον κωλύεσθαι, κἂν πάνυ πλούσιοι τυγχάνωσιν ὄντες. ἀλλὰ Σωκράτης γε τἀναντία τούτων φανερὸς ἦν καὶ δημοτικὸς, καὶ φιλάνθρωπος ὤν. ἐκεῖνος γὰρ πολλοὺς ἐπιθυμητὰς, καὶ ἀστοὺς καὶ ξένους λαβὼν, οὐδένα πώποτε μισθὸν τῆς συνουσίας ἐπράξατο, ἀλλὰ πᾶσιν ἀφθόνως ἐπήρκει τῶν ἑαυτοῦ, ὧν τινες μικρὰ μέρη παρ' ἐκείνου προῖκα λαβόντες, πολλοῦ τοῖς ἄλλοις ἐπώλουν. καὶ οὐκ ἦσαν ὥσπερ ἐκεῖνος δημοτικοί. τοῖς γὰρ μὴ ἔχουσι χρήματα διδόναι, οὐκ ἤθελον διαλέγεσθαι. ἀλλὰ Σωκράτης γε καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, κόσμον τῇ πόλει παρεῖχε, πολλῷ μᾶλλον ἢ Λίχας τῇ Λακεδαιμονίων, ὃς ὀνο-
μαστὸς

familiarissimi hominis sit, conatur abscondere: dumq; adhuc homines uiuant, quicquid corporis sui, quod longè plus omnibus amant, inutile esset, ungulas, capillos, callos, cæteraq; superflua corporis & ipsi incidentes proijciunt, medicisq; cum doloribus & laboribus abscindendum præbent, atq; amputant, huiusq; rei gratia mercedem etiam eis oportere solucre opinantur: ac saliuam ab ore quamlongissime possunt, spuunt: quoniam nihil insita prodest, sed multò magis nocet. Hæc itaque Socrates aiebat, non quòd parentem etiam quidem dum uiuat obruendum esse doceret, aut aliquem se sibi abscindendum: sed ostendens, quod nullo honore dignum censetur quod insipiens est, hortabaturq; ut studeant quamprudentissimi ac utilissimi effici, ut si quis aut à patre, aut à fratre, aut à quoquam alio uelit honorari, non contemnat uirtutes cognatione confisus, sed conetur ut à quibus honorari desideret, etiam possit eis prodesse. Enimuero accusator Socratem inquit solere à nobilissimis poetis ea dicta eligere quæ peiora sunt, hisq; ut testimonijs usum, docere adolescentes maleficos ac tyrannos esse. Illud nanq; Hesiodi. Negocium non est opprobrium, ocium autem opprobriū est: interpretari Socratem solitum asserunt, quòd poeta iubeat scilicet à nullo negocio nec iniusto nec turpi abstinendum esse: sed omnia quæstus gratia facienda. Socrates uero cùm arbitraretur negocium esse utile ac bonum homini, ocium autem nocuum & malum: & operari bonum, ocio uero marcescere, malum: quos quidem bonum quippiam facientes uidebat, operari dicebat, ac bonos operarios esse: qui uero taxillis uacabant, aut aliquid prauum, aut damnosum agebant, ociosos appellabat. Et ita rectè se habeat dicere, negocium non esse opprobrium, ocium autem opprobrium esse. Carmina illa etiam Homeri aduersarius inquit sæpenumero Socratem dixisse, quòd Vlysses si quenquam præstantem ac ducem conueniret, hunc suaui sermone cùm appropinquaret demulcebat: O felix, nō deceat uti formidolosum pertimescere, si tu quoque maneas, et persuadeas populo permanere. Cùm uerò quenquā uideret uirū plebeiū, ac reperiret clamantem, hunc sceptro cædebat, ac uerbo increpabat: Infelix, sede immobilis, ac alijs pareas qui præstantiores te sunt. tu uerò effœminatus & eneruatus es, nec bello nec consilio idoneus. Hæc uerò cum interpretari, quasi uelit poeta ut uerberibus afficiantur plebeij ac pauperes homines. Socrates uerò minimè ista aiebat: nam isto modo seipsum profectò diceret esse cædendum. Dicebat autem, illos qui nec uerbo nec opere prosunt, nec exercitui, nec ciuitati, nec ipsi plebi, si opus fuerit, præsertim si ad hæc audaces ac insolentes sint, omnibus modis prohiberi oportere, quamuis ditissimi sint. Ipse autem in se popularis ac humanus erat. Multos nanq; tum ciues tum hospites cupidos sui habens, nullam unquam mercedem suæ doctrinæ exegit, sed omnibus liberaliter ac sine inuidia suam communicabat scientiam, cuius cùm paruam alij partem accepissent, magno uendebant: nec erant ut ille populares, sed cum illis qui pecuniam dare non habebant, colloqui denegabant. Socrates autem etiam aduenis hominibus ornamentum esse uidebatur ciuitatis, multoq; magis quàm Lichas ciuitati Lacedæmoniorum, qui famo-
sus

custodiæ essent traditi, multi etiam per murum euasissent, quidam uerò per portas dimitterentur (siquidem nemo cuiquã indignabatur qui se non perijsse putaret) id uel in primis dubium animi consilijq; inopem Thebanum, cæterosq; unà cum ipso istuc agitantes reddidit, quod Mantineorum (quos uel maximè comprehensos cupiuerant) paucos tantum quosdam tenerent. Quia enim non longè urbs eorum aberat, domum fermè omnes aufugerant. Orto itaq; die, cùm quæ essent gesta Mantinei audirent, missis confestim in reliquas Arcadiæ ciuitates legatis, ut arma corriperent, urbesq; præsidijs firmarent præmonuere: quibus facilè ac statim obtẽperatum est. Simulq; Tegeam missi sunt, qui & quotquot illic Mantinei tenerentur, reposcerent, & cæterorum Arcadum neminem uel tenere uinculis, uel indicta causa necare æquum esse affirmarent. Neq; deerant qui causarentur, & denunciantes dicerent, Mantineorum ciuitatem spondere se repræsentaturã esse in communi Arcadum cõcilio, quotquot postulasset aliquis. Quibus auditis Thebanus ambigebat, quonã pacto ea in re se gereret, tandemq; omnes dimisit: cõuocatisq; postero die quotquot haud inuiti conueniebãt Arcadibus, factũ excusare, erroreq; se deceptum fateri. Audiuisse enim, inquit, Lacedæmonios cum armis fines iam ingressos, Tẽgeamq; illis per Arcadas quosdam iri proditum: quæ tametsi qui audiebant de se falso conficta omnia agnoscerent, abire tamen, legatisq; Thebas missis, illum ut capitali omnino supplicio plectendum accusarunt. Cæterum Epaminundam, qui tum exercitui quoq; præerat, dixisse ferunt, multo quidẽ fecisse Thebanos rectius cùm cepère illos, quàm cùm dimiserunt. Etenim quòd nobis, ait, propter uos ad bellum iam instructis, præter nostrã sententiam uos interim pacem fecistis, quonã pacto proditionem etiam uestrùm aliquis nõ iure appellitare possit? Scitote autem, inquit, nos quidem in Arcadiam exercitum ducturos, atq; his qui nobis consentiũt bello nequaquam defuturos. Quæ quidem ubi ad commune Arcadum urbesq; relata sunt, sese deinceps respicere cœperunt Mantinei, Arcadesq; alij quibus curæ erat Peloponnesus, similiter autem & Elij & Achæi, quòd liquidò Thebani Peloponnesum esse quam infirmissimam cupere uiderentur, quòd eam sibi minimo cum negocio subigerent. Quorsum enim, inquiunt, bellum suscipere nos uolunt? an ut mutua ipsi nos clade conficiamus, & ab ipsorum inde auxilio pendeamus utrique? aut quid, cùm eorum ope nihil egere nos in præsentia dicamus, expeditionem ita moliuntur? an non nobis procinctu illo machinari exitium abunde appareat? Miserunt autem Athenas etiam, succurri sibi flagitantes: quin & Lacedæmonios missis ex Eparitorum ordine legatis hortabantur, communibus prohibere uiribus uellent, si qui Peloponnesum subacturi inuaderent: tamen de principatu illic transigebant, ut suæ quiq; reipublicæ imperitarent. Interea uerò dum hæc geruntur, exercitum Epaminundas educit Bœotis uniuersis & Eubœis compluribusq; Thessalis instructũ, misso etiam ab Alexandro & aduersarijs eius auxilio. Phocenses autem quiescebant, suis fœderibus sese excusantes, quibus minimè ad lacessendum alios, sed ferendum tantummodo, si quis Thebas inuaderet, auxilium obstringi se dicebant. Cæterùm Epaminundas in Peloponneso etiam superesse sibi

εἰργμένοι ἦσαν, πολλοὶ δὲ κατὰ τοῦ τείχους ἐκπεπηδηκότες, ἦσαν δ' οἳ καὶ διὰ τῶν πυλῶν ἀφεῖντο (οὐδεὶς γὰρ οὐδενὶ ὠργίζετο, ὅστις μὴ ᾤετο ἀπολεῖσθαι) ἀπορῆσαι δὲ μάλιστα ἐποίησε τὸν Θηβαῖον, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ τοιαῦτα πράττοντας, ὅτι Μαντινέας, οὓς μάλιστα ἐβούλετο λαβεῖν ὀλίγους τινὰς πάνυ εἶχον. διὰ γὰρ τὸ ἐγγὺς τὴν πόλιν εἶναι, σχεδὸν πάντες ᾤχοντο οἴκαδε. ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, καὶ τὰ πεπραγμένα ἐπύθοντο οἱ Μαντινεῖς, εὐθὺς πέμποντες εἰς τὰς ἄλλας Ἀρκαδικὰς πόλεις, προηγόρευον ἐν τοῖς ὅπλοις εἶναι, καὶ φυλάττειν τὰς πόλεις. καὶ αὐτοὶ δὲ οὕτως ἐποίουν, καὶ ἅμα πέμψαντες εἰς τὴν Τεγέαν ἀπῄτουν ὅσους εἶχον ἄνδρας Μαντινεῖς. καὶ τῶν ἄλλων δὲ Ἀρκάδων οὐδένα ἠξίουν τῶν ὄντων οὔτε δεδέσθαι, οὔτε ἀποθνῄσκειν πρὸ δίκης. εἰ δέ τινες ἐπαιτιῷντο, καὶ ἔλεγον ἀπαγγέλλοντες, ὅτι ἡ τῶν Μαντινέων πόλις ἐγγυῷτο, ἦ μὴν παρέξειν εἰς τὸ κοινὸν τῶν Ἀρκάδων, ὁπόσους τις προσκαλοῖτο. ἀκούων οὖν ὁ Θηβαῖος, ἠπόρει τε ὅ, τι χρήσαιτο τῷ πράγματι, καὶ ἀφίησι πάντας τοὺς ἄνδρας. καὶ τῇ ὑστεραίᾳ συγκαλέσας τῶν Ἀρκάδων ὁπόσοι γε δὴ συνελθεῖν ἠθέλησαν, ἀπελογεῖτο ὡς ἐξαπατηθείς. ἀκοῦσαι γὰρ ἔφη, ὅτι Λακεδαιμόνιοί τε εἶεν σὺν τοῖς ὅπλοις ἐπὶ τοῖς ὁρίοις, προδιδόναι τε αὐτοῖς μέλλοιεν τὴν Τεγέαν τῶν Ἀρκάδων τινές. οἱ δὲ ἀκούσαντες, ἐκεῖνοι μὲν, καίπερ γιγνώσκοντες ὅτι ἐψεύδετο περὶ σφῶν, ἀφεῖσαν. πέμψαντες δ' εἰς Θήβας πρέσβεις, κατηγόρουν αὐτοῦ, ὡς δέοι ἀποθανεῖν. τὸν δ' Ἐπαμεινώνδαν ἔφασαν (καὶ γὰρ στρατηγῶν τότε ἐτύγχανεν) λέγειν ὡς πολὺ ὀρθότερον ποιήσειεν ὅτε συνελάμβανε τοὺς ἄνδρας, ἢ ὅτε ἀφῆκε. τὸ γὰρ ἡμῶν δι' ὑμᾶς εἰς πόλεμον καθεστηκότων, ὑμᾶς ἄνευ τῆς ἡμετέρας γνώμης εἰρήνην ποιεῖσθαι, πῶς οὐκ ἂν δικαίως προδοσίαν τις ὑμῶν κατηγοροίη; εὖ δ' ἴστε, ἔφη, ὅτι ἡμεῖς καὶ στρατευσόμεθα εἰς τὴν Ἀρκαδίαν, καὶ σὺν τοῖς τὰ ἡμέτερα φρονοῦσι πολεμήσομεν. ὡς δὲ ταῦτα ἀπηγγέλθη πρός τε τὸ κοινὸν τῶν Ἀρκάδων, καὶ τὰς πόλεις, ἐκ τούτου ἀνελογίζοντο Μαντινεῖς τε καὶ τῶν ἄλλων Ἀρκάδων, οἱ κηδόμενοι τῆς Πελοποννήσου, ὡσαύτως δὲ καὶ Ἠλεῖοι, καὶ Ἀχαιοί, ὅτι Θηβαῖοι δῆλοι εἶεν, ὡς ἀσθενεστάτην βουλόμενοι τὴν Πελοπόννησον εἶναι, ὅπως ὡς ῥᾷστα αὐτὴν καταδουλώσαιντο. τί γὰρ δὴ πολεμεῖν ἡμᾶς βούλονται; ἢ ἵνα ἡμᾶς μὲν ἀλλήλοις κακῶς ποιῶμεν, ἐκείνων δ' ἀμφότεροι δεώμεθα; ἢ τί λεγόντων ἡμῶν ὅτι οὐ δεόμεθα αὐτῶν ἐν τῷ παρόντι, παρασκευάζονται ὡς ἐξιόντες, οὐ δῆλον ὡς ἐπὶ τὸ κακόν. καὶ ἡμᾶς ἐργάζεσθαι στρατεύειν παρασκευάζονται; ἔπεμπον δὲ καὶ Ἀθήναζε βοηθεῖν κελεύοντες. ἔπεμψαν δὲ καὶ εἰς Λακεδαίμονα πρέσβεις ἐκ τῶν ἐπαρίτων, παρακαλοῦντες Λακεδαιμονίους, εἰ βούλοιντο κοινῇ διακωλύειν, ἄν τινες ἴωσι καταδουλωσόμενοι τὴν Πελοπόννησον. περὶ μέντοι ἡγεμονίας, αὐτόθεν διεπράττοντο, ὅπως ἐν τῇ ἑαυτῶν ἕκαστοι ἡγήσοιντο. ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτ' ἐπράττετο, Ἐπαμεινώνδας ἐξῄει, Βοιωτοὺς ἔχων πάντας, καὶ Εὐβοέας, καὶ Θετταλῶν πολλοὺς, παρά τε Ἀλεξάνδρου, καὶ τῶν ἐναντίων αὐτῷ. Φωκεῖς μέντοι οὐκ ἠκολούθουν, λέγοντες ὅτι συνθῆκαι σφίσιν αὐτοῖς εἶεν, εἴ τις ἐπὶ Θήβας ἴοι βοηθεῖν, ἐπ' ἄλλους δὲ στρατεύειν, οὐκ εἶναι ἐν ταῖς συνθήκαις. ὁ μέντοι Ἐπαμεινώνδας ἐλογίζετο καὶ ἐν Πελοποννήσῳ σφί-

σιν

σιν ὑπάρχειν Ἀργείους τε καὶ μεσσηνίους, καὶ ἀρκάδων τοὺς
τὰ σφέτερα φρονοῦντας. ἦσαν δ' οὗτοι τεγεᾶται, καὶ με
γαλοπολῖται, καὶ ἀσεᾶται, καὶ παλαντεῖς, καὶ εἴ τινες
διὰ πόλεις διὰ τὸ σμικραί τε εἶναι, καὶ ἐν μέσαις ταύταις
οἰκεῖν ἠναγκάζοντο. ἐξῆλθε μὲν δὴ ὁ ἐπαμεινώνδας
διὰ ταχέων. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο ἐν νεμέᾳ, ἐνταῦθα διέτρι
βε, νομίζων τοὺς ἀθηναίους παριόντας λήψεσθαι, καὶ οἰό/
μενος μέγα ἂν τοῦτο γενέσθαι, τοῖς μὲν σφετέροις συμμα/
χοις, εἰς τὸ ἐπιρρῶσαι αὐτούς. τοῖς δὲ ἐναντίοις, εἰς τὸ ἀθυ
μίαν ἐμπεσεῖν. ὡς δὲ συνελόντι εἰπεῖν, πᾶν ἀγαθὸν εἶναι
θηβαίοις, ὅτι ἐλαττοῖντο ἀθηναῖοι. ἐν δὲ τῇ διατριβῇ αὐ
τοῦ ταύτῃ συνῄεσαν πάντες οἱ ὁμοφρονοῦντες εἰς τὴν
μαντίνειαν. ἐπεὶ μέντοι ὁ ἐπαμεινώνδας ἤκουσε τοὺς ἀ
θηναίους τὸ μὲν κατὰ γῆν πορεύεσθαι ἀπεγνωκέναι, κατὰ
θάλατταν δὲ παρασκευάζεσθαι, ὡς διὰ λακεδαίμονος
βοηθήσοντας τοῖς ἀρκάσιν, οὕτω δὴ ἀφορμήσας ἐκ τῆς νε
μέας, ἀφικνεῖται εἰς τὴν τεγέαν. εὐτυχῆ μὲν οὖν ἔγω
γε οὐκ ἂν φήσαιμι τὴν στρατείαν αὐτῷ γενέσθαι. ὅσα
μέντοι προνοίας ἔργα, καὶ τόλμης ἐστίν, οὐδέν μοι δοκεῖ
ἁνὴρ ἐλλιπεῖν. πρῶτον μὲν γὰρ ἔγωγε ἐπαινῶ αὐτόν,
ὅτι τὸ στρατόπεδον ἐν τῷ τείχει τῶν τεγεατῶν ἐποιή/
σατο, ἔνθεν ἀσφαλεστέρῳ τε ἦν, ἢ εἰ ἔξω ἐστρατοπεδεύσα
το, καὶ τοῖς πολεμίοις ἐν ἀδηλοτέρῳ ὅ,τι πράττοιτο, καὶ
παρασκευάζεσθαι δὲ εἴ του ἐδέοιτο ἐν τῇ πόλει ὄντι εὐπο
ρώτερον. τῶν δ' ἐναντίων ἔξω στρατευομένων, ἐξῆν ὁρᾶν
εἴ τέ τι ὀρθῶς ἐπράττετο, εἴ τέ τι ἡμάρτανον. καὶ μὴν οἰό/
μενος κρείττων τῶν ἀντιπάλων εἶναι, ὁπότε ὁρῴη χωρί
οις πλεονεκτοῦντας αὐτούς, οὐκ ἐξήγετο ἐπιτίθεσθαι. ὁ
ρῶν δὲ οὔτε πόλιν προσχωροῦσαν αὐτῷ οὐδεμίαν, τόν τε
χρόνον ἐξήκοντα, ἐνόμισε πρακτέον τι εἶναι· εἰ δὲ μή, ἀντὶ
τῆς πρόσθεν εὐκλείας πολλὴν ἀδοξίαν προσεδέχετο. ἐ
πεὶ οὖν κατεμάνθανε περὶ μὲν μαντίνειαν τοὺς ἄλλους
πεφυλαγμένους, μεταπεμπομένους δὲ ἀγησίλαόν τε
καὶ πάντας τοὺς λακεδαιμονίους, καὶ ᾔσθετο ἐξεστρατευ
μένον τὸν ἀγησίλαον, καὶ ὄντα ἤδη ἐν πελλήνῃ, δει/
πνοποιησάμενος, παραγγείλας, ἡγεῖτο τῷ στρατεύμα/
τι εὐθὺς ἐπὶ σπάρτην. καὶ εἰ μὴ κρὴς θείᾳ τινὶ μοίρᾳ προσ/
ελθὼν, ἐξήγγειλε τῷ ἀγησιλάῳ, προσιὸν τὸ στράτευμα,
ἔλαβεν ἂν τὴν πόλιν, ὥσπερ νεοττιὰν παντάπασιν ἔρη
μον τῶν ἀμυνουμένων. ἐπεὶ μέντοι προπυθόμενος ταῦτα
ἀγησίλαος, ἔφθη εἰς τὴν πόλιν ἀπελθών, διαταξάμε
νοι οἱ σπαρτιᾶται, ἐφύλαττον, καὶ μάλα ὀλίγοι ὄντες. οἵ
τε γὰρ ἱππεῖς αὐτοῖς πάντες ἐν ἀρκαδίᾳ ἀπῆσαν, καὶ
τὸ ξενικόν, καὶ τῶν λόχων δέκα ὄντων οἱ τρεῖς. ἐπεὶ δὲ
ἐγένετο ἐπαμεινώνδας ἐν τῇ πόλει τῶν σπαρτιατῶν, ὅ
που μὲν ἔμελλον ἔν τε ἰσοπέδῳ μαχεῖσθαι, καὶ ἀπὸ τῶν
οἰκιῶν βληθήσεσθαι, οὐκ εἰσῄει ταύτῃ, οὐδ' ὅπου γε μη
δ' ἐν πλείονες μαχεῖσθαι τῶν ὀλίγων, πολλοὶ ὄντες. ἐν
θεν δὲ πλεονεκτεῖν ἂν ἐνόμιζε, τοῦτο λαβὼν τὸ χωρίον,
κατέβαινε, καὶ οὐκ ἀνέβαινεν εἰς τὴν πόλιν. τό γε
μὴν ἐντεῦθεν γενόμενον, ἔξεστι μὲν τὸ θεῖον αἰτιᾶσθαι,
ἔξεστι δὲ λέγειν ὡς τοῖς ἀπονενοημένοις οὐδ' εἷς ἂν ὑπο
σταίη. ἐπεὶ γὰρ ἡγεῖτο ἀρχίδαμος οὐδὲ ἑκατὸν ἔχων ἄν/
δρας, καὶ διαβὰς ὅπερ ἐδόκει τι ἔχειν κώλυμα, ἐπορεύετο
ἐπὶ τοὺς ἀντιπάλους· ἐνταῦθα δὴ οἱ πῦρ πνέοντες, οἱ νε
νικηκότες τοὺς λακεδαιμονίους, οἱ τῷ παντὶ πλείονες,

καὶ

bi existimabat Argiuos & Messenios, idemq; secum sta
tuentes Arcadum quosdam: & erant hi quidem Te/
geatæ, & Megalopolitæ, Astheatæq; ac Palantenses,
atque ciuitates quædam, quæ & quia paruæ erant, &
quòd in illarum medio sitæ, facilè illis obsequi compel/
lebantur. Profectus est igitur statim Epaminundas,
Nemeamque ingressus moram ibi aliquandiu traxit,
quod aduenientes illuc se excepturum Athenienses pu/
taret, magni id momenti futurum ad roboranda auxi/
lia sua, incutiendamq; hostibus desperationem existi/
mans. & ut paucis absoluam, summo bono fore Theba/
nis putabat, Athenienses deprimi. Interea ergo dum
ita cunctaretur, quicunq; pari studio Peloponnesi quæ/
rebant salutem ex Arcadibus atq; alijs, Mantineam om
nes conuenere. Epaminundas porrò ubi Athenienses pe
destri quidem itinere proficisci nolle, mari autem se
parasse intellexit, tanquam suppetias Arcadibus per
Spartam laturos, translatis illicò ex Nemea castris, in
Tegeam cōtendit. Hanc igitur expeditionem haud qua/
quam ego in præsentia quidem successisse illi pulchrè
dixerim: quanquam quod ad egregiæ prudentiæ ac fidu
ciæ opera pertinet, nihil adeò ei uiro defuisse uidetur.
Nam primum quidem hoc ego facinus eius laudo, quòd
in Tegeatarum mœnibus exercitum locauit, ubi & tu/
tius erat, quàm si foris castra fecisset, & hostibus quic/
quid ageretur minimè appareret: instruere denique ac
parare, quæcunq; re tandem opus esset, intra urbem a/
genti commodius liceret: eorum uerò qui extra muros
castra posuerāt, inspicere erat si quid uel rectè, uel per
peram facerent. Cumq; existimaret se hostibus esse su/
perior, cùm uideret eos æquiore in loco esse, non inua/
debat. Cùm autem ciuitatem quidem ad se nullam defice
re, nihilo autem secius interea tempus transigi animad
uerteret, saltem aliquid sibi esse agēdum statuit, alioquì
partam hactenus gloriam magna se infamia permuta/
turum existimās. Postquàm igitur ad Mantineam, cæte/
ris quidem in statione collocatis, Agesilaum cum reli/
quis Lacedæmonijs accersitum intellexit, infestoq; exer
citu iam profectum ac Pellenem ingressum, peracta ili/
cò cœna, excitisq; edicto militibus, rectà Spartā conten
dit, ac nisi diuina quadam sorte Cretensis quispiam ac/
cedens Agesilao hostilem adesse exercitum nunciasset,
Tantū non urbē iam ceperat, nihil tum quidem à deserto
uindicibus nido differentē. Cuius rei in ipso negocij ue/
lut cardine certior factus Agesilaus, e uestigio urbem
prior occupat: ac Lacedæmonij quidem compositis or/
dinibus strenuè præsidio aderant, quanquam essent ad/
modū pauci, quippe quorū equitatus omnis in Arcadiā
concesserat, necnō mercenarij milites, & ex decē co/
hortibus tres. Cùm uerò tandem in urbē peruenisset E/
paminundas quoq; ijs quidem locis abstinuit ubi uel ex
æquo loco pugnaturi erant, uel de domibus feriendi, uel
ubi nihilo plures pugnaturi quàm si pauci essent, cùm
essent multi. Sed eo loco, quem sibi æquiorem esse exi/
stimabat, occupato, descendit in urbem, non ascendit.
Quod tamen inde accidit, uel numini ascribi, uel hoc
dici potest, desperatis à nemine resisti posse. Cùm enim
ducem ageret Archidamus, neq; centum habens uiros,
ac præteritis si quæ erant impedimentis ad hostes uale/
ret: ibi sanè qui ignem spirabant, qui Lacedæmoniorum
paulò ante uictores fuerant, ac prorsum etiam plures,

ad hæc superiora etiam loca tenebant, adeò non paruam illam Archidami manum excipere sunt ausi, ut ad fugam etiam inclinarent. Ex Thebanis igitur primi quique occubuere. Rursum qui intra urbem erant cùm uictoria exultantes longius quàm pro temporis ratione persequerentur, ipsi etiam interempti sunt. Siquidem quasi circumscriptum à numine uidebatur, quatenus eis uictoria concederetur. Et Archidamus quidem eo loci ubi præclarè ab eo gesta res est, trophæum statuit, ac interfectorum corpora hostium per præconem ad sepulturam postulata concessit. Cæterùm Epaminundas cùm putaret Arcades Spartæ auxilium laturos, noluit illis quidem ac Lacedæmonijs unà unctis congredi, præsertim successu iam meliore usis, cæteris uerò conatu frustratis. Reuersus igitur quàm potuit celerrimè in Tegeam, cōcessáq; peditibus quiete, Mantineam equites misit, etiam atq; etiam eos uti perdurarent precatus: docensq; uerisimile esse omnia Mantineorum iumenta, atque ipsos etiam homines foris iam agere, maximè quia comportandi frumenti tempus erat. atq; hi quidem ibant. Athenienses uerò equites Eleusin egreßi, in Isthmo cœnauerant: iamq; peragrato etiam Cleonis oppido, Mantineam accessere, ac intra mœnia exercitum per ædes locauerunt. Cumq; adesse iam etiam hostes uiderentur, ciues quidem Atheniensium equitum opem implorare, si quid possent, ruri enim esse armenta omnia & operarios: multos uerò etiam pueros ac seniores, eosq; ingenuos plerosque: quibus auditis Athenienses confestim ad ferendum ipsis auxilium sese expediunt, quanquam impransi adhuc & ipsi & equi. Atque ibi quidem rursus uirtutem ipsorum quis non iurè extollat ac ueneretur? qui tametsi multò plures cernerent hostes, iacturamq; Corinthi haud ita pridem equites fecissent, nihilo inde cunctatiores apparuere: neque quòd Thebanis simul ac Thessalis, qui equitatu excellere tum quidem uel potißimum uidebantur, congrediendum esset. Verum turpißimum sibi fore rati, si præsentes nullo commodo socios iuuissent, ut primùm hostes cōspexere, iunctis illico uiribus aggreßi sunt, relictam à maioribus gloriam reseruare tueriq; sedulò cupientes: ac strenuè pugnando Mantineis quæcunq; extra mœnia habebāt, ab interitu uindicarunt. Cecidere autē ex ipsis uiri fortißimi, & quales ijdem etiam peremerunt. Nullum enim utriq; ita breue telum habebant, quod non ad aduersarios posset pertingere. Mox suorum quidem cadauera sustulerunt, ex hostibus uerò quædam ad sepulturam postulata tradidere. Epaminūdas porrò cùm sibi post paucos dies abeundum propter exactum iam militiæ tempus cogitaret: eos uerò quibus fortunæ bellicæ socius accesserat, obsidionē ab hoste ueritus, ægrè desereret: se deniq; ad extrema prorsus redactum arbitraretur: quippe tāto cū exercitu tamq; instructo à paucis Spartæ uictus: neq; minus etiā equestri prælio ad Mantineā inferior: & quia autor fuerat ob expeditionem in Peloponnesum, ut Lacedæmonij, Arcades, Achei, Elij, & Athenienses coniunctis inter se uiribus uterētur, discedere absq; pugna omnino sibi fore impoßibile existimauit: ita secum reputās, si uinceret, ista omnia se facile resoluturum: sin uerò cadere se cōtingeret, pulchra sanè morte occubiturum, patriæ uidelicet relinquere imperium Peloponnesi conatum. Neque uerò talia ipsum uersasse

καὶ πρὸς τούτοις ὑπερδέξια χωρία ἔχοντες, οὐκ ἐδέξαντο τοὺς περὶ τὸν Ἀρχίδαμον, ἀλλ᾽ ἐγκλίνουσι. καὶ οἱ μὲν πρῶτοι τῶν Ἐπαμεινώνδου ἀπέθνησκον. ἐπεὶ μέντοι ἀγαλλόμενοι τῇ νίκῃ ἐδίωξαν οἱ ἔνδοθεν πορρωτέρω τοῦ καιροῦ, οὗτοι αὖ ἀπέθνησκον. περιεγέγραπτο γὰρ, ὡς ἔοικεν, ὑπὸ τοῦ θεοῦ, μέχρις ὅσου ἡ νίκη ἐδέδοτο αὐτοῖς. καὶ ὁ μὲν δὴ Ἀρχίδαμος τρόπαιόν τε ἵστατο, ἔνθα ἐπεκράτησε, καὶ τοὺς ἐνταῦθα πεσόντας τῶν πολεμίων, καὶ ὑποσπόνδους ἀπεδίδου. ὁ δ᾽ Ἐπαμεινώνδας, λογιζόμενος ὅτι οἱ Ἀρκάδες βοηθήσοιεν εἰς τὴν Λακεδαίμονα, ἐκείνοις μὲν οὐκ ἐβούλετο, καὶ πᾶσι Λακεδαιμονίοις ὁμοῦ γενομένοις μάχεσθαι, ἄλλως τε καὶ εὐτυχηκόσι, τῶν δὲ ἀτετυχηκότων. πάλιν δὲ πορευθεὶς ὡς ἐδύνατο τάχιστα εἰς τὴν Τεγέαν, τοὺς μὲν ὁπλίτας ἀνέπαυσε, τοὺς δὲ ἱππέας ἔπεμψεν εἰς τὴν Μαντίνειαν, δεηθεὶς αὐτῶν προσκαρτερῆσαι, καὶ διδάσκων, ὡς πάντα μὲν εἰκὸς ἔξω εἶναι τὰ τῶν Μαντινέων βοσκήματα, πάντας δὲ τοὺς ἀνθρώπους, ἄλλως τε, καὶ σίτου συγκομιδῆς οὔσης, καὶ οἱ μὲν ᾤχοντο. οἱ δ᾽ Ἀθηναῖοι ἱππεῖς, ὁρμηθέντες ἐξ Ἐλευσῖνος, ἐδειπνοποιήσαντο μὲν ἐν Ἰσθμῷ. διελθόντες δὲ καὶ τὰς Κλεωνὰς, ἐτύγχανον προσιόντες εἰς τὴν Μαντίνειαν, καὶ κατεστρατοπεδευσάμενοι ἐντὸς τείχους ἐν ταῖς οἰκίαις. ἐπεὶ δὲ δῆλοι ἦσαν προσελαύνοντες οἱ πολέμιοι, ἐδέοντο οἱ Μαντινεῖς τῶν Ἀθηναίων ἱππέων βοηθῆσαι, εἴ τι δύναιντο. ἔξω γὰρ εἶναι καὶ τὰ βοσκήματα πάντα, καὶ τοὺς ἐργάτας, πολλοὺς δὲ καὶ παῖδας, καὶ γεραιτέρους τῶν ἐλευθέρων. ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ Ἀθηναῖοι ἐκβοηθοῦσιν, ἔτι ὄντες ἀνάριστοι καὶ αὐτοὶ, καὶ οἱ ἵπποι. ἐνταῦθα δὴ τούτων αὖ τὴν ἀρετὴν, τίς οὐκ ἂν ἀγασθείη; οἳ καὶ πολὺ πλείονας ὁρῶντες τοὺς πολεμίους, καὶ δυστυχήματος γεγενημένου ἐν Κορίνθῳ τοῖς ἱππεῦσιν, οὐδὲν τοῦτο ὑπελογίσαντο, οὐδ᾽ ὅτι καὶ Θηβαίοις ἅμα, καὶ Θετταλοῖς τοῖς κρατίστοις ἱππεῦσιν εἶναι δοκοῦσιν, ἔμελλον μάχεσθαι, ἀλλ᾽ αἰσχυνόμενοι, εἰ παρόντες, μηδὲν ὠφελήσειαν τοὺς συμμάχους, ὡς εἶδον τάχιστα τοὺς πολεμίους, συνέρραξαν, ἐρῶντες ἀνασώσασθαι τὴν πατρῴαν δόξαν, καὶ μαχόμενοι, αἴτιοι μὲν ἐγένοντο σωθῆναι πάντα τὰ ἔξω τοῖς Μαντινεῦσιν. αὐτῶν δ᾽ ἀπέθανον ἄνδρες ἀγαθοί. καὶ ἀπέκτεναν δὲ δηλονότι τοιούτους. οὐδὲν γὰρ οὕτω βραχὺ ὅπλον ἑκάτεροι εἶχον, ᾧ οὐκ ἐξικνοῦντο ἀλλήλων. καὶ τοὺς μὲν φιλίους νεκροὺς ἀνείλοντο. τῶν δὲ πολεμίων, ἔστιν οὓς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν. ὁ δ᾽ αὖ Ἐπαμεινώνδας, ἐνθυμούμενος ὅτι ὀλίγων μὲν ἡμερῶν ἀνάγκη ἔσοιτο ἀπιέναι, διὰ τὸ ἐξήκειν τῇ στρατείᾳ τὸν χρόνον, εἰ δὲ καταλείψοι ἐρήμους, οἷς ἦλθε σύμμαχος, ἐκεῖνοι πολιορκήσοιντο ὑπὸ τῶν ἀντιπάλων, αὐτὸς δὲ λελυμασμένος παντάπασι τῇ ἑαυτοῦ δόξῃ ἔσοιτο, ἡττημένος μὲν ἐν Λακεδαίμονι σὺν πολλῷ ὁπλιτικῷ ὑπ᾽ ὀλίγων, ἡττημένος δὲ ἐν Μαντινείᾳ ἱππομαχίᾳ, αἴτιος δὲ γεγενημένος διὰ τὴν εἰς Πελοπόννησον στρατείαν τοῦ συνεστάναι Λακεδαιμονίους, καὶ Ἀρκάδας, καὶ Ἀχαιούς, καὶ Ἠλείους, καὶ Ἀθηναίους, ὥστε οὐκ ἐδόκει αὐτῷ δυνατὸν εἶναι ἀμαχεὶ παρελθεῖν, λογιζομένῳ ὅτι εἰ μὲν νικῴη, πάντα ταῦτα ἀναλύσοιτο· εἰ δὲ ἀποθάνοι, καλὴν τὴν τελευτὴν ἡγήσατο ἔσεσθαι, πειρωμένῳ τῇ πατρίδι ἀρχὴν Πελοποννήσου καταλιπεῖν. τὸ μὲν οὖν αὐτὸν τοιαῦτα διανοεῖσθαι,

δεῖ, ὃ πάνυ μοι δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι. φιλοτίμων γὰρ ἀνδρῶν τὰ τοιαῦτα διανοήματα. τὸ μέντοι στράτευμα παρασκευάσαι, ὥς πόνον τε μηδένα ἀποκάμνειν, μήτε νυκτὸς, μήτε ἡμέρας, κινδύνου τε μηδενὸς ἀφίστασθαι, σπανιά τε τὰ ἐπιτήδεια ἔχοντας, ὅμως πείθεσθαι ἐθέλειν, ταῦτά μοι δοκεῖ θαυμαστότερα εἶναι. καὶ γὰρ ὅτε τὸ τελευταῖον παρήγγελεν αὐτοῖς παρασκευάζεσθαι ὡς μάχης ἐσομένης, προθύμως μὲν ἐλευκοῦντο οἱ ἱππεῖς τὰ κράνη, κελεύοντος ἐκείνου, ἐπεγράφοντο δὲ καὶ τῶν Ἀρκάδων ὁπλῖται ῥόπαλα ἔχοντες, ὡς Θηβαῖοι ὄντες. πάντες δὲ ἠκονῶντο καὶ λόγχας, καὶ μαχαίρας, καὶ ἐλαμπρύνοντο τὰς ἀσπίδας. ἐπεὶ μέντοι οὕτω παρασκευασμένους ἐπήγαγε, ἄξιον αὖ κατανοῆσαι, ἃ ἐποίησε. πρῶτον μὲν γὰρ ὥσπερ εἰκὸς συνετάττετο. τοῦτο δὲ πράττων, σαφηνίζειν ἐδόκει ὡς εἰς μάχην παρεσκευάζετο. ἐπεί γε μὴν ἐτέτακτο αὐτῷ τὸ στράτευμα ὡς ἐβούλετο, τὴν μὲν συντομωτάτην πρὸς τοὺς πολεμίους οὐκ ἦγε. πρὸς δὲ τὰ πρὸς ἑσπέραν ὄρη τῆς Τεγέας, καὶ ἀντιπέραν ἡγεῖτο. ὥστε δόξαν παρεῖχε τοῖς πολεμίοις μὴ ποιήσεσθαι μάχην ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. καὶ γὰρ δὴ ὡς πρὸς τῷ ὄρει ἐγένετο, ἐπεὶ ἐξετάθη αὐτῷ ἡ φάλαγξ ὑπὸ τοῖς ὑψηλοῖς ἔθετο τὰ ὅπλα, ὥστε εἰκάσθη στρατοπεδευομένῳ. τοῦτο δὲ ποιήσας, ἔλυσε μὲν τῶν πλείστων πολεμίων τὴν ἐν ταῖς ψυχαῖς πρὸς μάχην παρασκευήν. ἔλυσε δὲ τὴν ἐν ταῖς συντάξεσιν. ἐπεί γε μὴν παραγαγὼν τοὺς ἐπὶ κέρως πορευομένους λόχους εἰς μέτωπον, ἰσχυρὸν ἐποιήσατο τὸ περὶ αὑτὸν ἔμβολον, τότε δὴ ἀναλαβεῖν παραγγείλας τὰ ὅπλα, ἡγεῖτο. οἱ δ' ἠκολούθουν. οἱ δὲ πολέμιοι ὡς εἶδον παρὰ δόξαν ἐπιόντας, οὐδεὶς αὐτῶν ἡσυχίαν ἔχειν ἐδύναντο. ἀλλ' οἱ μὲν ἔθεον εἰς τὰς τάξεις· οἱ δὲ παρετάττοντο· οἱ δὲ ἵππους ἐχαλίνουν· οἱ δὲ θώρακας ἐνεδύοντο, πάντες δὲ πεισομένοις μᾶλλον, ἢ ποιήσουσιν ἐῴκεσαν. ὁ δὲ τῷ στρατεύματι ἀντίπρωρον ὥσπερ τριήρη προσῆγε, νομίζων ὅπῃ ἐμβαλὼν διακόψειε, διαφθερεῖν ὅλον τὸ τῶν ἐναντίων στράτευμα. καὶ γὰρ δὴ τῷ μὲν ἰσχυροτάτῳ, παρεσκευάζετο ἀγωνίζεσθαι. τὸ δὲ ἀσθενέστατον, πόρρω ἀπέστησεν, εἰδὼς ὅτι ἡττηθὲν, ἀθυμίαν ἂν παράσχοι τοῖς μεθ' αὑτοῦ, ῥώμην δὲ τοῖς πολεμίοις. καὶ μὴν τοὺς ἱππέας, οἱ μὲν πολέμιοι αὐτοὶ παρετάξαντο, ὥσπερ ὁπλιτῶν φάλαγγος βάθος ἐφεξῆς, καὶ ἔρημον πεζῶν ἁμίππων· ὁ δ' Ἐπαμινώνδας αὖ, καὶ τοῦ ἱππικοῦ ἔμβολον ἰσχυρὸν ἐποιήσατο, καὶ ἁμίππους πεζοὺς συνέταξεν αὐτοῖς, νομίζων τὸ ἱππικὸν ἐπεὶ διακόψειεν, ὅλον τὸ ἀντίπαλον νενικηκὼς ἔσεσθαι. μάλα γὰρ χαλεπὸν εὑρεῖν τοὺς ἐθελήσαντας μένειν, ἐπειδὰν τινὰς φεύγοντας τῶν ἑαυτοῦ ὁρῶσι. καὶ ὅπως μὴ ἐπιβοηθῶσιν οἱ Ἀθηναῖοι ἀπὸ τοῦ εὐωνύμου κέρατος ἐπὶ τὸ ἐχόμενον, κατέστησεν ἐπὶ γηλόφων τινῶν ἐναντίους αὐτοῖς καὶ ἱππέας, καὶ ὁπλίτας, φόβον βουλόμενος καὶ τούτοις παρέχειν, ὡς εἰ βοηθήσαιεν, ὄπισθεν οὗτοι ἐπικείσοιντο αὐτοῖς. τὴν μὲν δὴ συμβολὴν οὕτως ἐποιήσατο. καὶ οὐκ ἐψεύσθη τῆς ἐλπίδος. κρατήσας γὰρ ᾗ προσέβαλεν, ὅλον ἐποίησε φεύγειν τὸ τῶν ἐναντίων. ἐπεί γε μὴν ἐκεῖνος ἔπεσεν, οἱ λοιποὶ οὐδὲ τῇ νίκῃ ὀρθῶς ἔτι ἐδυνάσθησαν χρήσασθαι. ἀλλὰ φυγούσης μὲν ἑαυτοῖς τῆς ἐναντίας φάλαγγος, οὐδένα ἀπέκτειναν οἱ ὁπλῖται, οὐδὲ προῆλθον ἐκ τοῦ χωρίου, ἔνθα ἡ συμβολὴ ἐγένετο.

fasse animo uehementer admirandum puto: siquidem tales esse uirorum sublimibus tantum rebus gloriam aucupantium consultationes solent. At parasse ita exercitum, ut neque laboribus quicquam siue noctu siue interdiu defatigaretur, periculumue exhorresceret: & quanquam rerum necessariarum penuria laborarent, morem tamen duci gerere omnes uellent, ea uerò longè magis admiranda mihi esse uidentur. Nam cùm postremò accingi omnes uelut instante iam pugna edixisset, summa cum alacritate galeas quidem iubente illo extergebant equites: nomina uerò dabant etiam Arcadum quidam grauis armaturæ milites, clauas gestantes quasi Thebani essent: omnes uerò exacuebant & hastas & gladios, clypeisq; splendorem inducebāt. Quos ubi hoc pacto expeditos abduxit, scire operæpretium est quæ deinceps peregerit. Primùm enim, quemadmodum par erat, in ordines disposuit: quo facto ad conflictum eos ita parari iussos, declarare omnino uidebatur. Instructa igitur iam ut uolebat acie, contractam magis partem non aduersum hostes, sed ad occasum respicientes Tegeæ montes, & ulteriorem inde regionem abduxit, ut ipsis etiam hostibus minimè pugnaturus eo quidem die uideretur. Nam cùm ad montana accessisset, ac phalangem sibi iam parasset, à peditibus arma poni curauit, ut castrametandi tantùm speciem præberet. quo facto plerorumq; sanè hostium nō solùm quem animo iam conceperant ad pugnam, sed & quò ordines instruxerant, apparatum soluit. Postquàm uerò adductis in conspectum quæ opportunè accesserant cohortibus, firmum penes se præsidium reddidit, recipere tum arma iubens præiuit, atque hi quidem sequebantur: quos cùm approperare præter expectationem hostes uiderent, relicta omni cessatione hi quidem currebant ad ordines, hi uerò exercitu sese instruebant: ac rursum alij frenebant equos, alij thoracibus induebantur, omnesq; adeò lædendi magis quàm læsuri uidebantur. Ipse uerò acie uelut triremi insista ad hostem admouit, existimans se quacunque inuadendo perrumperet, uniuersam hostium uim pessundaturum: siquidem firmißima aciei parte ad conflictum disposita, imbecillimam longius collocauerat: quam fortè uictam suis desperationem, hostibus uerò fiduciam parituram haud ignorabat. Verùm hostes ipsi quoque in longum, sic ut armatorum phalanx solet, equitatum instruxerunt, peditibus nullis intermixtis. Cæterùm Epaminundas equitatus præsidium quoque ualidum reddebat, equoq; carentes pedites adiungebat, ita se uniuersi hostium exercitus penetrando uictorem euasurum putans: difficilimè enim perduraturos ullos, postquàm fugere ex suis aliquos cernerent. Ne uerò suppetias insuper eis afferrēt Athenienses, à sinistro cornu in proximum, aliquot illis in collibus quibusdam equites peditesq; armatos obiecit, quò horrorem ipsis quoque incuteret, tanquam si opem ferrent, illos à tergo sibi irruituros. Atque hoc sanè pacto congressus, spe sua minimè frustratus est: qua enim parte irruperat superior factus, uniuersam hostiū uim in fugam conuertit. Ipse uerò ubi cecidit, qui supererant, cùm neque uictoria rectè uti amplius possent, quanquam tergum uertente iam etiam quæ opposita ipsis fuerat phalange, nec armati quenquam trucidarunt, ac ne loco quidem ubi congressum est excesserunt:

nec equites, cùm obiecti sibi equites fugerent, instando quenquam uel equitem uel peditem sustulerunt, sed tanquam uicti per hostium fugientiū medium trepidè elapsi sunt. At qui equis carebant, & sagittarij cum equitibus sentientes, ad sinistrum se cornu contulerunt, tanquam rerum iam potiti: ubi tamē ab Atheniensibus pleriq; occisi sunt. His ita gestis, longè aliter accidit, quàm uniuersi homines putarant fore. Cùm enim conuenisset uniuersa ferè Graecia, atq; inuicem alij sese obiecissent, nemo non futurum putabat, si ad manus esset uentum, ut qui superiores euasissent, imperio potirentur, uicti autem se se iugo submitterent. Verùm ita deus disposuit, ut utriq; tanquam uictores trophaeum statuerent, neq; statuentibus alteris alteri obstarent, mortuos autem utriq; ceu uictores ad sepulturam postulatos concesserunt, ut riq; uerò etiam uelut uicti receperunt: & cum utriq; uicisse se dicerent, neutri tamen potiti esse uel regione, uel urbe, uel imperio, siue ulla re alia aucti magis quàm ante pugnam commissam uidebantur. Confusione uerò atq; tumultu longe amplius post pugnam quàm antea per totam Graeciam laboratum est. Atq; haec quidem hactenus mihi descripta sunto: quae uerò deinceps gesta sunt, alij forsitan curae erunt.

φυγόντων δ' αὐτοῖς καὶ τῶν ἱππέων, ἀπέκτειναν μὲν οὐδ' οἱ ἱππεῖς διώκοντες, ὅτι ἱππέας, οὐθ' ὁπλίτας, ὡς δὲ ἡττώμενοι, πεφοβημένως διὰ τῶν φευγόντων πολεμίων διέπεσον. καὶ μὴν οἱ ἅμιπποι, καὶ οἱ πελτασταὶ συννενικηκότες τοῖς ἱππεῦσιν, ἀφίκοντο μὲν ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου, ὡς κρατοῦντες, ἐκεῖ δ' ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων οἱ πλεῖστοι αὐτῶν ἀπέθανον. τούτων δὲ πραχθέντων τοὐναντίον ἐγεγένητο, οὗ ἐνόμισαν πάντες ἄνθρωποι ἔσεσθαι. συνεληλυθυίας δὲ σχεδὸν ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, καὶ ἀντιτεταγμένων, οὐδεὶς ἦν ὅστις οὐκ ᾤετο, εἰ μάχη ἔσοιτο, τοὺς μὲν κρατήσαντας, ἄρξειν· τοὺς δὲ κρατηθέντας, ὑπηκόους ἔσεσθαι. ὁ δὲ θεὸς οὕτως ἐποίησεν, ὥστε ἀμφότεροι μὲν ὡς νενικηκότες τρόπαιον ἐστήσαντο. τοὺς δὲ ἱσταμένους οὐδέτεροι ἐκώλυον. νεκροὺς δὲ ἀμφότεροι μὲν ὡς νενικηκότες, ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν. ἀμφότεροι δὲ ὡς ἡττώμενοι, ὑποσπόνδους ἀπελάμβανον. νενικηκέναι δὲ φάσκοντες ἑκάτεροι, οὔτε χώρᾳ, οὔτε πόλει, οὔτ' ἀρχῇ, οὐδέτεροι οὐδὲν ἔχοντες ἐφάνησαν, ἢ πρὶν τὴν μάχην γενέσθαι. ἀκρισία δὲ καὶ ταραχὴ ἔτι πλείων μετὰ τὴν μάχην ἐγένετο, ἢ πρόσθεν ἐν τῇ Ἑλλάδι. Ἐμοὶ μὲν δὴ μέχρι τοῦδε γραφέσθω. τὰ δὲ μετὰ ταῦτα, ἴσως ἄλλῳ μελήσει.

BESSARIONIS PRESBYTERI

CARDINALIS NICENI, AD IVLIANVM EPISCOPVM, CARDINALEM TVSCVLANVM, IN XENOPHONTEM DE FACTIS & DICTIS SOCRATIS MEMORATU DIGNIS, PRAEFATIO.

LVCII Crassi apud Ciceronem illam sententiam quae exercitum uertendi probat, ego quoq; apprimè utilem existimans, Xenophontis oratoris suauissimi, philosophiq; nobilissimi, de factis & dictis Socratis memoratu dignis, hos quatuor libros morales è graeco in latinum traduxi: eosq; tibi ideo, Iuliane pater optime, dedicaui, ut tum meorum tibi studiorum, quae summoperè à me flagitas, rationem reddam: tum uel maximè, ut te autore, qui operibus omnem in his contentam uirtutem perfecisti, in aures Latinorum peruenirent. Si enim quisquam ubi de iustitia, fortitudine, honestate, moderatione, continentia, liberalitate, magnitudine animi, amicitia, officio, itemq; de republica, de imperio, de re militari, caeterisq; uirtutibus Socrates dissereat, ea sibi non facilia factu putat: uel haec praecepta audiens, ueluti ficta pro falsis & impossibilibus spernet, praesertim cum modo Socratē, qui dicta factis exaequabat, admonentem uideat, ni abs te, tuiq; causa, qui omnibus his uirtutibus praeditus es, haec audiat necesse est, exemploq; tuo spe ductus, in imitationem studiumq; earum trahatur. Horum sermonum hoc argumentum est. Cum Socrates uir profecto sapientissimus, accusatus Athenis iniuria, morteq; damnatus fuisset, accusationisq; eius duo capita essent, quod scilicet priscos non coleret deos, sed noua daemonia introduceret: quodq; iuuentutem corrumperet. Ad haec ambo redarguenda, falsamq; de eo opinionem uulgo habitam refellendam, auditor eius Xenophon in primis celeberrimus, hos libros conscripsit. Et primo probato, quod deos Socrates coleret, tum factis eius, tum alijs argumentis, deuenit secundo ad doctrinam dictaq; eius exponenda, quae cum suis auditoribus, quiq; ad eum conueniebant adolescentulis, conferebat. Quibus palam ostenditur, non modo eum non corrupisse iuuentutem, sed etiam quammaximè ad omnem uirtutem capessendam et profuisse. Vbi & modum eius disputandi acerrimum atq; uehementissimum, materiasq; de quibus disputat, tam admirari licet, ut meritò putemus illis potius mortem Socratis qui eum damnarunt, quàm ipsi damno fuisse. Qui cum in iudicio capitis pro seipso oraret, ita dixit, ut non supplex aut reus, sed magister aut dominus iudicum esse uideretur.

Caetera inter disceptandum tute ipse cognosces. Bene uale.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Πολλάκις ἐθαύμασα, τίσι ποτὲ λόγοις Ἀθηναίους ἔπεισαν οἱ γραψάμενοι Σωκράτην, ὡς ἄξιος εἴη θανάτου τῇ πόλει. ἡ μὲν γὰρ γραφὴ κατ' αὐτοῦ τοιάδε τις ἦν. ἀδικεῖ Σωκράτης· ὃς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεούς, οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσφέρων. ἀδικεῖ δὲ καὶ τοὺς νέους διαφθείρων. πρῶτον μὲν οὖν ὡς οὐκ ἐνόμιζεν οὓς ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, ποίῳ ποτ' ἐχρήσαντο τεκμηρίῳ; θύων τε γὰρ φανερὸς ἦν πολλάκις μὲν οἴκοι, πολλάκις δὲ ἐπὶ τῶν κοινῶν τῆς πόλεως βωμῶν· καὶ μαντικῇ χρώμενος, οὐκ ἀφανὴς ἦν. διετεθρύλητο γάρ, ὡς φαίη Σωκράτης τὸ δαιμόνιον ἑαυτῷ σημαίνειν. ὅθεν δὴ καὶ μάλιστά μοι δοκοῦσιν αὐτὸν αἰτιάσασθαι, καινὰ δαιμόνια εἰσφέρειν. ὁ δ' οὐδὲν καινότερον εἰσέφερε τῶν ἄλλων, ὅσοι μαντικὴν νομίζοντες, οἰωνοῖς τε χρῶνται, καὶ φήμαις καὶ συμβόλοις, καὶ θυσίαις. οὗτοί τε γὰρ ὑπολαμβάνουσιν, οὐ τοὺς ὄρνιθας, οὐδὲ τοὺς ἀπαντῶντας εἰδέναι τὰ συμφέροντα τοῖς μαντευομένοις, ἀλλὰ τοὺς θεοὺς διὰ τούτων αὐτὰ σημαίνειν. κἀκεῖνος οὕτως ἐνόμιζεν. ἀλλ' οἱ μὲν πλεῖστοι φασὶν, ὑπό τε τῶν ὀρνίθων καὶ τῶν ἀπαντώντων, ἀποτρέπεσθαί τε καὶ προτρέπεσθαι. Σωκράτης δ' ὥσπερ ἐγίγνωσκεν, οὕτως ἔλεγε. τὸ δαιμόνιον γὰρ ἔφη σημαίνειν, καὶ πολλοῖς τῶν συνόντων προηγόρευε, τὰ μὲν ποιεῖν, τὰ δὲ μὴ ποιεῖν, ὡς τοῦ δαιμονίου προσημαίνοντος. καὶ τοῖς μὲν πειθομένοις αὐτῷ συνέφερε· τοῖς δὲ μὴ πειθομένοις μετέμελε. καίτοι τίς οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν αὐτὸν, βούλεσθαι μήτ' ἠλίθιον μήτ' ἀλαζόνα φαίνεσθαι τοῖς συνοῦσιν; ἐδόκει δ' ἂν ἀμφότερα ταῦτα, εἰ προαγορεύων ὡς ὑπὸ θεοῦ φαινόμενα, καὶ ψευδόμενος ἐφαίνετο. δῆλον οὖν ὅτι οὐκ ἂν προέλεγεν, εἰ μὴ ἐπίστευεν ἀληθεύσειν. ταῦτα δὲ, τίς ἂν ἄλλῳ πιστεύσειεν, ἢ θεῷ; πιστεύων δὲ θεοῖς, πῶς οὐκ εἶναι θεοὺς ἐνόμιζεν; ἀλλὰ μὴν ἐποίει καὶ τάδε, πρὸς τοὺς ἐπιτηδείους. τὰ μὲν γὰρ ἀναγκαῖα συνεβούλευε, καὶ πράττειν ὡς ἐνόμιζεν ἄριστ' ἂν πραχθῆναι. περὶ δὲ τῶν ἀδήλων ὅπως ἀποβήσοιτο, μαντευσομένους ἔπεμπεν, εἰ ποιητέα. καὶ τοὺς μέλλοντας οἴκους τε καὶ πόλεις καλῶς οἰκήσειν, μαντικῆς ἔφη προσδεῖσθαι. τεκτονικὸν μὲν γὰρ, ἢ χαλκευτικὸν, ἢ γεωργικὸν, ἢ ἀνθρώπων ἀρχικὸν, ἢ τῶν τοιούτων ἔργων ἐξεταστικὸν, ἢ λογιστικὸν, ἢ οἰκονομικὸν, ἢ στρατηγικὸν γενέσθαι, πάντα τὰ τοιαῦτα μαθήματα καὶ ἀνθρώπου γνώμῃ αἱρετέα ἐνόμιζεν εἶναι. τὰ δὲ μέγιστα τῶν ἐν τούτοις, ἔφη, τοὺς θεοὺς ἑαυτοῖς καταλείπεσθαι, ὧν οὐδὲν δῆλον εἶναι τοῖς ἀνθρώποις. οὔτε γάρ τοι καλῶς ἀγρὸν φυτευσαμένῳ, δῆλον ὅστις καρπώσεται. οὔτε τῷ καλῶς οἰκίαν οἰκοδομησαμένῳ, δῆλον ὅστις οἰκήσει. οὔτε τῷ στρατηγικῷ, δῆλον εἰ συμφέρει στρατηγεῖν. οὔτε τῷ πολιτικῷ, δῆλον εἰ συμφέρει τῆς πόλεως προστατεῖν. οὔτε τῷ καλὴν γήμαντι, ἵν' εὐφραίνηται, δῆλον, εἰ διὰ ταύτην ἀνιάσεται. οὔτε τῷ δυνατοὺς ἐν τῇ πόλει κηδεστὰς λαβόντι, δῆλον εἰ διὰ τούτους στερήσεται τῆς πόλεως. τοὺς δὲ μηδ' ἐν

XENOPHONTIS

DE FACTIS ET DICTIS SOCRATIS MEMORATU DIGNIS LIBER primus, Bessarione Cardinale Niceno interp.

Saepe miratus sum, quibus de causis Athenienses commoti, morte Socratem condemnarint. Quasi nanque priscos non coleret deos, noua uerò dæmonia introduceret, ac iuuentutem corrumperet, nomen eius aduersatij detulerunt. Hoc igitur primum, quod non coleret deos, quos etiam ciuitas, quo argumento ostenderunt? cùm sæpißimè tum domi, tum etiam in aris communibus ciuitatis cum constet sacrificasse, cumq; uaticinijs usum fuisse haud esset ignotum. Peruulgatum nanque erat Socratem prædicare, quendam sibi deum res significare: quam ob rem, ut arbitror, accusatus est noua dæmonia introducere. Atqui nihil noui, quod non etiam alij, qui augurijs, ominibus, signis, ac immolationibus uaticinari solent, introducebat. Quemadmodum enim illi nec aues, nec obuiantes scire aut prædicere opinantur futura, deos autem per illos ea ostendere, sic etiam Socrates arbitrabatur. At uulgus quidem ab auibus, ac obuijs se incitari, aut auerti asserit: Socrates uerò, ut sentiebat, sic etiam aiebat. Deum enim quendam dicebat, quæ faciunda, & quæ non, perdocere: quo confisus, necessarios etiam suos admonebat, quæ deberent facere, quæq; expediat eis omittere, tanquam à deo prædicta: & his qui ei parebant, conducebat: qui uerò non, illos pœnitebat. At quis non concedet noluisse Socratem aut stolidum, aut simulatorem uideri necessarijs suis? quorum utrunque profectò esse uisus fuisset, si cùm quædam tanquam à deo monstrata prædiceret, mentitus postea uisus fuisset. Constat itaque non illa Socratem prædixisse, nisi prius uera dicere credidisset: in quibus cui potius quisquam crederet quàm deo? Cùm uerò dijs crederet, quomodo non coleret deos? Præterea de rebus agendis, quæ quidem ad hanc uitam agendam necessariæ sunt, ea dicere ac facere suis familiaribus consulebat, quibus quamoptimè fieri res ipsas arbitrabatur. De illis uerò quorum incertus exitus erat, à dijs, an suscipiendæ sint, petere hortabatur: asserebatq; omnibus, qui aut domum, aut ciuitatem rectè habitaturi sunt, opus esse diuinatione. Aedificandi nanq;, aut fabricandi, aut agros colendi, aut hominibus dominandi, aut computandi, aut domi militiæq; præsidendi artem, huiuscemodiq; res sciscitandi, hæc omnia doctrina homines cõsequi, suoq; arbitrio eligere posse. Quod autem in his omnibus maximum est, id sibijpsi deos conseruasse aiebat, incertũq; hominibus esse uoluisse. Nec enim illi, qui rectè suum colat agrum, constat, quis eo fruiturus sit. Nec illi qui optimè domum ædificet, notum est quis eam sit habitaturus. Nec duci, profuturum'ne sit, an secus, ducere exercitum, apparet. Nec reipublicæ gubernatori certũ est, an utile ipsi sit, ciuitati præesse. Nec si quispiã uenustam ac pulchrã duxerit uxorem, putans lætitiam hinc sibi futuram, clarũ est, si propter illã mœstitia sit afficiẽdus. Nec si quis potẽtes in ciuitate affines assequatur, scire potest, si per illos exulabit à ciuitate. Horũ itaq; omniũ si qui sunt qui nihil

nihil à diuina prouidentia putent, sed à nostro arbitrio omnia pendêre, hos insanire quidem asserebat. Nec minus etiam illos insanire aiebat, qui diuinatione exploranda illa esse arbitrantur, de quibus discernendis data est hominibus à dijs facultas. Si enim quisquam interroget, utrum illum aurigã præficere quadrigis melius sit, qui bene teneat artem, an illum qui non bene sciat. aut utrũ gubernandi perito sit nauis commendãda, an imperito: quæq; liceat aut numero, aut mensura, aut pôdere scire, si qui sunt qui deos de illis interrogẽt, hos nefaria facere opinabatur, & aiebat, quæ quidem doctrina percipi dij uoluerunt, discere homines oportere: quæ uerò incerta hominibus sunt, illa diuinatione conari à dijs cõsequi: deos nãq; his quibus propitij sunt, ista aperire. Ad hæc, ille semper erat in publico. Mane nanq; deambulabat, et ad gymnasia accedebat: frequente uerò populo in platea, ibi conuersabatur, reliquumq; diem illic erat præsens, ubi quamplurimos esset homines conuenturus: ubi ille quidem ut plurimum loquebatur, omni uerò uolenti audire licebat. Nemoq; unquam nec uidit Socratem facientem, nec dicentem audiuit superstitiosum aut impiũ quicquam. Nõ enim de rerum omnium natura, ut quam plurimi alij, disputabat: nec quemadmodũ qui à sophistis mundus uocatur, natus sit, & quibus necessitatibus singula fiant cœlestium, ille considerabat: imò uerò illos qui in huiuscemodi contemplandis uacant, stolidos esse monstrabat. Primò nanque id illorum considerabat, utrum quoniam arbitrantur satis res humanas cognoscere, ad illa rimanda ueniant: an humanis dimissis, diuinas res contemplantes, rectè sese agere opinantur. Admirabatur uerò nõ cõstare eis, impossibilia hæc inuenire esse hominibus, cũ hi quoq; qui recti & excelsi in hac gloriantur scientia, cõtraria de eisdẽ opinẽtur, ac sicut insani alter ad alterũ se habeãt. Quemadmodũ enim insanientiũ quidã, nec illa quæ horrida sunt abhorrent: quidam uerò & ea quæ timenda non sunt, pertimescunt: et his quidẽ nec publicè agere aut facere quodcunq; contigerit, turpe esse uidetur, illis uerò nec conuersandũ cum hominibus esse: & quidam nec templum, nec aram, nec quicquam adorant diuinum: quidam autẽ lapides, ligna ac feras colunt: sic etiam eorũ qui in rerum omniũ natura contemplanda uacant, quibusdam unum solùm uidetur esse quod est, quibusdam uerò infinita multitudo: & his quidem omnia semper moueri, illis uerò nihil unquã moueri. Et quibusdam omnia gigni atq; corrumpi, quibusdam autem nihil unquã aut gigni, aut corrũpi posse. Petebat uerò hoc etiam de huiuscemodi hominibus: Vtrum quemadmodũ qui res humanas arte adipiscuntur, & sibiipsis ac cæteris arbitrãtur quodcũq; didicerint facere posse: sic etiã hi opinẽtur, qui res contẽplantur diuinas, cùm sciãt qua de necessitate, quibusq; de rationibus singula fiunt, etiã sese posse cùm uelint, uẽtos, pluuias, ac temporũ facere mutationes, aliaq; si quãdo indigeãt, similia istis efficere: an'ne sperant quidẽ aliquid huiuscemodi: satis uerò eis uidetur, qua singula horũ fiunt ratione cognoscere. De his igitur qui huiuscemodi res tractãt, hæc aiebat. Ipse uerò de humanis semper disputabat rebus, considerans quid pium, quidúe impium sit, quid honestum, quid turpe, quid iustum, quid iniustum, quid sobrietas, quid insania, quid fortitudo, quid formido, quid ciuitas, quid ciuilis, quid hominibus dominari, quid

μηδὲν τῶν τοιούτων οἰομένους εἶναι δαιμόνιον, ἀλλὰ πάντα τῆς ἀνθρωπίνης γνώμης, δαιμονᾶν ἔφη. δαιμονᾶν δὲ καὶ τοὺς μαντευομένους, ἃ τοῖς ἀνθρώποις ἔδωκαν οἱ θεοὶ, μαθοῦσι διακρίνειν. οἷον εἴ τις ἐπερωτῴη, πότερον ἐπιστάμενον ἡνιοχεῖν ἐπὶ ζεῦγος λαβεῖν κρεῖττον, ἢ μὴ ἐπιστάμενον· ἢ πότερον ἐπιστάμενον κυβερνᾶν ἐπὶ τὴν ναῦν κρεῖττον λαβεῖν, ἢ μὴ ἐπιστάμενον· ἢ ἃ ἔξεστιν ἀριθμήσαντας ἢ μετρήσαντας, ἢ στήσαντας εἰδέναι, τοὺς τὰ τοιαῦτα παρὰ τῶν θεῶν πυνθανομένους, ἀθέμιστα ποιεῖν ἡγεῖτο. ἔφη δὲ δεῖν, ἃ μὲν μαθόντας ποιεῖν ἔδωκαν οἱ θεοὶ, μανθάνειν· ἃ δὲ μὴ δῆλα τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ, πειρᾶσθαι διὰ μαντικῆς, παρὰ τῶν θεῶν πυνθάνεσθαι. τοὺς θεοὺς γὰρ οἷς ἂν ὦσιν ἵλεῳ σημαίνειν. ἀλλὰ μὴν ἐκεῖνός γε, ἀεὶ μὲν ἦν ἐν τῷ φανερῷ. πρῴ τε γὰρ εἰς τοὺς περιπάτους καὶ τὰ γυμνάσια ᾔει. καὶ πληθούσης ἀγορᾶς ἐκεῖ φανερὸς ἦν. καὶ τὸ λοιπὸν ἀεὶ τῆς ἡμέρας ἦν ὅπου πλείστοις μέλλοι συνέσεσθαι. καὶ ἔλεγε μὲν ὡς τὸ πολὺ τοῖς δὲ βουλομένοις ἐξῆν ἀκούειν. οὐδεὶς δὲ πώποτε Σωκράτους οὐδὲν ἀσεβὲς, οὐδὲ ἀνόσιον, οὔτε πράττοντος εἶδεν, οὔτε λέγοντος ἤκουσεν. οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως ᾗπερ τῶν ἄλλων οἱ πλεῖστοι διελέγετο σκοπῶν, ὅπως ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν κόσμος ἔφυ, καὶ τίσιν ἀνάγκαις ἕκαστα γίγνεται τῶν οὐρανίων· ἀλλὰ καὶ τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα, μωραίνοντας ἀπεδείκνυεν. καὶ πρῶτον μὲν αὐτῶν ἐσκόπει, πότερά ποτε νομίσαντες ἱκανῶς ἤδη τἀνθρώπινα εἰδέναι ἔρχονται ἐπὶ τὸ περὶ τῶν τοιούτων φροντίζειν, ἢ τὰ μὲν ἀνθρώπινα παρέντες, τὰ δαιμόνια δὲ σκοποῦντες, ἡγοῦνται τὰ προσήκοντα πράττειν. ἐθαύμαζε δ' εἰ μὴ φανερὸν αὐτοῖς ἐστιν, ὅτι ταῦτα οὐ δυνατόν ἐστιν ἀνθρώποις εὑρεῖν, ἐπεὶ καὶ τοὺς μέγιστον φρονοῦντας ἐπὶ τῷ περὶ τούτων λέγειν, οὐ ταὐτὰ δοξάζειν ἀλλήλοις, ἀλλὰ τοῖς μαινομένοις ὁμοίως διακεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους. τῶν τε γὰρ μαινομένων, τοὺς μὲν οὐδὲ τὰ δεινὰ δεδιέναι, τοὺς δὲ καὶ τὰ μὴ φοβερὰ φοβεῖσθαι. καὶ τοῖς μὲν οὐδ' ἐν ὄχλῳ δοκεῖν αἰσχρὸν εἶναι λέγειν ἢ ποιεῖν ὁτιοῦν. τοῖς δὲ οὐδ' ἐξιτητέον εἰς ἀνθρώπους εἶναι δοκεῖν. καὶ τοὺς μὲν οὔθ' ἱερὸν, οὔτε βωμὸν, οὔτε ἄλλο τῶν θείων οὐδὲν τιμᾶν. τοὺς δὲ καὶ λίθους, καὶ ξύλα τὰ τυχόντα, καὶ θηρία σέβεσθαι. τῶν τε περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως μεριμνώντων, τοῖς μὲν δοκεῖν ἓν μόνον τὸ ὂν εἶναι· τοῖς δ' ἄπειρα, τὸ πλῆθος· καὶ τοῖς μὲν ἀεὶ κινεῖσθαι πάντα· τοῖς δ' οὐδὲν ἄν ποτε κινηθῆναι. καὶ τοῖς μὲν πάντα γίγνεσθαί τε καὶ ἀπόλλυσθαι· τοῖς δὲ οὔτ' ἂν γενέσθαι ποτὲ οὐδὲν, οὔτ' ἀπολεῖσθαι. ἐσκόπει δὲ περὶ αὐτῶν καὶ τάδε. ἆρ' ὥσπερ οἱ τἀνθρώπεια μανθάνοντες ἡγοῦνται τοῦθ' ὅ, τι ἂν μάθωσιν ἑαυτοῖς τε καὶ τῶν ἄλλων ὅτῳ ἂν βούλωνται ποιήσειν, οὕτω καὶ οἱ τὰ θεῖα ζητοῦντες νομίζουσιν, ἐπειδὰν γνῶσιν αἷς ἀνάγκαις ἕκαστα γίγνεται, ποιήσειν ὅταν βούλωνται καὶ ἀνέμους, καὶ ὕδατα, καὶ ὥρας, καὶ ὅτου δ' ἂν ἄλλου δέωνται τῶν τοιούτων, ἢ τοιοῦτο μὲν οὐδὲν οὐδ' ἐλπίζουσιν. ἀρκεῖ δ' αὐτοῖς γνῶναι μόνον ᾗ τῶν τοιούτων ἕκαστα γίγνεται. περὶ μὲν οὖν τῶν ταῦτα πραγματευομένων, τοιαῦτα ἔλεγεν. αὐτὸς δὲ περὶ τῶν ἀνθρωπείων ἀεὶ διελέγετο, σκοπῶν, τί εὐσεβὲς, τί ἀσεβὲς, τί καλὸν, τί αἰσχρὸν, τί δίκαιον, τί ἄδικον, τί σωφροσύνη, τί μανία, τί ἀνδρεία, τί δειλία, τί πόλις, τί πολιτικὸς, τί ἀρχὴ ἀνθρώπων, τί ἀρχι-

tior uidetur, quòd laudis honorisq; causa, quũ opus est laborare, & periculum adire, lucrisq; turpib. abstinere uult. Cap. 22. Enimuero quũ persuaseris alicui tuorum ut tibi sit beneuolus, & sic induxeris ipsius animũ, ut ea perficienda curet quæ scit esse cõmoda: quũ præterea cõparaueris illi scientiam, ut quæ fiunt opera, sint utilißima: deinde quum dignũ qui præsit effeceris, & tandè iustitia ac uirtute formaueris, ut fructus qui percipiuntur è terra, suo tempore tibi demonstret atq; reddat uberrimos, haud secus ac tibi ipse faceres. non iam rogabo tali'ne seruo quicquam etiam desit. Nam procurator eiusmodi magni iam mihi faciundus uidetur. Illud tamẽ Ischomache, quod oratione percurrimus celerrimè, ne relinquas. Quod istuc? inquit: Si quis disceret quomodo quæq; faciunda essent, id esse maximum dicebas. Alioqui nihil hominis curam prodesse confirmabas, nisi sciret quæ facere opus esset, & quomodo. Tum Ischomachus: Me iubes, inquit, ò Socrates, agriculturã ipsam docere. Ea quidẽ est, ut iã dixi, quæ scientibus opes, ignorãtibus multos labores & inopiam uictus affert. Nunc igitur artis huius audies in nos benignitatẽ. Quũ sit utilißima, atq; tractatu iucundißima, quum perhonesta sit, & dijs & hominibus oppidò grata, præterea captu facillima: cáne benigna generosaq; est? Nã generosa uocamus animalia, quæ quũ pulchra, magna utiliaq; sint, erga hominum genus sunt mansueta. Hoc Ischomache satis didicisse uideor, te docẽte quemadmodũ sit docẽdus uillicus procurator. Vt enim dixeris illũ tibi reddere beneuolũ, diligentẽ, imperandi peritũ, iustũ, didici. Quòd uerò confirmasti eũ qui rectè curaturus est agriculturã, discere oportere quæ et quomodo & quando facienda sint opera, hoc equidem mihi uideor celerius oratione percurrisse. Vt si dixisses literas ei tenendas qui uerba scripturus esset & scripta lecturus, ut hæc ad meas aures peruenissent, literas esse tenendas audissem: hoc autem cognito, nihilo magis opinor, literas scirem: haud secus & nunc adductus sum facile ut crederem tenendam esse agri colendi rationẽ ab eo qui rectè curaturus est illam: quod etsi noui, nihilo tamen magis intelligo, quo sit ager modo colẽdus. Quòd si mihi quamprimũ uiderer agricola, similis essem circunuolitanti medico, qui uisit ægrotos, quid illis prosit ignorat. Itaq; si non sim talis, edoce me agriculturæ munus et opera. Enimuero, inquit Ischomachus, non quemadmodum cæteræ artes, quas qui discunt, multum temporis illis tribuere coguntur antequam uictũ suo labore parare poßint, ita captu difficilis est agricultura, sed partim qui dant operas, intuens, partim subaudiens, illam breui sciens, sic ut & alium si uelis edocere poßis. Non tibi uenit in mentem, credo, quantum scias illius artis. Etenim cæteri artifices summas artis cuiusque commoditates opportunitatesq; celant:

του καὶ τιμῶν ἕνεκα, καὶ πονεῖν ὅπου δεῖ καὶ κινδυνεύειν, καὶ αἰσχρῶν κερδῶν ἀπέχεσθαι. Ἀλλὰ μέντοι ἐπειδάν γε ἐμποιήσῃς τινὶ, τὸ βούλεσθαί σοι εἶναι τἀγαθά, ἐμποιήσῃς δὲ πρὸς αὐτῷ τούτῳ, ἐπιμελεῖσθαι ὅπως ταῦτά σοι ἐπιτελῆται. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἐπιστήμην κτήσῃ αὐτῷ, ὡς ἂν ποιούμενα ἕκαστα τῶν ἔργων ὠφελιμώτερα γίγνοιτο. πρὸς δὲ τούτοις ἄρχειν ἱκανὸν αὐτὸν ποιήσῃς. ἐπὶ δὲ τούτοις πᾶσιν ἥδοιτό σοι τὰ ἐκ τῆς γῆς ὡραῖα ἀποδεικνύων ὅτι πλεῖστα, ὥσπερ σὺ σαυτῷ. οὐκέτι ἐρήσομαι περὶ τούτου, εἰ ἔτι τινὸς ὁ τοιοῦτος προσδεῖται. πάνυ γάρ μοι δοκεῖ ἤδη πολλοῦ ἂν ἄξιος εἶναι ἐπίτροπος ὢν τοιοῦτος. ἐκεῖνο μέντοι, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, μὴ ἀπολίπῃς, ὃ ἡμῖν ἀργότατα ἐπιδεδράμηται τοῦ λόγου. τὸ ποῖον, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος; ἔλεξας δήπου, ἔφην ἐγώ, ὅτι μέγιστον εἴη μαθεῖν, ὅπως δεῖ ἐξεργάζεσθαι ἕκαστα· εἰ δὲ μή, οὐδὲ τῆς ἐπιμελείας ἔφησθα ὄφελος οὐδὲν γίγνεσθαι, εἰ μή τις ἐπίσταιτο ἃ δεῖ καὶ ὡς δεῖ ποιεῖν. ἐνταῦθα δὴ εἶπεν ὁ Ἰσχόμαχος· τὴν τέχνην με ἤδη, ὦ Σώκρατες, κελεύεις αὐτὴν διδάσκειν τῆς γεωργίας; αὕτη γὰρ ὡς ἔφην ἐγώ, ἔοικεν ἐστὶν ἡ ποιοῦσα τοὺς μὲν ἐπισταμένους αὐτὴν πλουσίους, τοὺς δὲ μὴ ἐπισταμένους, πολλὰ πονοῦντας, ἀπόρως βιοτεύειν. νῦν τοίνυν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, καὶ τὴν φιλανθρωπίαν ταύτης τῆς τέχνης ἀκούσῃ. τὸ γὰρ ὠφελιμωτάτην οὖσαν καὶ ἡδίστην ἐργάζεσθαι, καὶ καλλίστην καὶ προσφιλεστάτην θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις, ἔτι πρὸς τούτοις καὶ ῥᾴστην εἶναι μαθεῖν, πῶς οὐχὶ γενναῖόν ἐστι; γενναῖα δὲ δήπου καλοῦμεν καὶ τῶν ζῴων, ὅσα καλὰ καὶ μεγάλα καὶ ὠφέλιμα ὄντα, πρᾶά ἐστι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. ἀλλὰ ταῦτα μέν, ἐγὼ ἔφην, ὦ Ἰσχόμαχε, ἱκανῶς δοκῶ καταμεμαθηκέναι ἃ εἶπας, καθὰ δεῖ διδάσκειν τὸν ἐπίτροπον. καὶ γὰρ ᾗ ἔφησθα εὔνουν σοι ποιεῖν αὐτὸν μαθεῖν δοκῶ, καὶ ᾗ ἐπιμελῆ καὶ ἀρχικόν, καὶ δίκαιον. ὃ δὲ ἔφησθα ὡς δεῖ μαθεῖν τὸν μέλλοντα ὀρθῶς γεωργίας ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ἃ δεῖ ποιεῖν, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὁπότε ἕκαστα, ταῦτά μοι δοκῶ, ἔφην ἐγώ, ἀργότερόν πως ἐπιδεδραμηκέναι τοῦ λόγου, ὥσπερ εἰ εἴποις, ὅτι δεῖ γράμματα ἐπίστασθαι, τὸν μέλλοντα δυνήσεσθαι τὰ ὑπαγορευόμενα γράφειν, καὶ τὰ γεγραμμένα ἀναγιγνώσκειν. τοῦτο γὰρ ἐγὼ ἀκούσας, ὅτι μὲν δεῖ γράμματα ἐπίστασθαι, ἠκηκόειν ἄν. τοῦτο δὲ εἰδώς, οὐδέν τι οἶμαι μᾶλλον ἂν ἐπισταίμην γράμματα. οὕτω δὲ καὶ νῦν. ὅτι μὲν δεῖ ἐπίστασθαι γεωργίαν τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ἐπιμελεῖσθαι αὐτῆς, ῥᾳδίως πέπεισμαι. τοῦτο μέντοι εἰδώς, οὐδέν τι μᾶλλον ἐπίσταμαι ὅπως δεῖ γεωργεῖν. ἀλλ' εἴ μοι αὐτίκα μάλα δόξειε γεωργεῖν, ὅμοιος ἄν μοι δοκῶ τῷ περιιόντι ἰατρῷ καὶ ἐπισκοποῦντι τοὺς κάμνοντας, εἰδότι δὲ οὐδὲν ὅ,τι συμφέρει τοῖς κάμνουσιν. ἵνα οὖν μὴ τοιοῦτος ὦ, ἔφην ἐγώ, δίδασκέ με αὐτὰ τὰ ἔργα τῆς γεωργίας. ἀλλὰ μήν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὐχ ὥσπερ γε τὰς ἄλλας τέχνας κατατριβῆναι δεῖ μανθάνοντας, πρὶν ἄξια τῆς τροφῆς ἐργάζεσθαι τὸν διδασκόμενον, οὐχ οὕτω καὶ ἡ γεωργία δύσκολός ἐστι μαθεῖν. ἀλλὰ τὰ μὲν ἰδὼν ἂν ἐργαζομένους, τὰ δὲ ἀκούσας, εὐθὺς ἂν ἐπίσταιο, ὥστε καὶ ἄλλον εἰ βούλοιο διδάσκειν. οἶμαι δ', ἔφη, πάνυ καὶ λανθάνειν πολλὰ σεαυτὸν ἐπιστάμενον αὐτῆς. καὶ γὰρ δὴ οἱ μὲν ἄλλοι τεχνῖται ἀποκρύπτονταί πως τὰ ἐπικαιριώτατα,

ἃς

ὡς ἐπιστάμενος ἔχει τέχνης. τῶν δὲ γεωργῶν ὁ κάλλιστα μὲν φυτεύων, μάλιστ' ἂν ἥδοιτο εἴ τις αὐτὸν θεῷτο. ὁ κάλλιστα δὲ σπείρων ὡσαύτως. ὅ, τι δὲ ἔροιο τῶν καλῶς πεποιημένων οὐδὲν ὅ, τι ἄν σε ἀποκρύψαιτο ὅπως ἐποίησεν. οὕτω καὶ τὰ ἤθη, ὦ Σώκρατες, ἔφη, γενναιοτάτους τοὺς αὐτῇ συνόντας ἡ γεωργία ἔοικε παρέχεσθαι. ἀλλὰ τὸ μὲν προοίμιον, ἔφην ἐγώ, καλὸν, καὶ οὐχ οἷον ἀκούσαντα ἀποτρέπεσθαι τοῦ ἐρωτήματος. σὺ δὲ ὅτι εὐπετές ἐστι μαθεῖν, διὰ τοῦτο πολύ μοι μᾶλλον δίεξιθι αὐτήν. οὐ γάρ σοι αἰσχρὸν τὰ ῥᾴδια διδάσκειν ἐστὶν, ἀλλ' ἐμοὶ πολὺ αἴσχιον μὴ ἐπίστασθαι, ἄλλως τε καὶ εἰ χρήσιμα ὄντα τυγχάνει. πρῶτον μὲν τοίνυν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, τοῦτο ἐπιδεῖξαι βούλομαί σοι, ὡς οὐ χαλεπόν ἐστιν ὃ λέγουσι, ποικιλώτατον τῆς γεωργίας εἶναι, οἱ λόγῳ μὲν ἀκριβέστατα αὐτὴν διεξιόντες, ἥκιστα δὲ ἐργαζόμενοι. φασὶ γὰρ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς γεωργήσειν, τὴν φύσιν χρῆναι πρῶτον τῆς γῆς εἰδέναι. ὀρθῶς γε, ἔφην ἐγώ, ταῦτα λέγοντες. ὁ γὰρ μὴ εἰδὼς ὅ, τι δύναται ἡ γῆ φέρειν, οὐδ' ὅ, τι σπείρειν οἶμαι, οὐδ' ὅ, τι φυτεύειν δεῖ εἰδείη ἄν. οὐκοῦν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, καὶ ἀλλοτρίας γῆς τοῦτό ἐστι γνῶναι, ὅ, τι τε δύναται φέρειν, καὶ ὅ, τι μὴ δύναται, ὁρῶντα τοὺς καρποὺς καὶ τὰ δένδρα. ἐπειδὰν μέντοι γνῷ τις, οὐκ ἔτι συμφέρει θεομαχεῖν. οὐ γὰρ ἂν ὅτου δέοιτο αὐτὸς τοῦτο σπείρων καὶ φυτεύων, μᾶλλον ἂν ἔχοι τὰ ἐπιτήδεια, ἢ ὅ, τι ἡ γῆ ἥδοιτο φύουσα καὶ τρέφουσα. ἢν δ' ἄρα δι' ἀργίαν τῶν ἐχόντων αὐτὴν μὴ ἔχῃ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν ἐπιδεικνύναι, ἔστι καὶ παρὰ γείτονος τόπου πολλάκις, ἀληθέστερα περὶ αὐτῆς γνῶναι, ἢ παρὰ γείτονος ἀνθρώπου πυθέσθαι. καὶ χερσεύουσα δὲ ὅμως, ἐπιδείκνυσι τὴν αὑτῆς φύσιν. ἡ γὰρ τὰ ἄγρια καλὰ φύουσα, δύναται θεραπευομένη, καὶ τὰ ἥμερα καλὰ ἐκφέρειν. φύσιν μὲν δὴ γῆς οὕτω καὶ οἱ μὴ πάνυ ἔμπειροι γεωργίας, ὅμως δύνανται διαγιγνώσκειν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, ἱκανῶς ἤδη μοι δοκῶ ἀποτεθαῤῥηκέναι, ὡς οὐ δεῖ φοβούμενον μὴ οὐ γνῶ τῆς γῆς φύσιν, ἀπέχεσθαι γεωργίας. καὶ γὰρ δὴ, ἔφην, ἀνεμνήσθην τὸ τῶν ἁλιέων, ὅτι θαλασσουργοὶ ὄντες, καὶ οὔτε καταστήσαντες ἐπὶ θέαν, οὔθ' ἡσυχῇ βαδίζοντες, ἀλλὰ παρατρέχοντες, ἅμα τοὺς ἀγροὺς, ὅταν ὁρῶσι τοὺς καρποὺς ἐν τῇ γῇ, ὅμως οὐκ ὀκνοῦσιν ἀποφαίνεσθαι περὶ τῆς γῆς, ὁποία τε ἀγαθή ἐστι, καὶ ὁποία κακή. ἀλλὰ τὴν μὲν ψέγουσι, τὴν δ' ἐπαινοῦσι. καὶ πάνυ τοίνυν τοῖς ἐμπείροις γεωργίας ὁρῶ αὐτοὺς τὰ πλεῖστα κατὰ ταὐτὰ ἀποφαινομένους περὶ τῆς ἀγαθῆς γῆς. πόθεν οὖν βούλει, ὦ Σώκρατες, ἄρξομαί σε τῆς γεωργίας ὑπομιμνήσκειν. οἶδα γὰρ πάνυ ἐπισταμένῳ σοι πολλὰ, φράσων ὡς δεῖ γεωργεῖν. ἐκεῖνό μοι δοκῶ, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, πρῶτον ἂν ἡδέως μανθάνειν (φιλοσόφου γὰρ μάλιστά ἐστιν ἀνδρὸς) ὅπως ἂν ἐγὼ εἰ βουλοίμην γῆν ἐργαζόμενος, πλείστας κριθὰς καὶ πλείστους πυροὺς λαμβάνοιμι. Οὐκοῦν τοῦτο μὲν οἶσθα ὅτι τῷ σπόρῳ νεὸν δεῖ ὑπεργάζεσθαι; οἶδα γὰρ, ἔφην ἐγώ. εἰ οὖν ἀρχοίμεθα, ἔφη, ἀροῦν τὴν γῆν χειμῶνος; ἀλλὰ πηλὸς ἂν εἴη, ἐγὼ ἔφην. ἀλλὰ τοῦ θέρους σοι δοκεῖ; σκληρὰ, ἔφην ἐγώ, ἔσται ἡ γῆ κινεῖν τῷ ζεύγει. κινδυνεύει ἔαρος, ἔφη, εἶναι τούτου τοῦ ἔργου ἀρκτέον. εἰκὸς γὰρ, ἔφην ἐγώ, ἐστὶ μάλιστα χεῖσθαι τὴν γῆν τηνικαῦτα κινουμένην, καὶ τὴν πόαν γε ἀναστρεφομένην, ἔφη, ὦ Σώκρατες, τὴν-

celant: in agricolis qui optime serit arbores, maxime letaretur si quis eum spectaret. qui optime seminat, eodem modo. quodque pulchre factum uideres, nõ te celaret, id qua ratione fecisset si rogares. Sic & mores uere ingenuos ijs dare uidetur agricultura, qui cum ipsa uersantur. Ad hec ego, Exordium praeclarum, & quod eum qui audierit, à percunctatione non auertat. Tu quoniam discere perhonestũ est, ea de re multò magis eam mihi uerbis explica. Non eim turpe tibi est facilia docere, mihi uerò longe turpissimũ nescire, praesertim quae sunt cum utilitate coniuncta. Primum igitur, inquit, hoc tibi demonstrare uolo non esse difficile, quòd ex multis rebus ac uarijs agriculturam contineri dicunt ij qui oratione diligentissimè persequuntur illam, re uera minimè exercent. Aiunt eum qui rectè culturus est agrum, primò terrae naturam cognoscere oportere. Rectè, inquã. Nam qui non uidit quid terra ferre possit: is quod semẽ spargere quàs ue stirpes serere debeat, haud uidebit. Itaque si ignotum solum arare uelimus ô Socrates: quid ferre queat, quid nequeat, ex fructibus arboribus'que cognoscendum. Posteaquam enim periculum fecerit & cognouerit aliquis, nihil iam prodest bellare cum dijs: quia si qua re opus esset ei qui uel semine uel stirpe compleret agrum, non magis ex eo perciperet fructus necessarios, quàm si committeret id quod non inuitus produceret alet'que. Quòd si per segnitiem dominorum uim suam terra non possit ostendere, saepe licet ex loco finitimo certiorem fieri, aut ab homine uicino subaudire, quae sit illi natura. Nam quanuis sit inculta, suam tamen ostendit naturam. Quae stirpes agrestes laetas & uberes gignit, ea si curetur, potest & mites fructus eos'que laetos producere. Sic natura terrae perspici potest uel ab eo cui non ita magnus est usus agriculturae. Satis iam mihi uideor Ischomache spei & fiduciae concepisse, non esse cur ab agricultura me abstineam, ueritus ne terrae naturam deprehendere non possim. Etenim piscatores mihi ueniunt in mentem, qui quum dent operam mari, nec sint in eo loco positi unde spectent arua, nec lentè ferantur, sed uiâ praetercurrant agros, tamen quum uident fructus in agro, non dubitant de illo ferre iudicium, qui bonus, qui malus: sed hunc improbant, illum uerò laudant. Illos quidẽ uideo hac ratione adductos permulta de terra foecũda peritissimis agriculturae explicare. Unde uis igitur Socrates, incipiam tibi meam de hac arte exponere sententiã? Scio me tibi iã permulta scienti dicturum de agri colendi ratione. Illud equidem, inquam, libenter addiscam (est enim maximè sapientis uiri) quonam modo, si cupiam, terrã subigẽs, hordei et tritici magnã uim percipiam.

Cap. 16.

Nostin' agrum noualem semẽti parandum? Noui quidẽ. An igitur hybernis mẽsibus incipiemus arare terrã? At lutulentus erit ager. Aestate'ne arandum censes? Durities erit impedimento quò minus aruum iugo moueri possit. Dicendum fortassis uere hoc opus inchoandũ. Par est, inquã, terrã maximè fundere quae tũ mouetur. Et herbã subuersã, inquit, tum

tum iam agro dari pro stercore, atque sic fructum fieri, ut nascatur. Existimo quidem certè: nec id nosse difficile est, si noualis ager ferax est futurus, cum runcari, euulsa syluescente materia purgari, quammaximè excoqui sole debere. Hæc ita fieri oportere mihi quoque uidetur, inquam. Tu'ne, inquit, hæc aliter commodius fieri putas, quàm si quis æstate quàmsæpissimè uertat agrum? Cui ego, Certò scio uepres & huiusmodi syluam haud melius educi, & ab æstu siccari, atque à sole terram coqui posse, quàm si quis æstate media tempore meridiano iugo moueat. Si uerò fossione colatur humus, certum'ne est agendum separatim cum terra, & cum materia? Ad hæc ego, Diruenda sylua, ut arescat in summo solo. Terra uertenda ut eius cruditas excoquatur. Vides ô Socrates eadem de nouali utrique nostrum uideri. Sanè, inquam. de semente uerò nostin' aliud quicquam Socrates præter horam serendi? quam censuerunt optimam tum maiores exercitati, tum qui nostra ætate periculum fecerunt. Nam quum tempus autumni uenit, omnes ad Deum conuertunt oculos, & tempus expectant quo pluuia misse mollito solo sementem facere licebit. Omnes, inquam, nouerunt expectandam pluuiam, & sitiente terra sementem non esse faciundam, nisi si cogeret necessitas. Planè uidebant multis et magnis incommodis conflictatos, qui antè semen iecerant, quàm à Deo iussi fuissent. His de rebus igitur nobis omnibus conuenit, inquit Ischomachus. Sic, inquam, omni in re quam Deus nos docet, consensio est: ut consentiunt uniuersi densos uestitus hyeme ferendos ijs qui habere possunt, ignem fouendum, si ligna suppeditent. Tum Ischomachus: Multi iam de semente dissentiunt, præmatura'ne sit optima, an media, an maximè sera? Deus, inquam, non uno semper ordine circumuoluit annum, sed alium præmaturè, alium mediè, alium serè tempestiuum magis agit. Vtrum putas melius, inquit, an ex his unam deligere ad utendum sationem, siue parum siue multum seminis est spargendum: an quum cœperis à prima, ad extremam usq; seminare? Cui ego, Mihi optimũ uidetur genus omne sementis usurpare. Nã satius esse duco, satis multas omnibus annis capere fruges, quàm interdum nimiũ multas, interdum nimiũ paucas. Hac de re quoq; inquit, tibi conuenit mecũ, discipulo cum doctore, tametsi ante me sententiã protulisti. Quid, inquã, in iaciundo semine? uariumne genus artis est? Omnino consideremus & hoc, inquit. Tu quidem semen esse manu iaciundum nosti. Ego quidem noui. Sunt, inquit, qui æquabiliter proijcere possunt, & alij qui non possunt. Hoc igitur, inquam, exercitationem requirit, ut citharistarum manus, ut arti uoluntatique seruire possit. Maximè, inquit. Si uerò terra sit aut tenuior aut densior. Quid ais istuc? inquam. Ain' tu tenuiorem quæ debilior

τὴν, ταῦτα κόπρον μὲν τῇ γῇ ἤδη παρέχειν. καρπὸν δὲ οὔπω καταβαλεῖν ὥστε φύεσθαι. οἶμαι γὰρ δὴ καὶ τοῦτο δή γιγνώσκειν, ὅτι εἰ μέλλει ἀγαθὴ ἡ νεὸς ἔσεσθαι, ὕλης τε καθαρὰν αὐτὴν εἶναι, καὶ ὀπτὴν ὅτι μάλιστα πρὸς τὸν ἥλιον. πάνυ γε, ἔφην ἐγώ, καὶ ταῦτα οὕτως ἡγοῦμαι χρῆναι ἔχειν. ταῦτ' οὖν, ἔφη, σὺ ἄλλως πῶς νομίζεις μᾶλλον ἂν γίγνεσθαι, ἢ εἰ ἐν τῷ θέρει, ὅτι πλειστάκις μεταβάλοιεις τὴν γῆν; οἶδα μὲν οὖν, ἔφην, ἀκριβῶς, ὅτι οὐδαμῶς ἂν μᾶλλον ἡ μὲν ὕλη ἐπιπολάζοι καὶ αὐαίνοιτο ὑπὸ τοῦ καύματος, ἡ δὲ γῆ ὀπτῷτο ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ἢ εἴ τις αὐτὴν ἐν μέσῳ τῷ θέρει καὶ ἐν μέσῃ τῇ ἡμέρᾳ κινοίη τῷ ζεύγει. εἰ δὲ ἄνθρωποι σκάπτοντες τὴν νεὸν ποιοῖεν, ἔφη, οὐκ εὔδηλον ὅτι καὶ τούτους δίχα δεῖ ποιεῖν τὴν γῆν καὶ τὴν ὕλην; καὶ τὴν μέν γε ὕλην, ἔφην ἐγώ, καταβάλλειν, ὡς αὐαίνηται ἐπιπολῆς· τὴν δὲ γῆν στρέφειν, ὡς ἡ ὠμὴ αὐτῆς ὀπτῷτο. περὶ μὲν δὴ τῆς νεοῦ ὁρᾷς, ἔφη, ὦ Σώκρατες ὡς ἀμφοτέροις ἡμῖν ταὐτὰ δοκεῖ. δοκεῖ γὰρ οὖν ἔφην ἐγώ. περί γε μέντοι τοῦ σπόρου, ὁρᾷς. ἄλλο τι, ἔφη ὦ Σώκρατες, γιγνώσκεις, ἢ τὴν ὥραν σπείρειν, ἧς πάντες μὲν οἱ πρόσθεν ἄνθρωποι πεῖραν λαβόντες, πάντες δὲ οἱ νῦν λαμβάνοντες ἐγνώκασι κρατίστην εἶναι; ἐπειδὰν γὰρ ὁ μετοπωρινὸς χρόνος ἔλθῃ, πάντες που οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέπουσιν, ὁπότε βρέξας τὴν γῆν, ἀφήσει αὐτοὺς σπείρειν. ἐγνώκασι δή γ', ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, καὶ τὸ μὴ ἐν ξηρᾷ σπείρειν ἑκόντες εἶναι πάντες ἄνθρωποι, δῆλον ὅτι πολλαῖς ζημίαις παλαίσαντες οἱ πρὶν κελευσθῆναι ὑπὸ τοῦ θεοῦ, σπείροντες. οὐκοῦν ταῦτα μὲν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ὁμογνωμονοῦμεν πάντες οἱ ἄνθρωποι. ἃ γὰρ ὁ θεὸς διδάσκει, ἔφην ἐγώ, οὕτω γίγνεται ὁμονοεῖν. οἷον ἅμα πᾶσι δοκεῖ βέλτιον εἶναι ἐν τῷ χειμῶνι παχέα ἱμάτια φορεῖν, ἢν δύνωνται. καὶ πῦρ κάειν ἅμα πᾶσι δοκεῖ, ἢν ξύλα ἔχωσιν. ἀλλ' ἐν τῷ δέ, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, πολλοὶ ἤδη διαφέρονται, ὦ Σώκρατες, περὶ τοῦ σπόρου, πότερον ὁ πρώϊμος κράτιστος, ἢ ὁ μέσος, ἢ ὁ ὀψιμώτατος. καὶ ὁ θεός, ἔφην ἐγώ, οὐ τεταγμένως τὸ ἔτος ἄγει· ἀλλὰ τὸ μὲν τῷ πρωΐμῳ κάλλιστα· τὸ δὲ, τῷ μέσῳ· τὸ δὲ, τῷ ὀψιμωτάτῳ. σὺ οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, πότερον ἡγῇ κρεῖττον εἶναι ἑνὶ τούτων τῶν σπόρων χρῆσθαι ἐκλεξάμενον, ἐάν τε πολὺ, ἐάν τε ὀλίγον σπέρμα σπείρῃ τις, ἢ ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ πρωϊμωτάτου μέχρι τοῦ ὀψιμωτάτου σπείρειν. καὶ ἐγὼ εἶπον· ἐμοὶ μὲν, ὦ Ἰσχόμαχε, δοκεῖ κράτιστον εἶναι παντὸς μετέχειν τοῦ σπόρου. πολὺ γὰρ νομίζω κρεῖττον εἶναι ἀεὶ ἀρκοῦντα σῖτον λαμβάνειν, ἢ ποτὲ μὲν πάνυ πολὺν, ποτὲ δὲ μηδ' ἱκανόν. καὶ τοῦτο τοίνυν σύ γε, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁμογνωμονεῖς ἐμοί, ὁ μανθάνων τῷ διδάσκοντι. καὶ ταῦτα πρόσθεν ἐμοῦ τὴν γνώμην ἀποφαινόμενος. τί γ', ἔφην ἐγώ, ἐν τῷ ῥίπτειν τὸ σπέρμα ποικίλη τέχνη ἔνεστι; πάντως, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐπισκεψώμεθα καὶ τοῦτο, ὅτι μὲν γὰρ ἐκ τῆς χειρὸς δεῖ ῥίπτεσθαι τὸ σπέρμα, καὶ σύ που οἶσθα, ἔφη. καὶ γ' ἑώρακα, ἔφην ἐγώ. ῥίπτειν δέ γε, ἔφη, οἱ μὲν ὁμαλῶς δύνανται, οἱ δὲ οὔ. οὐκοῦν τοῦτο μὲν, ἔφην ἐγώ, ἤδη μελέτης δεῖται ὥσπερ τοῖς κιθαρισταῖς ἡ χείρ, ὅπως δύνηται ὑπηρετεῖν τῇ γνώμῃ. πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. ἢν δέ γε ᾖ, ἔφην, ἡ γῆ λεπτοτέρα ἢ παχυτέρα. τί τοῦτο, ἐγὼ ἔφην, λέγεις; ἆρά γε τὴν μὲν λεπτοτέραν ὅπερ ἀσθενεσ

ἀσθενεστέραν, τὴν δὲ παχυτέραν ὥσπερ ἰσχυροτέραν; τοῦτ᾽ ἔφην λέγω, καὶ ἐρωτῶ γέ σε, πότερον ἴσον ἂν ἑκατέρᾳ τῇ γῇ σπέρμα διδοίης, ἢ ποτέρᾳ ἂν πλεῖον. τῷ μὲν οἴνῳ, ἔφην ἔγωγε, νομίζω τῷ ἰσχυροτέρῳ πλεῖον ἐπιχεῖν ὕδωρ, καὶ ἀνθρώπῳ τῷ ἰσχυροτέρῳ πλεῖον βάρος, ἐὰν δέῃ τι φέρειν, ἐπιτιθέναι. κἂν δέῃ τρέφεσθαί τινας, τοῖς δυνατωτέροις τρέφειν ἂν τοὺς πλείους προστάξαιμι. εἰ δὲ ἡ ἀσθενὴς γῆ ἰσχυροτέρα, ἔφην ἐγώ, γίγνεται, ἤν τις πλείονα καρπὸν αὐτῇ ἐμβάλλῃ, ὥσπερ τὰ ὑποζύγια, τοῦτο σύ με δίδασκε. καὶ ὁ Ἰσχόμαχος γελάσας, ἔφη. ἀλλὰ παίζεις μὲν σύ γε, ἔφη, ὦ Σώκρατες, εὖ γε μέντοι, ἴσθι, ἔφη. εἰ μὲν ἐμβαλὼν τὸ σπέρμα τῇ γῇ, ἔπειτα ἐν ᾧ πολλὴν ἔχει τροφὴν ἡ γῆ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, χλόης γενομένης ἀπὸ τοῦ σπέρματος καταστρέψεις αὐτὸ πάλιν, τοῦτο γίγνεται σῖτος τῇ γῇ, καὶ ὥσπερ ὑπὸ κόπρου, ἰσχὺς αὐτῇ ἐγγίγνεται. ἢν μέντοι ἐκτρέφειν ἐᾷς τὴν γῆν διὰ τέλους τὸ σπέρμα εἰς καρπόν, χαλεπὸν τῇ ἀσθενεῖ γῇ ἐς τέλος πολὺν καρπὸν ἐκφέρειν. καὶ συῒ δὲ ἀσθενεῖ, χαλεπὸν πολλοὺς ἁδροὺς χοίρους ἐκτρέφειν. λέγεις σύ, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, τῇ ἀσθενεστέρᾳ γῇ, μεῖον δεῖν τὸ σπέρμα ἐμβάλλειν; ναὶ μὰ Δί᾽, ἔφη, ὦ Σώκρατες, καὶ σύ γε συνομολογεῖς λέγων, ὅτι νομίζεις τοῖς ἀσθενεστέροις πᾶσι, μείω προστάττειν πράγματα. τοὺς δὲ δὴ σκαλέας, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, τίνος ἕνεκα ἐμβάλλετε τῷ σίτῳ; οἶσθα δήπου, ἔφη, ὅτι ἐν τῷ χειμῶνι πολλὰ ὕδατα γίγνεται. τί γὰρ οὔ; ἔφην ἐγώ. οὐκοῦν θῶμεν τοῦ σίτου καὶ κατακρυφθῆναί τινα ὑπ᾽ αὐτῶν, ἰλύος ἐπιχυθείσης. καὶ ψιλωθῆναί τινας ῥίζας ὑπὸ ῥεύματος. καὶ ὕλη δὲ πολλάκις ὑπὸ τῶν ὑδάτων δήπου συνεξορμᾷ τῷ σίτῳ, καὶ παρέχει πνιγμὸν αὐτῷ. πάντα, ἔφην ἐγώ, εἰκὸς ταῦτα γίγνεσθαι. οὐκοῦν δοκεῖ σοι, ἔφη, ἐνταῦθα ἤδη ἐπικουρίας τινὸς δεῖσθαι ὁ σῖτος; πάνυ μὲν οὖν, ἔφην ἐγώ. τῷ οὖν κατιλυθέντι, τί ἂν ποιοῦντες δοκοῦσιν ἄν σοι ἐπικουρῆσαι; ἐπικουφίσαντες, ἔφην ἐγώ, τὴν γῆν. τί δέ, ἔφη, τῷ ἐψιλωμένῳ τὰς ῥίζας; ἀντιπροσαμησάμενοι τὴν γῆν ἄν, ἔφην ἐγώ. τί γάρ, ἔφη, ἢν ὕλη πνίγῃ, συνεξορμῶσα τῷ σίτῳ, καὶ διαρπάζουσα τοῦ σίτου τὴν τροφήν, ὥσπερ οἱ κηφῆνες διαρπάζουσιν ἄχρηστοι ὄντες, τῶν μελισσῶν ἃ ἂν ἐκεῖναι ἐργασάμεναι τροφὴν καταθῶνται; ἐκκόπτειν ἂν νὴ Δία τὴν τροφήν, ἔφην δέοι τὴν ὕλην ἐγώ, ὥσπερ τοὺς κηφῆνας, ἐκ τῶν σμηνῶν ἀφαιρεῖν. οὐκοῦν, ἔφη, εἰκότως σοι δοκοῦμεν ἐμβάλλειν τοὺς σκαλέας; πάνυ γε. ἀτὰρ ἐνθυμοῦμαι, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, οἷόν ἐστι τὸ εὖ τὰς εἰκόνας ἐπάγεσθαι. πάνυ γάρ σύ με ἐξώργισας πρὸς τὴν ὕλην, τοὺς κηφῆνας εἰπὼν πολὺ μᾶλλον, ἢ ὅτε περὶ αὐτῆς τῆς ὕλης ἔλεγες. ἀτὰρ οὖν, ἔφην ἐγώ, ἐκ τούτου ἄρα θερίζειν εἰκός. δίδασκε οὖν εἴ τι ἔχεις με καὶ εἰς τοῦτο. ἢν μή γε φανῇς, ἔφη, καὶ εἰς τοῦτο ταὐτὰ ἐμοὶ ἐπιστάμενος. ὅτι μὲν οὖν τέμνειν τὸν σῖτον δεῖ οἶσθα; τί δ᾽ οὐ μέλλω, ἔφην ἐγώ; πότερα οὖν τέμνεις, ἔφη, στὰς ἔνθα πνεῖ ἄνεμος, ἢ ἀντίος; οὐκ ἀντίος, ἔφην ἔγωγε. χαλεπὸν γὰρ οἶμαι καὶ τοῖς ὄμμασι καὶ ταῖς χερσὶ γίγνεται, ἀντίον ἀχύρων καὶ ἀθέρων θερίζειν. καὶ ἀκροτομοίης δ᾽ ἄν, ἔφη, ἢ παρὰ γῆν τέμνοις; ἢν μὲν βραχὺς ὁ κάλαμος τοῦ σίτου, ἔγωγ᾽ ἔφην, κάτωθεν ἂν τέμνοιμι, ἵνα ἱκανὰ τὰ ἄχυρα μᾶλλον γίγνηται· ἐὰν δὲ ὑψηλὸς ᾖ,

νομίζω

debilior est, densiorem quæ robustior? Dico: & rogo te, pariue semen utrique dares, an alteri copiosius? Tum ego, Vino ualidiori mea sententia plus aquæ debet infundi: & robustiori uiro, si quid ferendum est, maius onus imponi: & si qui essent alendi, plures ei decernerem qui plures alere posset. An uerò terra debilis firmior ualentiorq; fiat, si quis illi plus inijciat fructus, ut largiore pabulo iumenta pinguescunt, id quæso me doce. Arrisit Ischomachus: Iocaris Socrates: id tamen habe certum, si terræ semen inieceris, ac deinde quo tempore multum à cœlo cepit alimentum, & seges in herbam creuit, illam uerteris, id esse pabulum terræ, & haud secus ac è stercore illi uires accedere. Si uerò finas semen in fructum crescere, è terra sumpto ad maturitatem usque nutrimento, difficile est agrum tenuem ad extremum letos & uberes gignere fructus, ut suem debilem multos alere maiusculos natos. Hoc dicis Ischomache, debiliori solo minus seminis esse committendum. Ego istuc profectò: & tu quoque sentis idem, qui existimas omnibus debilioribus imperare negocia minora oportere. Age Ischomache, cur segeti sarculum immittis? Nosti, inquit, hybernis mensibus aquas increscere. Quidni? Fac igitur ut infuso limo segetis aliquid occultum sit imbri, & à fluxionibus nudatæ sint aliquæ radices, utque materia sæpenumero ab aquis excitetur tam multa, ut suffocata seges opprimatur. Hæc omnia fieri uerisimile est, inquam. Videtur'ne tibi iam tum seges opis indigere? Maximè. Si limus obduxerit, quod censes adhibendum remedium? Terram subleuandam puto. Quid si nudæ radices? Inducta terra medendum. Quid uero si herbarum sylua excrescens inter segetem suffocet illam, atque diripiat alimentum quemadmodum fuci genus ignauum & inutile diripiunt ea quæ magno labore cibaria condiderunt apes? excidenda quidem certè materia, & alimento priuanda, ut ab aluearibus eijciendi fuci. Num sine causa igitur tibi uidemur sarculum inijcere? Nequaquam. Nunc Ischomache animo concipio quale sit aptè & opportunè imagines inducere. Nam de fucis locutus, multo mihi apertius explicasti rationem syluæ, quàm quum de ipsa disserebas. At uerò deinde metere par est. doce me igitur si quid habes quod eò pertineat. Facerem, inquit, nisi mihi uidereris hæc scire. Tu quidem semper, ut debes, segetem incidere nosti. Quidni debeam? Secas'ne stans quò spirat uentus, an aduersus? Non aduersus, inquam. Nam molestum arbitror & oculis & manibus aduersas legere stipulas aristasque. Altius'ne secas, an propius humum? Si curtus et breuis calamus, imum seco, ut culmi sint longiores: si procerus & altus, mediū secandum

puto,

puto, ne qui terunt in area, labore superuacuo grauētur: neúe qui uentilāt, in ijs laborēt quib. non opus est. Quod in agro relictū fuerit, exustum, adiumēto esse terræ puto, et sterquiliniū implere coniectū. Vides ô Socrates ut manifestò deprehēderis, id quod ego, de messe, animo & usu consecutus. Tum ego, Vel cum periculo experiri libet. Volo cognoscere sit'ne mihi ratio terendi frumenti. Nostin', inquit, à iumentis fruges in area teri? Quidni? Nosti quoq; omnia quæ iumenta uocātur? boues, mulos, equos? Scis'ne hæc tantummodo uidisse te quū circumducuntur, pedibus excutere frumentum? Quid aliud uidere possem? Quomodo protererent id quod opus est, atq; conculcabunt? à quo perficietur æquabiliter tritura? Non est dubium, inquam, quin ab ijs operis quæ in area uersantur. Vertentes enim, pedibusq; semper subijcientes ea quæ trita nō sunt, maxime quod erat difficile adæquabunt, ac quamprimū rem conficient. Tū ille, Hæc quidē mihi non sunt notiora quàm tibi. Deinceps igitur Ischomache frumentum uentilatione secernemus. Dic mihi Socrates, Nosti'ne si ex areæ parte quæ est obiecta uento, cœperis, per aream totam latum iri paleas? Necesse est, inquā. Necesse est igitur ut in frumentum cadant. Sanè. Longum est spacium, quàm quò paleæ sublimes ultra fruges in uacuum areæ locum ferri possint. Si quis ô Socrates incipiat reiectanea secernere ex eo loco unde flat uentus, quid? Nemini dubium est Ischomache quin paleæ statim in suo receptaculo futuræ sint. Quum, inquit, altera parte iam secreta perueneris ad aream mediam, num cōtinuò sic diffusis granis reliquas paleas segregabis: an ubi quod purum est frumentum coacerueris in aceruum, ut perangusto capiatur loco? Vbi purum coaceruarim, ut mihi transuolent paleæ in uacuum areæ locum, & ne semel ac iterum segregandæ sint. Tu quidem Socrates aliū docere posses qui breui à paleis separentur fruges. Hæc igitur, inquam, olim sciebam, sed oblitus eram. Cogito mecum, an et ego aurum fundere, tibias inflare, & pingere sciam, & me scire ignorem. Nam hæc me nemo docuit, ut nec agriculturam. Video autem homines ut agriculturam, sic & cæteras artes exercere. Ad hæc Ischomachus, Non ego tibi iamdudum dicebam eò maxime ingenuam esse agri colendi rationem, quòd facillime disci potest? Agedum Ischomache, noui. Equidem quū rationem sementis tenerē, id me scire oblitus erā. Agriculturæ'ne est stirpium satio? Est quidem certe. Qui fit igitur ut sementē sciam, stirpiū sationē nesciā? Nescis tu quidē inqt? Qui sciā, q nec in quo genere terræ serendū, nec quāta altitudine, nec quātaue latitudine scrobes fodiēdæ, nec quāta lōgitudine surculus demittēdus, nec quomodo humi situs maxime crescet, intelligā? Perge, inqt, disce quæ nescis. Cuiusmodi scrobes fodiātur stirpib. uidisse te certò scio. Vidi sæpe. Vidistin'

Cap. 24.

νομίζω ὀρθῶς ἂν ποιεῖν μεσοτομῶν, ἵνα μήτε οἱ ἀλοῶντες μοχθῶσι περιττὸν πόνον, μήτε οἱ λικμῶντες ὧν οὐδὲν προσδέονται. τὰ δὲ ἐν τῇ γῇ λειφθέντα ἡγοῦμαι καὶ κατακαυθέντα, συνωφελεῖν ἂν τὴν γῆν, καὶ εἰς κόπρον ἐμβληθέντα, τὴν κόπρον συμπληθύνειν. ὁρᾷς, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὡς ἁλίσκει ἐπ' αὐτοφόρῳ, καὶ περὶ θερισμοῦ, ἃ δ' ὡς ἅπερ ἐγώ; κινδυνεύω, ἔφην ἐγώ, καὶ βούλομαί γε σκέψασθαι, εἰ καὶ ἀλοᾶν ἐπίσταμαι. Οὐκοῦν, ἔφη, τοῦτο μὲν οἶσθα, ὅτι ὑποζύγια ἀλοῶσι τὸν σῖτον. τί δ' οὐκ, ἔφην ἐγώ, οἶδα, καὶ ὑποζύγιά γε πάντα καλούμενα ὁμοίως, βοῦς, ἡμιόνους, ἵππους. οὐκοῦν, ἔφη, ταῦτα μὲν ἡγῇ τοσοῦτον μόνον εἰδέναι πατεῖν τὸν σῖτον ἐλαυνόμενα; τί γὰρ ἂν ἄλλο, ἔφην ἐγώ, ὑποζύγια εἰδείη. ὅπως δὲ τὸ δεόμενον κόψουσι, καὶ ὁμαλιεῖται ὁ ἀλοητὸς, τίνι τοῦτο, ὦ Σώκρατες; ἔφη. δῆλον ὅτι, ἔφην ἐγώ, τοῖς ἐπαλωσταῖς. στρέφοντες γὰρ καὶ ὑπὸ τοὺς πόδας ὑποβάλλοντες τὰ ἄτριπτα, ἀεὶ δηλονότι μάλιστα, ὁμαλίζοιεν ἂν τὸν δῖνον, καὶ τάχιστα ἀνύτοιεν. ταῦτα μὲν τοίνυν, ἔφη, οὐδὲν ἐμοῦ λείπῃ γιγνώσκων. οὐκοῦν, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, ἐκ τούτου δὴ καθαροῦμεν τὸν σῖτον λικμῶντες. καὶ λέξον γέ μοι, ὦ Σώκρατες, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ἦ οἶσθα ὅτι ἢν ἐκ τοῦ προσηνέμου μέρους τῆς ἅλω ἄρχῃ, δι' ὅλης τῆς ἅλω οἴσεταί σοι τὰ ἄχυρα. ἀνάγκη γάρ, ἔφην ἐγώ. οὐκοῦν εἰκὸς καὶ ἐπιπίπτειν, ἔφη, αὐτὰ ἐπὶ τὸν σῖτον. πολὺ γάρ ἐστιν, ἔφην ἐγώ, τὸ ὑπερενεχθῆναι τὰ ἄχυρα ὑπὲρ τὸν σῖτον, εἰς τὸ κενὸν τῆς ἅλω. ἢν δέ τις, ἔφη, λικμᾷ ἐκ τοῦ ὑπηνέμου ἀρχόμενος; δῆλον, ἔφην ἐγώ, ὅτι εὐθὺς ἐν τῇ ἀχυροδόκῃ ἔσται τὰ ἄχυρα. ἐπειδὰν δὲ καθάρῃς, ἔφη, τὸν σῖτον μέχρι τῆς ἡμισείας τῆς ἅλω, πότερον εὐθὺς οὕτω κεχυμένου τοῦ σίτου λικμήσεις τὰ ἄχυρα τὰ λοιπά; ἢ συνώσας τὸν καθαρὸν πρὸς τὸν πόλον ὡς εἰς στενώτατον συνώσας; νὴ Δί', ἔφην ἐγώ, τὸν καθαρὸν σῖτον, ἵν' ὑπερφέρηταί μοι τὰ ἄχυρα, εἰς τὸ κενὸν τῆς ἅλω, καὶ μὴ δὶς ταὐτὰ ἄχυρα δέῃ λικμᾶν. σὺ μὲν δὴ ἄρα, ἔφη, ὦ Σώκρατες, σῖτόν γε ὡς ἂν τάχιστα καθαρὸς γένοιτο, κἂν ἄλλον δύναιο διδάσκειν. ταῦτα τοίνυν, ἔφην ἐγώ, ἐλελήθειν ἐμαυτὸν ἐπιστάμενος καὶ πάλαι. φροντίζω ἄρα, εἰ λέληθα, καὶ χρυσοχοεῖν καὶ αὐλεῖν καὶ ζωγραφεῖν ἐπιστάμενος. ἐδίδαξε γὰρ οὔτε ταῦτά με οὐδεὶς οὔτε γεωργεῖν. ὁρῶ δ' ὥσπερ γεωργοῦντας, καὶ τὰς ἄλλας τέχνας ἐργαζομένους ἀνθρώπους. οὐκοῦν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ἔλεγον ἐγώ σοι πάλαι, ὅτι καὶ ταύτῃ εἴη γενναιοτάτη ἡ γεωργικὴ τέχνη, ὅτι καὶ ῥάστη εἴη μαθεῖν; ἄγε δή, ἔφην ἐγώ, οἶδα Ἰσχόμαχε. τὰ μὲν δὴ ἀμφὶ σπόρον ἐπιστάμενος ἄρα, ἐλελήθειν ἐμαυτὸν ἐπιστάμενος. ἔστιν οὖν, ἔφην ἐγώ, τῆς γεωργικῆς τέχνης καὶ ἡ τῶν δένδρων φυτεία; ἔστι γὰρ οὖν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος. πῶς ἂν οὖν, ἔφην ἐγώ, τὰ μὲν ἀμφὶ τὸν σπόρον ἐπισταίμην, τὰ δ' ἀμφὶ τὴν φυτείαν οὐκ ἐπίσταμαι; οὐ γὰρ σύ, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ἐπίστασαι; πῶς, ἐγὼ ἔφην, ὅστις μήτ' ἐν ὁποίᾳ τῇ γῇ φυτεύειν δεῖ οἶδα, μήτε ὁπόσον βάθος ὀρύττειν τῷ φυτῷ, μήτε ὁπόσον πλάτος, μήτε ὁπόσον μῆκος τὸ φυτὸν ἐμβάλλειν. μήτε ὅπως ἐὰν ἐν τῇ γῇ κείμενον τὸ φυτόν, μάλιστ' ἂν βλαστάνοι. ἴθι δή, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, μάνθανε, ὅ, τι μὴ ἐπίστασαι. βοθύνους μὲν γὰρ οἵους ὀρύττουσι τοῖς φυτοῖς, οἶδ' ὅτι ἑώρακας; ἔφη. καὶ πολλάκις, ἔγωγε, ἔφην. ἤδη τινὰ οὖν αὐτῶν εἶδες

ἢ δὲ βαθύτερον τριπόδου; οὐδὲ μὰ Δί', ἔγωγ' ἔφην, τριημιποδίου. τί δὲ τὸ πλάτος; ἤδη τινὰ τριπόδου πλέον εἶδες; οὐδὲ μὰ Δί', ἔφην ἐγώ, διπόδου. ἴθι δή, ἔφη, καὶ τόδε ἀπόκριναί μοι. ἤδη τινὰ εἶδες τὸ βάθος ἐλάττονα ποδιαίου; οὐδὲ μὰ Δί', ἔφην ἔγωγε, τριημιποδίου. καὶ γὰρ ἐξορύττοιτο ἂν σκαπτόμενα, ἔφην ἐγώ, τὰ φυτά, εἰ λίαν γε οὕτως ἐπιπολῆς πεφυτευμένα εἴη. οὐκοῦν τοῦτο μέν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἱκανῶς οἶσθα ὅτι οὔτε βαθύτερον πενθημιποδίου ὀρύττουσιν, οὔτε βραχύτερον τριημιποδίου; ἀνάγκη γάρ, ἔφην, τοῦτο ὁρᾶσθαι καταφανὲς ὄν. τί δέ, ἔφη, ξηροτέραν καὶ ὑγροτέραν γῆν γιγνώσκεις ὁρῶν; ξηρὰ μὲν γοῦν μοι δοκεῖ, ἔφην ἐγώ, εἶναι ἡ περὶ τὸν Λυκαβηττὸν καὶ ἡ ταύτῃ ὁμοία. ὑγρὰ δὲ ἡ ἐν τῷ Φαληρικῷ ἕλει, καὶ ἡ ταύτῃ ὁμοία. πότερα οὖν, ἔφη, ἐν τῇ ξηρᾷ ἂν βαθὺν ὀρύσσοις βόθρον τῷ φυτῷ, ἢ ἐν τῇ ὑγρᾷ; ἐν τῇ ξηρᾷ νὴ Δί', ἔφην ἐγώ. ἐπεὶ ἔν γε ὑγρᾷ ὀρύττων βαθὺν, ὕδωρ ἂν εὑρίσκοις, καὶ οὐκ ἂν δύναιο ἔτι ἐν ὕδατι φυτεύειν. καλῶς μοι δοκεῖς, ἔφη, λέγειν. οὐκοῦν ἐπειδὰν ὀρωρυγμένοι ὦσιν οἱ βόθροι, ὁπηνίκα δεῖ τιθέναι ἑκάτερα τὰ φυτά, ἤδη εἶδες; μάλιστα, ἔφην ἐγώ. σὺ οὖν βουλόμενος ὡς τάχιστα φῦναι αὐτά, πότερον ὑποβαλὼν ἂν τῆς γῆς τῆς εἰργασμένης, οἴει τὸν βλαστὸν τοῦ κλήματος θᾶττον χωρεῖν διὰ τῆς μαλακῆς ἢ διὰ τῆς ἀργοῦ, εἰς τὸ σκληρόν; δῆλον, ἔφην ἐγώ, ὅτι διὰ τῆς εἰργασμένης θᾶττον ἄν, ἢ διὰ τῆς ἀργοῦ βλαστάνοι. οὐκοῦν ὑποβλητέα ἂν εἴη τῷ φυτῷ γῆ; τί δ' οὐ μέλλει, ἔφην ἐγώ. πότερα δὲ ὅλον τὸ κλῆμα ὀρθὸν τιθεὶς πρὸς τὸν οὐρανὸν βλέπον, ἡγῇ μᾶλλον ἂν ῥιζοῦσθαι αὐτό, ἢ καὶ πλάγιόν τι ὑπὸ τῇ ὑποβεβλημένῃ θείης ἄν, ὥστε κεῖσθαι ὥσπερ γάμμα ὕπτιον; οὕτω νὴ Δία. πλείονες γὰρ ἂν οἱ ὀφθαλμοὶ κατὰ γῆς εἶεν. ἐκ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἄνω ὁρῶ βλαστάνοντα τὰ φυτά, καὶ τοὺς κατὰ τῆς γῆς οὖν ὀφθαλμοὺς ἡγοῦμαι τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν, πολλῶν γε φυομένων βλαστῶν τῆς γῆς, ταχὺ ἂν καὶ ἰσχυρὸν τὸ φυτὸν ἡγοῦμαι βλαστάνειν. κατὰ ταῦτα τοίνυν ἔφη καὶ περὶ τούτων γιγνώσκων ἐμοὶ τυγχάνεις. ἐπαμήσαιο δ' ἂν μόνον, ἔφη, τὴν γῆν, ἢ καὶ σάξαις ἂν εὖ μάλα περὶ τὸ φυτόν; σάττοιμ' ἄν, ἔφη, νὴ Δί', ἐγώ. εἰ μὲν γὰρ μὴ σεσαγμένον εἴη, ὑπὸ μὲν τοῦ ὕδατος εὖ οἶδ' ὅτι πηλὸς ἂν γίγνοιτο ἡ ἄσακτος γῆ, ὑπὸ δὲ τοῦ ἡλίου ξηρὰ μέχρι βυθοῦ. ὥστε τὰ φυτὰ κίνδυνος ὑπὸ μὲν τοῦ ὕδατος σήπεσθαι μὲν δι' ὑγρότητα, αὐαίνεσθαι δὲ διὰ ξηρότητα, ἤγουν χαυνότητα τῆς γῆς θερμαινομένων τῶν ῥιζῶν.

Καὶ περὶ ἀμπέλων ἄρα σύ γε, ἔφη, φυτείας, ὦ Σώκρατες, τὰ αὐτὰ ἐμοὶ πάντα γιγνώσκων τυγχάνεις; ἦ καὶ συκῆν, ἔφην ἐγώ, οὕτω δεῖ φυτεύειν; οἶμαι δ', ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, καὶ τἆλλα ἀκρόδρυα πάντα. τῶν γὰρ ἐν τῇ τῆς ἀμπέλου φυτείᾳ καλῶς ἐχόντων, τί ἂν ἀποδοκιμάσαις εἰς τὰς ἄλλας φυτείας; ἐλαίαν δὲ πῶς, ἔφην ἐγώ, φυτεύσομεν, ὦ Ἰσχόμαχε; ἀποπειρᾷ μου καὶ τοῦτο, ἔφη, μάλιστα πάντων ἐπιστάμενος. ὁρᾷς μὲν γὰρ δὴ ὅτι βαθύτερος ὀρύττεται τῇ ἐλαίᾳ βόθρος. καὶ γὰρ παρὰ τὰς ὁδοὺς μάλιστα ὀρύττεται. ὁρᾷς δ' ὅτι πρέμνα πᾶσι τοῖς φυτευτηρίοις πρόσεστιν. ὁρᾷς δ', ἔφη, τῶν φυτῶν πηλὸν ταῖς κεφαλαῖς πάσαις ἐπικείμενον, καὶ πάντων τῶν φυτῶν ἐστεγασμένον τὸ ἄνω. ὁρῶ, ἔφην ἐγώ, ταῦτα πάντα. καὶ ὁρῶν δή, ἔφη, τί αὐτῶν ἂν

distin' altiorem tripedali? Non equidem se/missse super altitudinem bipedaneam. Quid? Vidisti ne latiorem tripedaneo? Non certè bipedaneo. Perge, inquit, & hoc responde mihi, Nostin' ullum bipedaneo minus profundum? Non sesquipedali. Nam stirpes in scrobem demissæ effoderentur, si ad terræ superficiem propius accederent. Hoc igitur Socrates abunde nosti, rusticos fodere scrobem nec duobus pedibus & semisse altiorem, nec sesquipede breuiorem. hoc adeò perspicuum est, ut uideri sit necesse. Quid uerò? quum terram uides, sicciorem internoscis, & humidiorem? Mihi quidem sicca uidetur esse in Attico monte Lycabeto, & quæcunque similis est huius: humida uerò in lacu Phalerico, & cætera generis eiusdem. Altiorem'ne scrobem foderes in sicca, quàm in humida? Foderem, nempe quòd in humida altè fodiens, aquam reperires, nec in ea iam serere posses. Præclarè tu quidem. Quum fuerint scrobes fossi, nosti iam quando stirpis utrunque genus demittendum sit? Maximè. Si uelis celeriter produci, putás ne terra culta summissum stirpis cauliculum maturius exire per humum subactam atque mollem, quàm per incultam, & duritie concretam? Perspicuum, inquam, celerius excrescere per subactam, quàm per immotam. Substerni debet igitur semini terra. Quidni debet? An stirpem totam recta linea cœlum uersus erectam, putas facilius latiusq; diffundere radices, quàm si terra substrata deponas obliquam, ut quemadmodum gamma sic iaceat supina? Sic profectò, propterea quòd in terra plures erunt oculi: ex oculis autem supra terram uideo surculos emanare, unde coniecturam duco sic in terra fieri. Quum uerò multæ nascuntur humi radices, stirpem ualidam breui crescere puto. His de rebus igitur idem quod ego, nosti Socrates. Sed age, terram'ne solùm iniicies, an circum stirpem pressè conculcabis humum? Conculcabo. Nam si pressa non esset, non est dubium quin ab aqua pluuia cœnum fieret, à sole uerò ad imum fundi tus siccaretur. Esset igitur periculum ab imbri, ne humore putresceret: à sole, ne siccitate siue hiatu terræ calentibus radicibus aresceret. De uitium satione ô Socrates idem omnino tenes quod ego? An, inquam, sic & serenda ficus? Et omnes arborei fructus, inquit Ischomachus. Nam qui uitem præclare serere nouit, quî in aliarum stirpium satione reprehendetur? Oleam uero Ischomache quî seremus? Fac, inquit, periculum mecum, id ne omnium maximè scias. Vides altiorem oleæ scrobem fodi. etenim iuxta uias potissimum foditur. Videsque in omnibus seminarijs surculos siue taleas esse. Vides quoque lutum omnibus surculorum capitibus impositum, & omnium summum caput contectum. Hæc omnia uideo. Videns autem quid

Cap. 20

ignoras? an quomodo testam summo luto imponas? Non sane. Eorum quæ narrasti, nihil ignoro: sed animo repeto, cur quum alteram mihi proponeres uniuersam quæstionem, sciremne serere, negauerim. Videbar equidem nihil de ratione serendi explicare posse. ut aggressus es de singulis inquisitionem, tibi, ut ais, respondeo perinde quasi teneam quæ tu, quem peritum ferunt agricolam. Nónne interrogatio doctrina est Ischomache? dudum enim disco, quoniam me singula rogasti. Nam quum me duceres per ea quæ noui, similiáque demonstrares quæ scire me non existimabam, adductus sum ut hæc me scire crederem. An igitur, inquit Ischomachus, si te de argento, bonũ nécne esset, interrogarem, persuadere possem scire te argentum probare, et discernere uerũ ac purum ab adulterino? An item de arte tibiarum, de pictura, de rebus generis eiusdem? Fortasse, inquam. quandoquidem eò duxisti, ut credam me agrum colere posse, quanquam scio neminem unquã mihi hanc artem tradidisse. Hæc non ita sunt, ô Socrates. At ego iamdudum tibi dicebam, homini sic amicam, sic familiarem esse agriculturam, ut qui uidẽt & audiunt, illius statim scientiam concipiant. Multa docet ipsa, ut optimé liceat rebus ipsius uti. Vitis quũ ad arbores attollitur, statim docet se erigi uelle si proxima sit arbos. Quum diffundit pampinos, ostendit, racemos, quo tempore teneri sunt ac molles, & adurũtur à sole, umbra cõtegendos. Quum tempus est uuas ab sole iam dulcescere, folijs defluentibus indicat pampinos esse detrahendos, et uuam maturitate excoquendã. Quũ propter fertilitatem racemos alios coctos atque maturos ostendit, alios crudiores fert, coctos percipi iubet, ut ficus: semper id umbra tegunt quod turget.

Cap. 26. Hìc ego, Si tam facilè discuntur res rusticæ, & quæ faciũda sint, iuxtà sciũt omnes, qui fit ut non omnes similiter agant, sed alij affatim uiuant, & bonorum copia redundent: alij sibi necessaria suppeditare non possunt, sed insuper alijs debeant: Equidem tibi dicam, Socrates: Nec scientia nec inscitia agricolarum causa est cur alij diuites, alij sint pauperes: nec audies ita famam circunferri, domũ esse dissipatam, quòd sator nõ æquabiliter semẽ sparserit, nec quòd prauè stirpes seuerit, nec quòd ignorãs quæ terra uitẽ ferret, in agro sterili seuerit, nec quòd nõ intellexerit utile sementi noualem agrum subigere, nec quòd non uiderit esse bonum, stercus agro miscere: sed multò sæpius audire licet, Vir ex agro non percipit frumentum: non enim dat operã ut sibi seratur, aut ut stercoretur ager. Nec uinum habet, quia non est ei curæ uitium satio, ut nouas serat, ut iam satæ ferant. Nec oleum nec ficus sunt illi, propterea quòd diligentiam non adhibet nec laborat ut hæc legat. Hæc & similia sunt quibus differentes inter se agricolæ, & facultatibus differunt, multò magis quàm qui uidentur prudens

οὐ γιγνώσκεις; ἢ τὸ ὄστρακον ἀγνοεῖς, ἔφη, ὦ σώκρατες, πῶς ἂν ἐπὶ τοῦ πηλοῦ ἄνω καταθείης; μὰ τὸν δί', ἔφην ἐγώ, οὐδὲν ὧν εἴπας, ὦ ἰσχόμαχε, ἀγνοῶ. ἀλλὰ πάλιν ἐννοῶ τί ποτε ὅτι πάλιν ἤρου με συλλήβδην εἰ ἐπίσταμαι φυτεύειν, οὐκ ἔφην. οὐ γὰρ ἐδόκουν ἔχειν ἂν εἰπεῖν, οὐδὲν ᾗ δεῖ φυτεύειν. ἐπεὶ δέ με καθ' ἓν ἕκαστον ἐπεχείρησας ἐρωτᾶν, ἀποκρίνομαί σοι ὡς σὺ φής, ἅπερ σὺ γιγνώσκεις ὁ δεινὸς λεγόμενος γεωργός. ἆρα, ἔφην, ὦ ἰσχόμαχε, ἡ ἐρώτησις διδασκαλία ἐστίν; ἄρτι γὰρ δή, ἔφην ἐγώ, καταμανθάνω ᾗ με ἐπηρώτησας ἕκαστα. ἄγων γάρ με δι' ὧν ἐγὼ ἐπίσταμαι, ὅμοια τούτοις ἐπιδεικνύς, ἃ οὐκ ἐνόμιζον ἐπίστασθαι, ἀναπείθεις οἶμαι ὡς καὶ ταῦτα ἐπίσταμαι. ἆρ' οὖν, ἔφη ὁ ἰσχόμαχος, καὶ περὶ ἀργυρίου ἐρωτῶν ἄν σε, πότερον καλὸν ἢ οὔ, δυναίμην ἄν σε πεῖσαι, ὡς ἐπίστασαι διαδοκιμάζειν τὰ καλὰ καὶ τὰ κίβδηλα ἀργύρια; καὶ περὶ αὐλητῶν μὴ δυναίμην ἀναπεῖσαι ὡς ἐπίστασαι αὐλεῖν, καὶ περὶ ζωγράφων καὶ τῶν ἄλλων τοιούτων; ἴσως ἄν, ἔφην ἐγώ. ἐπειδὴ καὶ γεωργεῖν ἀνέπεισάς με ὡς ἐπιστήμων εἴην, καίπερ εἰδότα, ὅτι οὐδεὶς πώποτέ με ἐδίδαξε ταύτην τὴν τέχνην. οὐκ ἔστι ταῦτ', ἔφην, ὦ σώκρατες. ἀλλ' ἐγὼ καὶ πάλαι σοι ἔλεγον, ὅτι ἡ γεωργία οὕτω φιλάνθρωπός ἐστι καὶ πραεῖα τέχνη, ὥστε καὶ ὁρῶντας καὶ ἀκούοντας, ἐπιστήμονας εὐθὺς ἑαυτῆς ποιεῖν. πολλὰ δ', ἔφη, καὶ αὐτὴ διδάσκει, ὡς ἂν κάλλιστά τις αὐτῇ χρῷτο. αὐτίκα ἄμπελος ἀναβαίνουσα μὲν τὰ δένδρα, ὅταν ἔχῃ πλησίον δένδρον, διδάσκει ἱστάναι αὐτήν. περιπεταννύουσα δὲ τὰ οἴναρα, ὅταν ἔτι αὐτῇ ἁπαλοὶ οἱ βότρυες ὦσι, διδάσκει σκιάζειν, τὰ ἡλιούμενα ταύτην τὴν ὥραν. ὅταν δὲ καιρὸς ᾖ ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἤδη γλυκαίνεσθαι τὰς σταφυλάς, φυλλορροοῦσα, διδάσκει ἑαυτὴν ψιλοῦν, καὶ πεπαίνειν τὴν ὀπώραν. καὶ τοὺς μὲν πέπονας δεικνύουσα βότρυς, τοὺς δ' ἔτι ὠμοτέρους φέρουσα, διδάσκει τρυγᾶν ἑαυτήν. ὥσπερ τὰ σῦκα σκιάζουσι τὸ ὀργῶν ἀεί. Ἐνταῦθα δὴ ἐγὼ εἶπον· πῶς οὖν, ὦ ἰσχόμαχε, εἰ οὕτω γε ῥᾴδιά ἐστι μαθεῖν τὰ περὶ τὴν γεωργίαν, καὶ πάντες ὁμοίως ἴσασιν ἃ δεῖ ποιεῖν, οὐχὶ καὶ πάντες πράττουσιν ὁμοίως; ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν ἀφθόνως τε ζῶσι καὶ περιουσίαν ἔχουσιν, οἱ δ' οὐδὲ τὰ ἀναγκαῖα δύνανται πορίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ προσοφείλουσιν. ἐγὼ δή σοι λέξω, ὦ σώκρατες, ἔφη ὁ ἰσχόμαχος. οὐ γὰρ ἡ ἐπιστήμη οὐδ' ἡ ἀνεπιστημοσύνη τῶν γεωργῶν ἐστιν, ἡ ποιοῦσα τοὺς μὲν εὐπορεῖν, τοὺς δὲ ἀπόρους εἶναι. οὐδ' ἂν ἀκούσαις, ἔφη, λόγου οὕτω διαθέοντος, ὅτι διέφθαρται ὁ οἶκος, διότι οὐχ ὁμαλῶς ὁ σπορεὺς ἔσπειρεν. οὐδ' ὅτι οὐκ ὀρθῶς τοὺς ὄρχους ἐφύτευσεν. οὐδ' ὅτι ἀγνοήσας τις τὴν γῆν φέρουσαν ἀμπέλους ἐν ἀφόρῳ ἐφύτευσεν. οὐδ' ὅτι ἠγνόησέ τις ὅτι ἀγαθόν ἐστι τῷ σπόρῳ νεὸν προεργάζεσθαι. οὐδ' ὅτι ἠγνόησέ τις ὡς ἀγαθόν ἐστι τῇ γῇ κόπρον μιγνύναι. ἀλλὰ πολὺ μᾶλλόν ἐστιν ἀκοῦσαι, ἀνὴρ οὐ λαμβάνει σῖτον ἐκ τοῦ ἀγροῦ. οὐ γὰρ ἐπιμελεῖται ὡς αὐτῷ σπείρηται, ἢ ὡς κόπρος γίγνηται. οὐδ' οἶνον ἔχει ἀνήρ. οὐ γὰρ ἐπιμελεῖται ὡς φυτεύσῃ ἀμπέλους. οὐδ' αἱ οὖσαι ὅπως φέρωσιν αὐτῷ. οὐδὲ ἔλαιον, οὐδὲ σῦκα ἔχει ἀνήρ. οὐκ ἐπιμελεῖται, οὐδὲ ποιεῖ ὅπως ταῦτα ἔχῃ. τοιαῦτ', ἔφη, ἐστίν, ὦ σώκρατες, ἃ διαφέροντες ἀλλήλων οἱ γεωργοί, διαφερόντως καὶ πράττουσιν, πολὺ μᾶλλον, ἢ οἱ δοκοῦντες σοφὸν

ἐν τῇ εὐπραγίᾳ εἰς τὰ ἔργα. καὶ οἱ στρατηγοὶ ἔστιν ἐν οἷς τῶν στρατηγικῶν ἔργων, οὐ γνώμῃ διαφέροντες ἀλλήλων, οἱ μὲν βελτίονες, οἱ δὲ χείρονές εἰσιν, ἀλλὰ σαφῶς ἐπιμελείᾳ. ἃ γὰρ καὶ οἱ στρατηγοὶ γιγνώσκουσι πάντες, καὶ τῶν ἰδιωτῶν οἱ πλεῖστοι, ταῦτα οἱ μὲν ποιοῦσι τῶν ἀρχόντων, οἱ δ' οὔ. οἷον καὶ τόδε γιγνώσκουσιν ἅπαντες, ὅτι διὰ πολεμίας πορευομένους, βέλτιόν ἐστι τεταγμένους πορεύεσθαι, οὕτως ὡς ἂν ἄριστα μάχοιντο, εἰ δέοι. τοῦτο τοίνυν γιγνώσκοντες οἱ μὲν ποιοῦσιν οὕτως· οἱ δ' οὐ ποιοῦσι. φυλακὰς ἅπαντες ἴσασιν ὅτι βέλτιόν ἐστι καθιστάναι καὶ ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς πρὸ τοῦ στρατοπέδου. ἀλλὰ καὶ τούτου οἱ μὲν ἐπιμελοῦνται ὡς ἔχῃ οὕτως· οἱ δ' οὐκ ἐπιμελοῦνται. ὅταν τε αὖ διὰ στενοπόρων ἴωσιν, οὐ πάνυ χαλεπὸν εὑρεῖν, ὅστις οὐ γιγνώσκει ὅτι προκαταλαμβάνειν τὰ ἐπίκαιρα κρεῖσσον ἢ μή. ἀλλὰ καὶ τούτου οἱ μὲν ἐπιμελοῦνται οὕτω ποιεῖν· οἱ δ' οὔ. ἀλλὰ καὶ κόπρον λέγουσι μὲν πάντες, ὅτι ἄριστον εἰς γεωργίαν ἐστί. καὶ ὁρῶσι δὲ αὐτομάτην γιγνομένην. ὅμως δὲ καὶ ἀκριβοῦντες ὡς γίγνεται, καὶ ῥᾴδιον ὂν πολλὴν ποιεῖν. οἱ μὲν καὶ τούτου ἐπιμελοῦνται, ὅπως ἀθροίζηται, οἱ δὲ παραμελοῦσι. καίτοι ὕδωρ μὲν ὁ ἄνω θεὸς παρέχει, τὰ δὲ κοῖλα πάντα, τέλματα γίγνεται. ἡ γῆ δὲ ὕλην παντοίαν παρέχει. καθαίρειν δὲ δεῖ τὴν γῆν, τὸν μέλλοντα σπείρειν. ἃ δ' ἐκποδὼν ἀναιρεῖται, ταῦτα εἴ τις ἐμβάλλοι εἰς τὸ ὕδωρ, ὁ χρόνος ἤδη αὐτὸς ἂν ποιοίη, οἷς ἡ γῆ ἥδεται. ποία μὲν γὰρ ὕλη, ποία δὲ γῆ ἐν ὕδατι στασίμῳ οὐ κόπρος γίγνεται. καὶ ὁπόσα δὲ θεραπείας δεῖται ἡ γῆ, ὑγροτέρα τε οὖσα πρὸς τὸν σπόρον, ἢ ἁλμωδεστέρα πρὸς φυτείαν, καὶ ταῦτα γιγνώσκουσι μὲν πάντες. καὶ ὡς τὸ ὕδωρ ἐξάγεται τάφροις, καὶ ὡς ἡ ἅλμη κολάζεται, μιγνυμένη πᾶσι τοῖς ἀνάλμοις τε καὶ ὑγροῖς καὶ ξηροῖς. ἀλλὰ καὶ τούτων ἐπιμελοῦνται οἱ μέν, οἱ δ' οὔ. εἰ δέ τις παντάπασιν ἀγνὼς εἴη, τί δύναται φέρειν ἡ γῆ, καὶ μήτε ἰδεῖν ἔχοι καρπόν, μηδὲ φυτὸν αὐτῆς, μήτε ὅτου ἀκοῦσαι τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῆς ἔχοι, οὐ πολὺ μὲν ῥᾷον γῆς πεῖραν λαμβάνειν παντὶ ἀνθρώπῳ ἢ ἵππου; πολὺ δὲ ῥᾷον ἢ ἀνθρώπου. οὐ γάρ ἐστιν ὅ τι ἐπὶ δόλῳ δείκνυσιν, ἀλλ' ἁπλῶς ἅ τε δύναται καὶ ἃ μή, σαφηνίζει τε καὶ ἀληθεύει. δοκεῖ δέ μοι ἡ γῆ καὶ τοὺς κακούς τε κἀγαθοὺς τῷ εὔγνωστα καὶ εὐμαθῆ πάντα παρέχειν, ἄριστα ἐξετάζειν. οὐ γὰρ ὥσπερ τὰς ἄλλας τέχνας τοῖς μὴ ἐργαζομένοις ἔστι προφασίζεσθαι, ὅτι οὐκ ἐπίστανται, γῆν δὲ πάντες οἴδασιν, ὅτι εὖ πάσχουσα, εὖ ποιεῖ. ἀλλ' ἡ ἐν τῇ γεωργίᾳ ἐστὶ σαφὴς ψυχῆς κατήγορος κακῆς. ὡς μὲν γὰρ ἂν δύναιτο ἄνθρωπος ζῆν ἄνευ τῶν ἐπιτηδείων, οὐδεὶς τοῦτο αὐτὸς αὑτὸν πείθει. ὁ δὲ μήτε ἄλλην τέχνην χρηματοποιὸν ἐπιστάμενος, μήτε γεωργεῖν ἐθέλων, φανερὸν ὅτι κλέπτων ἢ ἁρπάζων ἢ προσαιτῶν διανοεῖται βιοτεύειν, ἢ παντάπασιν ἀλόγιστός ἐστι. μέγα δ' ἔφη διαφέρειν εἰς τὸ λυσιτελεῖν γεωργίαν καὶ μὴ λυσιτελεῖν, ὅταν ὄντων ἐργαστήρων καὶ πλειόνων, ὁ μὲν ἔχῃ τινὰ ἐπιμέλειαν, ὡς τὴν ὥραν ἐν ᾗ τὸ ἔργον οἱ ἐργάται ὦσιν· ὁ δὲ μὴ ἐπιμελῆται τούτου. ῥᾳδίως γὰρ ἀνὴρ εἷς παρὰ τοὺς δέκα διαφέρει, τῷ ἐν ὥρᾳ ἐργάζεσθαι, καὶ ἄλλος γε ἀνὴρ διαφέρει, τῷ πρὸ τῆς ὥρας ἀπιέναι. τὸ δὲ δὴ ἐᾶν ῥᾳδιουργεῖν δι' ὅλης τῆς ἡμέρας

dens quiddam ad opera immisisse. Sic & belli duces, quorum interest ea curare quæ sunt sui muneris, non in eo inter sese differunt, quod alij alijs sententia sint meliores, uel deteriores, sed cura & diligentia. Nam quæ duces omnes, permultiq; priuati sciunt, ea nonnulli faciunt imperatores, alij negligunt: ut nullus est qui non intelligat, quum per hostium fines iter faciundum est, tutius esse milites instructos ordine procedere, quòd hoc modo, si opus sit optime dimicare possunt: sed alij agmen compositum ducunt, alij incompositum. Omnes optimum esse norunt, ante castra & diurnas & nocturnas custodias stationesque collocare: uerùm ut id fiat, dant operam quidam, alij nullam. Quòd si per angustias uiarum ducatur exercitus, nónne difficile est reperire qui nesciat esse commodius occupare locorum oportunitates? At uerò sunt qui diligenter occupant, sunt qui non occupant. Quinetiam dictitant omnes agriculturam stercore maximè iuuari: uident nullo negocio fieri, attamen cum planè sciant quomodo fiat, cumque facile sit multum conficere, alij congregandum curant, alij non item. Atqui Deus sublimis aquam præbet. Loci caui cœno limoque complentur. Terra uarium materiæ genus suppeditat. Cui serendum est, is humum purgare debet. Quæ uerruntur è medio, si in aquam deijciat, iam tempus ipsum conuertet in ea quibus letificatur ac pinguescit ager. Quæ materia, quæ terra in aqua stante non erit pro fimo? Quotaquæque medicaminis indiget terra, si humidior sementi, siccior salsiorque serendis arboribus accommodetur? Nullus est qui hæc nesciat, & ut educatur aqua fossis, ut terra salsa corrigatur, dum miscetur omnibus dulcibus, humidis, siccis. Sed istæ curæ sunt alijs, alijs uerò nequaquam. Quòd si quis ignoret omnino quid possit ferre tellus, nec sciat eius fructum nec stirpes cognoscere, nec ab aliquo ueritatem audire queat, nónne multò facilius tamen illi & omnibus ingenium terræ, quàm equi uel hominis experiri. Nihil enim subdole & falso præ se ferri, sed quæ potest, & quæ non, aperte uereque demonstrat. Illa, quòd omnia cognitu captuque facilia præbet, & bonos & malos patefacere optimè mihi uidetur. Non est enim quod se nescire causentur, ut qui cæteras artes non exercent. Nullus ignorat, illam, si quid acceperit beneficij, referre gratiam. Illa ne malæ mentis accusationem intendere manifestò uidetur? Hominem sine rebus necessarijs uiuere posse, nemo sibi ipse persuadet. Qui nec aliam nouit artem unde quæstum facere possit, nec arare terram uult, & agris operam dare, non dubium est quin aut furto, aut rapina, aut opera mendica uiuat, aut nulla ratione ducatur. Magni referre dicebat, an utilitatis fructum agricultura præberet, an nullum. Nam quum plures sunt operæ, alius curat ut in opere sint operarij, quum uocat & retinet hora. Hoc alius non facit. Facilè uir unus decem uincit, qui tempus laboris explet. alius ab eo distat, qui discedit ante tēpus. Permittere uerò ut totum diem

diem mala fide laborent homines, ac fraudētur, eò ualet, ut plus quàm dimidiũ totius operis extrahatur. Ut in itinere faciũdo ad stadia ducenta, quum stadijs centũ propter imparē celeritatē distant inter se duo uiatores, ambo iuuentute & ualetudine pares, quod alter facit ut cõcitacius feratur, alter animo remisso captat otiũ, & ad fontes ac sub umbris quiescit, circumspectat, molles uenatur auras: sic et in operibus longè distant ac differũt effectu, qui dant operã ut ministri et mercenarij frugi sint, ac minimè dissoluti: & qui nõ solum non hoc faciunt, sed & inueniunt occasiones intermittendi laboris, sinuntq; suos agere mala fide, & inertiæ indulgere. Hoc autem bene laborare, aut malè rem curare, tã differt, quàm aut perfecte labori incumbere, aut penitus in ocio languescere. Si qui fodiunt uinetum, ut abiecta materia puræ sint uites, sic fodiant, ut herbarum sylua maior uberiorq; fiat, quî potes aliquid actum esse confirmare, & agrum cultum dicere? Hæc igitur domos magis dissipant, quàm nimia negotij gerendi inscitia. Nam cùm expletur impensa, opera uerò non explentur, ut percipiatur utilitas ad faciundũ sumptum, non est cur iam mirere si pro diuitijs pauperies & egestas inuehatur. His autem qui studio ac diligentia ualent, & frugi sunt agricolæ, non mediocriter utilem et efficacem faciẽdi quæstus ab agricultura pater et exercuit ipse & me docuit artē. Is non sinebat unquam fundum cultũ comparari, sed quisquis aut negligẽtia possessorũ aut tenuitate facultatũ incultus inconsitusq; esset, ut emeretur admonebat. Dicebat enim, prædia culta uenire pluris & incrementum non capere: quibus autem nihil esset accessionis, haud similes afferre uoluptates existimabat: sed omne prædiũ et omne pecus cui accederet amplificatio, maximæ esse domino lætitiæ arbitrabatur. Nihil uerò plus habet accessionis quàm fundus ex inculto & infœcũdo cultus et ferax omniũ rerum factus. Ne dubita Socrates, quin nos iam effecerimus ut fundi multò maioris sint precij, quàm quãti primò fuerũt. Hæc, inquit, adeò frugifera meditatio: adeò captu facilis, ut tu qui nũc audisti, nõ aliter ac ego sciẽs abeas, et aliũ si uelis, docere possis. Pater meus nec id ab alio didicit, nec solicitus inuenit, sed quũ esset agriculturæ laborisq; cupidus, talē se fundũ cupiuisse dicebat, ut haberet quod ageret, et unà cũ utilitate uoluptatē perciperet. Erat enim suapte natura, ut mihi uidetur, omnium Atheniensiũ studiosissimus agriculturæ. Hæc quũ dixisset, hominem interrogaui: Quos pater agros excoluisset, eósne tenebat omneis, an etiam uendebat si grandē pecuniã inuenisset? Vendebat sane inquit, sed alium cõtinuò mercabatur incultũ, propterea quòd desiderio laborãdi tenebatur. Narras Ischomache patrem agri colẽdi uerè studiosum, ac duce natura tam ruris amantē, quàm t[illegible]i cupidi sunt mercatores. Hi quòd frumentũ maximè petũt, ubi magnam esse copiã audierũt: eò nauigãt. Aegeum, Euxinũ, Siculũ pontũ trajciunt. Deinde quũ cœperunt quàm potuerunt plurimũ, pelago uehũt impositum nauigio quo uehũtur ipsi. Quum fuerit opus argento,

ὡς ἕκαστος ἔχει τέχνης. τῶν δὲ γεωργῶν ὁ κάλλιστα μὲν φυτεύων, μάλιστ' ἂν ἥδοιτο εἴ τις αὐτὸν θεῷτο. ὁ κάλλιστα δὲ σπείρων ὡσαύτως. ὅ, τι δὲ ἔροιο τῶν καλῶς πεποιημένων, οὐδὲν ὅ, τι ἄν σε ἀποκρύψαιτο ὅπως ἐποίησεν. οὕτω καὶ τὰ ἤθη, ὦ Σώκρατες, ἔφη, γενναιοτάτους τοὺς αὐτῇ συνόντας ἡ γεωργία ἔοικε παρέχεσθαι. ἀλλὰ τὸ μὲν προοίμιον, ἔφην ἐγώ, καλὸν, καὶ οὐχ οἷον ἀκούσαντα ἀποτρέπεσθαι τοῦ ἐρωτήματος. σὺ δὲ ὅτι εὐπετές ἐστι μαθεῖν, διὰ τοῦτο πολύ μοι μᾶλλον δίεξιθι αὐτήν. οὐ γάρ σοι αἰσχρὸν τὰ ῥᾴδια διδάσκειν ἐστὶν, ἀλλ' ἐμοὶ πολὺ αἴσχιον μὴ ἐπίστασθαι, ἄλλως τε καὶ εἰ χρήσιμα ὄντα τυγχάνει. πρῶτον μὲν τοίνυν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, τοῦτο ἀποδεῖξαι βούλομαί σοι, ὡς οὐ χαλεπόν ἐστιν ὃ λέγουσι ποικιλώτατον τῆς γεωργίας εἶναι, οἱ λόγῳ μὲν ἀκριβέστατα αὐτὴν διεξιόντες, ἥκιστα δὲ ἐργαζόμενοι. φασὶ γὰρ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς γεωργήσειν, τὴν φύσιν χρῆναι πρῶτον τῆς γῆς εἰδέναι. ὀρθῶς γε, ἔφην ἐγώ, ταῦτα λέγοντες. ὁ γὰρ μὴ εἰδὼς ὅ, τι δύναται ἡ γῆ φέρειν, οὐδ' ὅ, τι σπείρειν οἴομαι, οὐδ' ὅ, τι φυτεύειν δεῖ εἰδείη ἄν. οὐκοῦν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, καὶ ἀλλοτρίας γῆς τοῦτό ἐστι γνῶναι, ὅ, τι τε δύναται φέρειν, καὶ ὅ, τι μὴ δύναται, ὁρῶντα τοὺς καρποὺς καὶ τὰ δένδρα. ἐπειδὰν μέντοι γνῷ τις, οὐκέτι συμφέρει θεομαχεῖν. οὐ γὰρ ἂν ὅτου δέοιτο αὐτὸς, τοῦτο σπείρων καὶ φυτεύων, μᾶλλον ἂν ἔχοι τὰ ἐπιτήδεια, ἢ ὅ, τι ἡ γῆ ἥδοιτο φύουσα καὶ τρέφουσα. ἢν δ' ἄρα δι' ἀργίαν τῶν ἐχόντων αὐτὴν μὴ ἔχῃ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν ἐπιδεικνύναι, ἔστι καὶ παρὰ γείτονος τόπου πολλάκις ἀληθέστερα περὶ αὐτῆς γνῶναι, ἢ παρὰ γείτονος ἀνθρώπου πυθέσθαι. καὶ χερσεύουσα δὲ ὅμως, ἐπιδείκνυσι τὴν αὑτῆς φύσιν. ἡ γὰρ τὰ ἄγρια καλὰ φύουσα, δύναται θεραπευομένη καὶ τὰ ἥμερα καλὰ ἐκφέρειν. φύσιν μὲν δὴ γῆς οὕτω καὶ οἱ μὴ πάνυ ἔμπειροι γεωργίας, ὅμως δύνανται διαγιγνώσκειν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, ἱκανῶς ἤδη μοι δοκῶ ἀποτεθαρρηκέναι, ὡς οὐ δεῖ φοβούμενον μὴ οὐ γνῶ τὴν γῆς φύσιν, ἀπέχεσθαι γεωργίας. καὶ γὰρ δὴ, ἔφην, ἀνεμνήσθην τὸ τῶν ἁλιέων, ὅτι θαλασσουργοὶ ὄντες, καὶ οὔτε καταστήσαντες ἐπὶ θέαν, οὔθ' ἡσυχῇ βαδίζοντες, ἀλλὰ παρατρέχοντες ἅμα τοὺς ἀγροὺς, ὅταν ὁρῶσι τοὺς καρποὺς ἐν τῇ γῇ, ὅμως οὐκ ὀκνοῦσιν ἀποφαίνεσθαι περὶ τῆς γῆς, ὁποία τε ἀγαθή ἐστι, καὶ ὁποία κακή. ἀλλὰ τὴν μὲν ψέγουσι, τὴν δ' ἐπαινοῦσι. καὶ πάνυ τοίνυν τοῖς ἐμπείροις γεωργίας ὁρῶ αὐτοὺς τὰ πλεῖστα κατὰ ταὐτὰ ἀποφαινομένους περὶ τῆς ἀγαθῆς γῆς. πόθεν οὖν βούλει, ὦ Σώκρατες, ἄρξωμαί σε τῆς γεωργίας ὑπομιμνήσκειν; οἶδα γὰρ πάνυ ἐπισταμένῳ σοι πολλὰ, φράσων ὡς δεῖ γεωργεῖν. ἐκεῖνό μοι δοκῶ, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, πρῶτον ἂν ἡδέως μανθάνειν (φιλοσόφου γὰρ μάλιστά ἐστιν ἀνδρὸς) ὅπως ἂν ἐγὼ εἰ βουλοίμην γῆν ἐργαζόμενος, πλείστας κριθὰς καὶ πλείστους πυροὺς λαμβάνοιμι. οὐκοῦν τοῦτο μὲν οἶσθα ὅτι τῷ σπόρῳ νεὸν δεῖ ὑπεργάζεσθαι; οἶδα γὰρ, ἔφην ἐγώ. εἰ οὖν ἀρχοίμεθα, ἔφη, ἀροῦν τὴν γῆν χειμῶνος; ἀλλὰ πηλὸς ἂν εἴη, ἐγὼ ἔφην. ἀλλὰ τοῦ θέρους σοι δοκεῖ; σκληρὰ, ἔφην ἐγώ, ἔσται ἡ γῆ κινεῖν τῷ ζεύγει. κινδυνεύει ἔαρος, ἔφη, εἶναι τούτου τοῦ ἔργου ἀρκτέον. εἰκὸς γὰρ, ἔφην ἐγώ, ἐστὶ μάλιστα χεῖσθαι τὴν γῆν τηνικαῦτα κινουμένην. καὶ τὴν πόαν γε ἀναστρεφομένην, ἔφη, ὦ Σώκρατες. τηνι-

celant: in agricolis qui optimè serit arbores, maximè lætaretur si quis eum spectaret. qui optime seminat, eodem modo. quodque pulchre factum uideres, nō te celaret, id qua ratione fecisset si rogares. Sic & mores uerè ingenuos ijs dare uidetur agricultura, qui cum ipsa uersantur. Ad hæc ego, Exordium præclarum, & quod eum qui audierit, à percunctatione non auertat. Tu quoniam discere perhonestū est, ea de re multò magis eam mihi uerbis explica. Non eim turpe tibi est facilia docere, mihi uerò longe turpissimū nescire, præsertim quæ sunt cum utilitate coniuncta. Primum igitur, inquit, hoc tibi demonstrare uolo non esse difficile, quòd ex multis rebus ac uarijs agriculturam contineri dicunt ij qui oratione diligentissimè persequuntur illam, re uera minimè exercent. Aiunt eum qui rectè culturus est agrum, primò terræ naturam cognoscere oportere. Rectè, inquā. Nam qui non uidit quid terra ferre possit: is quod semē spargere quás ue stirpes serere debeat, haud uidebit. Itaque si ignotum solum arare uelimus ô Socrates: quid ferre queat, quid nequeat, ex fructibus arboribus'que cognoscendum. Posteaquam enim periculum fecerit & cognouerit aliquis, nihil iam prodest bellare cum dijs: quia si qua re opus esset ei qui uel semine uel stirpe compleret agrum, non magis ex eo perciperet fructus necessarios, quàm si committeret id quod non inuitus produceret aleret'que. Quòd si per segnitiem dominorum uim suam terra non possit ostendere, sæpe licet ex loco finitimo certiorem fieri, aut ab homine uicino subaudire, quæ sit illi natura. Nam quamuis sit inculta, suam tamen ostendit naturam. Quæ stirpes agrestes lætas & uberes gignit, ea si curetur, potest & mites fructus eos'que lætos producere. Sic natura terræ perspici potest uel ab eo cui non ita magnus est usus agriculturæ. Satis iam mihi uideor Ischomache spei & fiduciæ concepisse, non esse cur ab agricultura me abstineam, ueritus ne terræ naturam deprehendere non possim. Etenim piscatores mihi ueniunt in mentem, qui quum dent operam mari, nec sint in eo loco positi unde spectent arua, nec lentè ferantur, sed uni prætercurrant agros, tamen quum uident fructus in agro, non dubitant de illo ferre iudicium, qui bonus, qui malus: sed hunc improbant, illum uerò laudant. Illos quidē uideo hac ratione adductos permulta de terra fœcūda peritissimis agriculturæ explicare. Vnde uis igitur Socrates, incipiam tibi meam de hac arte exponere sentētiā? Scio me tibi iā permulta scienti dicturum de agri colendi ratione. Illud equidem, inquam, libenter addiscam (est enim maximè sapientis uiri) quonam modo, si cupiam, terrā subigēs, hordei et tritici magnā uim percipiam.

Cap. 29.

Nostin' agrum noualem semēti parandum? Noui quidē. An igitur hybernis mēsibus incipiemus arare terrā? At lutulentus erit ager. Aestate'ne arandum censes? Durities erit impedimento quò minus aruum iugo moueri possit. Dicendum fortassis uere hoc opus inchoandū. Par est, inquā, terrā maximè fundere quæ tū mouetur. Et herbā subuersā, inquit,

tum iam agro dari pro stercore, atque sic fru-
ctum seri, ut nascatur. Existimo quidem certè:
nec id nosse difficile est, si noualis ager ferax
est futurus, cum runcari, cuius ipsa syluescente
materia purgari, quammaximè excoqui sole
debere. Hæc ita fieri oportere mihi quoque ui-
detur, inquam. Tu'ne, inquit, hæc aliter com-
modius fieri putas, quàm si quis æstate quam-
sæpißimè uertat agrum? Cui ego, Certò scio
uepres & huiusmodi syluam haud melius edu-
ci, & ab æstu siccari, atque à sole terram co-
qui posse, quàm si quis æstate media tempore
meridiano iugo moueat. Si uerò foßione co-
latur humus, certum'ne est agendum separa-
tim cum terra, & cum materia? Ad hæc ego,
Diruenda sylua, ut arescat in summo solo. Ter-
ra uertenda ut eius cruditas excoquatur. Vi-
des ô Socrates eadem de nouali utrique no-
strum uideri. Sanè, inquam. de semente uerò
nostin' aliud quicquam Socrates præter ho-
ram serendi? quam censuerunt optimam tum
maiores exercitati, tum qui nostra ætate peri-
culum fecerunt. Nam quum tempus autumni
uenit, omnes ad Deum conuertunt oculos, &
tempus expectant quo pluuia missa mollito so-
lo sementem facere licebit. Omnes, inquam, no-
uerunt expectandam pluuiam, & sitiente ter-
ra sementem non esse faciundam, nisi si coge-
ret necesßitas. Planè uidebant multis et magnis
incommodis conflictatos, qui antè semen iece-
rant, quàm à Deo iußi fuissent. His de rebus igi
tur nobis omnibus conuenit, inquit Ischoma-
chus. Sic, inquam, omni in re quam Deus nos
docet, consensio est: ut consentiunt uniuersi
densos uestitus hyeme ferendos ijs qui habere
possunt: ignem fouendum, si ligna suppeditent.
Tum Ischomachus: Multi iam de semente dis-
sentiunt, præmatura'ne sit optima, an media,
an maximè sera? Deus inquam, non uno semper
ordine circumuoluit annum, sed alium præma-
turè, alium mediè, alium serè tempestiuum ma-
gis agit. Vtrum putas melius, inquit, an ex his
unam deligere ad utendum sationem, siue pa-
rum siue multum seminis est spargendum: an
quum cœperis à prima, ad extremam usq; semi
nare? Cui ego, Mihi optimũ uidetur genus om-
ne sementis usurpare. Nã satius esse duco, satis
multas omnibus annis capere fruges, quàm in-
terdum nimiũ multas, interdum nimiũ paucas.
Hac de re quoq;, inquit, tibi conuenit mecũ, di-
scipulo cum doctore, tametsi ante me sententiã
protulisti. Quid, inquã, in iaciundo semine? ua-
riumne genus artis est? Omnino consideremus
& hoc, inquit. Tu quidem semen esse manu ia-
ciundum nosti. Ego quidem noui. Sunt, inquit,
qui æquabiliter proijcere possunt, & alij qui
non possunt. Hoc igitur, inquam, exercitatio-
nem requirit, ut citharistarum manus, ut
arti uoluntatique seruire posßit. Maximè, in-
quit. Si uerò terra sit aut tenuior aut densior.
Quid ais istuc? inquam: Ain' tu tenuiorem quæ
debilior

τηνικαῦτα κόπρον μὲν τῇ γῇ ἤδη παρέχειν, καρπὸν δὲ
οὔπω καταβαλεῖν ὥστε φύεσθαι. οἶμαι γὰρ δὴ καὶ τοῦτο
δὴ γιγνώσκειν, ὅτι εἰ μέλλει ἀγαθὴ ἡ νεὸς ἔσεσθαι, ὕλης
τε καθαρὰν αὐτὴν εἶναι, καὶ ὀπτὴν ὅτι μάλιστα πρὸς τὸν
ἥλιον. πάνυ γε, ἔφην ἐγώ, καὶ ταῦτα οὕτως ἡγοῦμαι χρῆ-
ναι ἔχειν. ταῦτ' οὖν, ἔφη, σὺ ἄλλως πῶς νομίζεις μᾶλ-
λον ἂν γίγνεσθαι, ἢ εἰ ἐν τῷ θέρει, ὅτι πλειστάκις μεταβά-
λοιλες τὴν γῆν; οἶδα μὲν οὖν, ἔφην, ἀκριβῶς, ὅτι οὐδαμῶς
ἂν μᾶλλον ἡ μὲν ὕλη ἐπιπολάζοι καὶ αὐαίνοιτο ὑπὸ τοῦ
καύματος, ἡ δὲ γῆ ὀπτῷτο ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ἢ εἴ τις αὐτὴν
ἐν μέσῳ τῷ θέρει καὶ ἐν μέσῃ τῇ ἡμέρᾳ κινοίη τῷ ζεύ-
γει. εἰ δὲ ἄνθρωποι σκάπτοντες τὴν νεὸν ποιοῖεν, ἔφη,
οὐκ εὔδηλον ὅτι καὶ τούτους δίχα δεῖ ποιεῖν τὴν γῆν
καὶ τὴν ὕλην; καὶ τὴν μέν γε ὕλην, ἔφην ἐγώ, κατα-
βάλλειν, ὡς αὐαίνηται ἐπιπολῆς· τὴν δὲ γῆν στρέφειν,
ὡς ἡ ὠμὴ αὐτῆς ὀπτῷτο. περὶ μὲν δὴ νεοῦ ὁρᾷς, ἔφη, ὦ Σώ-
κρατες ὡς ἀμφοτέροις ἡμῖν ταῦτα δοκεῖ. δοκεῖ γὰρ οὖν,
ἔφην ἐγώ. περί γε μήν τοι τοῦ σπόρου, ὁρᾷς. ἄλλο τι, ἔφη
ὦ Σώκρατες, γιγνώσκεις, ἢ τὴν ὥραν σπείρειν, ἧς πάν-
τες μὲν οἱ πρόσθεν ἄνθρωποι πεῖραν λαβόντες, πάν-
τες δὲ οἱ νῦν λαμβάνοντες ἐγνώκασι κρατίστην εἶναι;
ἐπειδὰν γὰρ ὁ μετοπωρινὸς χρόνος ἔλθῃ, πάντες που
οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέπουσιν, ὁπότε βρέξας
τὴν γῆν, ἀφήσει αὐτοὺς σπείρειν. ἐγνώκασι δέ γ', ἔφην
ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, καὶ τὸ μὴ ἐν ξηρᾷ σπείρειν ἑκόντες εἶναι
πάντες ἄνθρωποι, δῆλον ὅτι πολλαῖς ζημίαις παλαί-
σαντες οἱ πρὶν κελευσθῆναι ὑπὸ τοῦ θεοῦ, σπείροντες.
οὐκοῦν ταῦτα μέν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ὁμογνωμονοῦμεν
πάντες οἱ ἄνθρωποι. ἃ γὰρ ὁ θεὸς διδάσκει, ἔφην ἐ-
γώ, οὕτω γίγνεται ὁμονοεῖν. οἷον ἅμα πᾶσι δοκεῖ βέλ-
τιον εἶναι ἐν τῷ χειμῶνι παχέα ἱμάτια φορεῖν, ἢν δύ-
νωνται. καὶ πῦρ κάειν ἅμα πᾶσι δοκεῖ, ἢν ξύλα ἔχω-
σιν. ἀλλ' ἐν τῷ δέ, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, πολλοὶ ἤδη διαφέ-
ρονται, ὦ Σώκρατες, περὶ τοῦ σπόρου, πότερον ὁ πρώ-
ιμος κράτιστος, ἢ ὁ μέσος, ἢ ὁ ὀψιμώτατος. καὶ ὁ θεός,
ἔφην ἐγώ, οὐ τεταγμένως τὸ ἔτος ἄγει· ἀλλὰ τὸ μὲν τῷ
πρωΐμῳ κάλλιστα, τὸ δὲ, τῷ μέσῳ· τὸ δὲ, τῷ ὀψιμωτά-
τῳ. σὺ οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, πότερον ἡγῇ κρεῖττον εἶναι
ἑνὶ τούτων τῶν σπόρων χρῆσθαι ἐκλεξάμενον, ἐάν τε πο-
λὺ, ἐάν τε ὀλίγον σπέρμα σπείρῃ τις, ἢ ἀρξάμενον ἀπὸ
τοῦ πρωϊμωτάτου μέχρι τοῦ ὀψιμωτάτου σπείρειν. καὶ
ἐγὼ εἶπον· ἐμοὶ μὲν, ὦ Ἰσχόμαχε δοκεῖ κράτιστον εἶναι
παντὸς μετέχειν τοῦ σπόρου. πολὺ γὰρ νομίζω κρεῖττον
εἶναι ἀεὶ ἀρκοῦντα σῖτον λαμβάνειν, ἢ ποτὲ μὲν πάνυ
πολύν, ποτὲ δὲ μηδ' ἱκανόν. καὶ τοῦτο τοίνυν σύ γε, ἔφη
ὦ Σώκρατες, ὁμογνωμονεῖς ἐμοί, ὁ μανθάνων τῷ διδά-
σκοντι. καὶ ταῦτα πρόσθεν ἐμοῦ τὴν γνώμην ἀποφαινόμε-
νος. τί γάρ, ἔφην ἐγώ, ἐν τῷ ῥίπτειν τὸ σπέρμα ποικίλη
τέχνη ἔνεστι; πάντως, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐπισκεψώμεθα
καὶ τοῦτο. ὅτι μὲν γὰρ ἐκ τῆς χειρὸς δεῖ ῥίπτεσθαι τὸ σπέρμα,
καὶ σύ που οἶσθα. ἔφη. καὶ γὰρ ἑώρακα, ἔφην ἐγώ. ῥίπτειν δέ
γε, ἔφη, οἱ μὲν ὁμαλῶς δύνανται, οἱ δ' οὔ. οὐκοῦν τοῦτο μὲν,
ἔφην ἐγώ, ἤδη μελέτης δεῖται ὥσπερ τοῖς κιθαρισταῖς
ἡ χείρ, ὅπως δύνηται ὑπηρετεῖν τῇ γνώμῃ. πάνυ μὲν οὖν,
ἔφη. ἢν δέ γε ἡ, ἔφην, ἡ γῆ λεπτοτέρα ἢ παχυτέρα. τί
τοῦτο, ἐγὼ ἔφην, λέγεις. ἆρά γε τὴν μὲν λεπτοτέραν ὥσπερ
ἀσθενῆ

ἀσθενεστέρᾳ, τῇ δὲ παχυτέρᾳ ὅπερ ἰσχυροτέρᾳ; τοῦτ' ἔφην λέγω, καὶ ἐρωτῶ γέ σε, πότερον ἴσον ἂν ἑκατέρᾳ τῇ γῇ σπέρμα διδοίης, ἢ ποτέρᾳ ἂν πλεῖον. τῷ μὲν οἴνῳ, ἔφην ἔγωγε, νομίζω τῷ ἰσχυροτέρῳ πλεῖον ἐπιχεῖν ὕδωρ, καὶ ἀνθρώπῳ τῷ ἰσχυροτέρῳ πλεῖον βάρος, ἐὰν δέῃ τι φέρειν, ἐπιτιθέναι. κἂν δέῃ τρέφεσθαί τινας, τοῖς δυνατωτέροις τρέφειν ἂν τοὺς πλείους προστάξαιμι. εἰ δὲ ἡ ἀσθενὴς γῆ ἰσχυροτέρα, ἔφην ἐγώ, γίγνεται, ἤν τις πλείονα καρπὸν αὐτῇ ἐμβάλλῃ, ὥσπερ τὰ ὑποζύγια, τοῦτο σύ με δίδασκε. καὶ ὁ Ἰσχόμαχος γελάσας, ἔφη. ἀλλὰ παίζεις μὲν σύ γε, ἔφη, ὦ Σώκρατες, εὖ γε μέντοι, ἴσθι, ἔφη. εἰ μὲν ἐμβαλὼν τὸ σπέρμα τῇ γῇ, ἔπειτα ἐν ᾧ πολλὴν ἔχει τροφὴν ἡ γῆ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, χλόης γενομένης ἀπὸ τοῦ σπέρματος καταστρέψεις αὐτὸ πάλιν, τοῦτο γίγνεται σῖτος τῇ γῇ, καὶ ὥσπερ ὑπὸ κόπρου, ἰσχὺς αὐτῇ ἐγγίγνεται. ἢν μέντοι ἐκτρέφειν ἐᾷς τὴν γῆν διὰ τέλους τὸ σπέρμα εἰς καρπόν, χαλεπὸν τῇ ἀσθενεῖ γῇ ἐς τέλος πολὺν καρπὸν ἐκφέρειν. καὶ συῒ δὲ ἀσθενεῖ χαλεπὸν πολλοὺς ἁδροὺς χοίρους ἐκτρέφειν. λέγεις σύ, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, τῇ ἀσθενεστέρᾳ γῇ, μεῖον δεῖν τὸ σπέρμα ἐμβαλεῖν; ναὶ μὰ Δί', ἔφη, ὦ Σώκρατες, καὶ σύ γε συνομολογεῖς λέγων, ὅτι νομίζεις τοῖς ἀσθενεστέροις πᾶσι μείω προστάττειν πράγματα. τοὺς δὲ δὴ σκαλέας, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, τίνος ἕνεκα ἐμβάλλετε τῷ σίτῳ; οἶσθα δή που, ἔφη, ὅτι ἐν τῷ χειμῶνι πολλὰ ὕδατα γίγνεται. τί γὰρ οὔκ; ἔφην ἐγώ. οὐκοῦν θῶμεν τοῦ σίτου καὶ κατακρυφθῆναί τινα ὑπ' αὐτῶν, ἰλύος ἐπιχυθείσης, καὶ ψιλωθῆναί τινας ῥίζας ὑπὸ ῥεύματος. καὶ ὕλη δὲ πολλάκις ὑπὸ τῶν ὑδάτων δή που συνεξορμᾷ τῷ σίτῳ, καὶ παρέχει πνιγμὸν αὐτῷ. πάντα, ἔφην ἐγώ, εἰκὸς ταῦτα γίγνεσθαι. οὐκοῦν δοκεῖ σοι, ἔφη, ἐνταῦθα ἤδη ἐπικουρίας τινὸς δεῖσθαι ὁ σῖτος; πάνυ μὲν οὖν, ἔφην ἐγώ. τῷ οὖν κατιλυθέντι, τί ἂν ποιοῦντες δοκοῦσιν ἄν σοι ἐπικουρῆσαι; ἐπικουφίσαντες, ἔφην ἐγώ, τὴν γῆν. τί δέ, ἔφη, τῷ ἐψιλωμένῳ τὰς ῥίζας; ἀντιπροσαμησάμενοι τὴν γῆν ἄν, ἔφην ἐγώ. τί γάρ, ἔφη, ἢν ὕλη πνίγῃ, συνεξορμῶσα τῷ σίτῳ, καὶ διαρπάζουσα τοῦ σίτου τὴν τροφήν, ὥσπερ οἱ κηφῆνες διαρπάζουσιν ἀργοὶ ὄντες, τῶν μελιττῶν ἃ ἂν ἐκεῖναι ἐργασάμεναι τροφὴν καταθῶνται; ἐκκόπτειν ἂν νὴ Δία τῆς τροφῆς, ἔφην, δέοι τὴν ὕλην ἐγώ, ὥσπερ τοὺς κηφῆνας ἐκ τῶν σμηνῶν ἀφαιρεῖν. οὐκοῦν, ἔφη, εἰκότως σοι δοκοῦμεν ἐμβαλεῖν τοὺς σκαλέας; πάνυ γε. ἀτὰρ ἐνθυμοῦμαι, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, οἷόν ἐστι τὸ εὖ τὰς εἰκόνας ἐπάγεσθαι. πάνυ γὰρ σύ με ἐξώργισας πρὸς τὴν ὕλην, τοὺς κηφῆνας εἰπὼν πολὺ μᾶλλον, ἢ ὅτε περὶ αὐτῆς τῆς ὕλης ἔλεγες. ἀτὰρ οὖν, ἔφην ἐγώ, ἐκ τούτου ἄρα θερίζειν εἰκός. δίδασκε οὖν εἴ τι ἔχεις με καὶ εἰς τοῦτο. ἢν μή γε φανῇς, ἔφη, καὶ εἰς τοῦτο ταὐτὰ ἐμοὶ ἐπιστάμενος. ὅτι μὲν οὖν τέμνειν τὸν σῖτον δεῖ οἶσθα; τί δ' οὐ μέλλω, ἔφην ἐγώ; πότερα οὖν τέμνεις, ἔφη, στὰς ἔνθα πνεῖ ἄνεμος, ἢ ἀντίος; οὐκ ἀντίος, ἔφην ἔγωγε. χαλεπὸν γὰρ οἶμαι καὶ τοῖς ὄμμασι καὶ ταῖς χερσὶ γίγνεται, ἀντίον ἀχύρων καὶ ἀθέρων θερίζειν. καὶ ἀκροτομοίης δ' ἄν, ἔφη, ἢ παρὰ γῆν τέμνοις; ἢν μὲν βραχὺς ᾖ ὁ κάλαμος τοῦ σίτου, ἔγωγ', ἔφην, κάτωθεν ἂν τέμνοιμι, ἵνα ἱκανὰ τὰ ἄχυρα μᾶλλον γίγνηται· ἐὰν δὲ ὑψηλὸς ᾖ,

νομίζω

debilior est, densiorem quæ robustior? Dico: & rogo te, parne semen utrique dares, an alteri copiosius? Tum ego, Vino ualidiori mea sententia plus aquæ debet infundi: & robustiori uiro, si quid ferendum est, maius onus imponi: & si qui essent alendi, plures ei decernerem qui plures alere posset. An uerò terra debilis firmior ualentiorq; fiat, si quis illi plus iniiciat fructus, ut largiore pabulo iumenta pinguescunt, id quæso me doce. Arrisit Ischomachus: Iocaris Socrates: id tamen habe certum, si terræ semen inieceris, ac deinde quo tempore multum à cœlo cepit alimentum, & seges in herbam creuit, illam uerteris, id esse pabulum terræ, & haud secus ac è stercore illi uires accedere. Si uero sinas semen in fructum crescere, è terra sumpto ad maturitatem usque nutrimento, difficile est agrum tenuem ad extremum letos & uberes gignere fructus; ut suem debilem multos alere maiusculos natos. Hoc dicis Ischomache, debiliori solo minus seminis esse committendum. Ego istuc profectò: & tu quoque sentis idem, qui existimas omnibus debilioribus imperare negocia minora oportere. Age Ischomache, cur segeti sarculum immittis? Nosti, inquit, hybernis mensibus aquas increscere. Quidni? Fac igitur ut infuso limo segetis aliquid occultum sit imbri, & à fluxionibus nudatæ sint aliquæ radices, utque materia sæpenumero ab aquis excitetur tam multa, ut suffocata seges opprimatur. Hæc omnia fieri uerisimile est, inquam. Videtur'ne tibi tam tum seges opis indigere? Maximè. Si limus obduxerit, quod censes adhibendum remedium? Terram subleuandam puto. Quid si nudæ radices? Inducta terra medendum. Quid uerò si herbarum sylua excrescens inter segetem suffocet illam, atque diripiat alimentum quemadmodum fuci genus ignauum & inutile diripiunt ea quæ magno labore cibaria condiderunt apes? excidenda quidem certè materia, & alimento priuanda, ut ab aluearibus eijciendi fuci. Num sine causa igitur tibi uidemur sarculum iniicere? Nequaquam: Nunc Ischomache animo concipio quale sit aptè & opportunè imagines inducere. Nam de fucis locutus, multo mihi apertius explicasti rationem syluæ, quàm quum de ipsa disserebas. At uerò deinde metere par est. doce me igitur si quid habes quod eò pertineat. Facerem, inquit, nisi mihi uidereris hæc scire. Tu quidem semper, ut debes, segetem incidere nosti. Quidni debeam? Secas'ne stans quò spirat uentus, an aduersus? Non aduersus, inquam. Nam molestum arbitror & oculis & manibus aduersas legere stipulas aristasque. Altius'ne secas, an propius humum? Si curtus et breuis calamus, imum seco, ut culmi sint longiores: si procerus & altus, mediũ secandum

puto,

puto, ne qui terunt in area, labore superuacuo grauētur: neúe qui uentilāt, in ijs laborēt quib. non opus est. Quod in agro relictū fuerit, exustum, adiumēto esse terræ puto, et sterquilinium implere coniectū. Vides ô Socrates ut manifestò deprehēderis, id quod ego, de messe, animo & usu consecutus. Tum ego, Vel cum periculo experiri libet. Volo cognoscere sit'ne mihi ratio terendi frumenti.

Cap. 24.

Nostin', inquit, à iumentis fruges in area teri? Quidni? Nosti quoq; omnia quæ iumenta uocātur? boues, mulos, equos? Scis'ne hæc tantummodo uidisse te quū circum ducuntur, pedibus excutere frumentum? Quid aliud uidere possem? Quomodo protererent id quod opus est, atq; conculcabunt? à quo perficietur æquabiliter tritura? Non est dubium, inquam, quin ab ijs operis quæ in area uersantur. Vertentes enim, pedibusq; semper subijcientes ea quæ trita nō sunt, maximè quod erat difficile adæquabunt, ac quamprimū rem conficient. Tū ille, Hæc quidē mihi non sunt notiora quàm tibi. Deinceps igitur Ischomache frumentum uentilatione secernemus. Dic mihi Socrates, Nosti'ne si ex areæ parte quæ est obiecta uento, cœperis, per aream totam latum iri paleas? Necesse est, inquā. Necesse est igitur ut in frumentum cadant. Sanè. Longius est spacium, quàm quò paleæ sublimes ultra fruges in uacuum areæ locum ferri possint. Si quis o Socrates incipiat retectanea secernere ex eo loco unde flat uentus, quid? Nimirū aperium est Ischomache quin paleæ statim in suo receptaculo futuræ sint. Quum, inquit, altera parte iam secreta perueneris ad aream mediam, num cōtinuò sic diffusis granis reliquas paleas segregabis: an ubi quod purum est frumentum coacerauaeris in aceruum, ut perangusto capiatur loco? Vbi purum coacernarim, ut mihi transuolent paleæ in uacuum areæ locum, & ne semel ac iterum segregandæ sint. Tu quidem Socrates aliū docere posses qui breui à paleis separentur fruges. Hæc igitur, inquam, olim sciebam, sed oblitus eram. Cogito mecum, an et ego aurum fundere, tibias inflare, & pingere sciam, & me scire ignorem. Nam hæc me nemo docuit, ut nec agriculturam. Video autem homines ut agriculturam, sic & cæteras artes exercere. Ad hæc Ischomachus, Non ego tibi iamdudum dicebam eò maxime ingenuam esse agri colendi rationem, quòd facillime disci potest? Agedum Ischomache, noui. Equidem quū rationem sementis tenerē, id me scire oblitus erā. Agriculturæ'ne est stirpium satio? Est quidem certe. Qui fit igitur ut sementē sciam, stirpiū sationē nesciā? Nescis tu quidē inqt? Qui sciā, q nec in quo genere terræ serendū, nec quāta altitudine quātaue latitudine scrobes fodiēdæ, nec quāta lōgitudine surculus demittēdus, nec quomodo humi situs maximè crescet, intelligā? Perge, inqt, disce quæ nescis. Cuiusmodi scrobes fodiātur stirpib. uidisse te certò scio. Vidi pſæpe. Vidistin'

νομίζω ὀρθῶς ἂν ποιεῖν μεσοτομῶν, ἵνα μήτε οἱ ἀλοῶντες μοχθῶσι περιττὸν πόνον, μήτε οἱ λικμῶντες ὧν οὐδὲν προσδέονται. τὸ, τε ἐν τῇ γῇ λειφθὲν ἡγοῦμαι καὶ κατακαυθὲν, συνωφελεῖν ἂν τὴν γῆν, καὶ εἰς κόπρον ἐμβληθὲν, τὴν κόπρον συμπληθύνειν. ὁρᾷς, ἔφη, ὦ σώκρατες, ὡς ἁλίσκῃ ἐπ' αὐτοφώρῳ, καὶ περὶ θερισμοῦ, εἰδὼς ἅπερ ἐγώ; κινδυνεύω, ἔφην ἐγώ, καὶ βούλομαί γε σκέψασθαι, εἰ καὶ ἀλοᾶν ἐπίσταμαι. Οὐκοῦν, ἔφη, τοῦτο μὲν οἶσθα, ὅτι ὑποζύγια ἀλοῶσι τὸν σῖτον. τί δ' οὐκ, ἔφην ἐγώ, οἶδα, καὶ ὑποζύγιά τε πάντα καλούμενα ὁμοίως, βοῦς, ἡμιόνους, ἵππους. οὐκοῦν, ἔφη, ταῦτα μὲν ἡγῇ τοσοῦτον μόνον εἰδέναι πατεῖν τὸν σῖτον ἐλαυνόμενα; τί γὰρ ἂν ἄλλο, ἔφην ἐγώ, ὑποζύγια εἰδείη. ὅπως δὲ τὸ δεόμενον κόψουσι, καὶ ὁμαλιεῖται ὁ ἀλοητὸς, τίνι τοῦτο, ὦ σώκρατες; ἔφη. δῆλον ὅτι, ἔφην ἐγώ, τοῖς ἐπαλωσταῖς. στρέφοντες γὰρ καὶ ὑπὸ τοὺς πόδας ὑποβάλλοντες τὰ ἄτριπτα, ἀεὶ δηλονότι μάλιστα, ὁμαλίζοιεν ἂν τὸν δῖνον, καὶ τάχιστα ἀνύτοιεν. ταῦτα μὲν τοίνυν, ἔφη, οὐδὲν ἐμοῦ λείπῃ γιγνώσκων. οὐκοῦν, ἔφην ἐγώ, ὦ ἰσχόμαχε, ἐκ τούτου δὴ καθαροῦμεν τὸν σῖτον λικμῶντες. καὶ λέξον γέ μοι, ὦ σώκρατες, ἔφη ὁ ἰσχόμαχος, ἦ οἶσθα ὅτι ἢν ἐκ τοῦ προσηνέμου μέρους τῆς ἅλω ἄρχῃ, δι' ὅλης τῆς ἅλω οἴσεταί σοι τὰ ἄχυρα. ἀνάγκη γὰρ, ἔφην ἐγώ. οὐκοῦν εἰκὸς καὶ ἐπιπίπτειν, ἔφη, αὐτὰ ἐπὶ τὸν σῖτον. πολὺ γάρ ἐστιν, ἔφην ἐγώ, τὸ ὑπερενεχθῆναι τὰ ἄχυρα ὑπὲρ τὸν σῖτον, εἰς τὸ κενὸν τῆς ἅλω. ἢν δέ τις, ἔφη, λικμᾷ ἐκ τοῦ ὑπηνέμου ἀρχόμενος; δῆλον, ἔφην ἐγώ, ὅτι εὐθὺς ἐν τῇ ἀχυροδόκῃ ἔσται τὰ ἄχυρα. ἐπειδὰν δὲ καθάρῃς, ἔφη, τὸν σῖτον μέχρι τοῦ ἡμίσεος τῆς ἅλω, πότερον εὐθὺς οὕτω κεχυμένου τοῦ σίτου λικμήσεις τὰ ἄχυρα τὰ λοιπά; ἢ συνώσας τὸν καθαρὸν πρὸς τὸν πόλον ὡς εἰς στενώτατον συνώσας; νὴ δί', ἔφην ἐγώ, τὸν καθαρὸν σῖτον, ἵν' ὑπερφέρηταί μοι τὰ ἄχυρα, εἰς τὸ κενὸν τῆς ἅλω, καὶ μὴ δὶς ταὐτὰ ἄχυρα δέῃ λικμᾶν. σὺ μὲν δὴ ἄρα, ἔφη, ὦ σώκρατες, σῖτόν γε ὡς ἂν τάχιστα καθαρὸς γένοιτο, κἂν ἄλλον δύναιο διδάσκειν. ταῦτα τοίνυν, ἔφην ἐγώ, ἐλελήθειν ἐμαυτὸν ἐπιστάμενος καὶ πάλαι. ἐννοῶ ἄρα, εἰ λέληθα, καὶ χρυσοχοεῖν καὶ αὐλεῖν καὶ ζωγραφεῖν ἐπιστάμενος. ἐδίδαξε γὰρ οὔτε ταῦτά με οὐδεὶς οὔτε γεωργεῖν. ὁρῶ δ' ὥσπερ γεωργοῦντας, καὶ τὰς ἄλλας τέχνας ἐργαζομένους ἀνθρώπους. οὐκοῦν, ἔφη ὁ ἰσχόμαχος, ἔλεγον ἐγώ σοι πάλαι, ὅτι καὶ ταύτῃ εἴη γενναιοτάτη ἡ γεωργικὴ τέχνη, ὅτι καὶ ῥᾴστη ἐστὶ μαθεῖν; ἄγε δὴ, ἔφην ἐγώ, οἶδα ἰσχόμαχε. τὰ μὲν δὴ ἀμφὶ σπόρον ἐπιστάμενος ἄρα, ἐλελήθειν ἐμαυτὸν ἐπιστάμενος. ἔστιν οὖν, ἔφην ἐγώ, τῆς γεωργικῆς τέχνης καὶ ἡ τῶν δένδρων φυτεία; ἔστι γὰρ οὖν, ἔφη ὁ ἰσχόμαχος. πῶς ἂν οὖν, ἔφην ἐγώ, τὰ μὲν ἀμφὶ τὸν σπόρον ἐπισταίμην, τὰ δ' ἀμφὶ τὴν φυτείαν οὐκ ἐπίσταμαι; οὐ γὰρ σὺ, ἔφη ὁ ἰσχόμαχος, ἐπίστασαι; πῶς, ἐγὼ ἔφην, ὅστις μήτ' ἐν ὁποίᾳ τῇ γῇ φυτεύειν δεῖ οἶδα, μήτε ὁπόσον βάθος ὀρύττειν τῷ φυτῷ, μήτε ὁπόσον πλάτος, μήτε ὁπόσον μῆκος τὸ φυτὸν ἐμβάλλειν, μήτε ὅπως ἂν ἐν τῇ γῇ κείμενον τὸ φυτὸν, μάλιστ' ἂν βλαστάνοι. ἴθι δὴ, ἔφη ὁ ἰσχόμαχος, μάνθανε, ὅ, τι μὴ ἐπίστασαι. βοθύνους μὲν γὰρ οἵους ὀρύττουσι τοῖς φυτοῖς, οἶδ' ὅτι ἑώρακας; ἔφη. καὶ πολλάκις, ἔγωγε ἔφην. ἤδη τινὰ οὖν αὐτῶν εἶδες

ἢ ἔτι βαθύτερον τριπόδου; οὐδὲ μὰ Δί', ἔγωγ' ἔφην,
πέρα ἡμιτριποδίου. τί δὲ τὸ πλάτος; ἤδη τινὰ τριπό-
δου πλέον εἶδες; οὐδὲ μὰ Δί', ἔφην ἐγώ, διπόδου. ἴθι
δή, ἔφη, καὶ τόδε ἀπόκριναί μοι. ἤδη τινὰ εἶδες τὸ βά-
θος ἐλάττονα ποδιαίου; οὐδὲ μὰ Δί', ἔφην ἔγωγε, τρι-
ημιποδίου. καὶ γὰρ ἐξορύττοιτο ἂν σκαπτόμενα, ἔφην
ἐγώ, τὰ φυτά, εἰ λίαν γε οὕτως ἐπιπολῆς πεφυτευμέ-
να εἴη. οὐκοῦν τοῦτο μέν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἱκανῶς οἶσθα
ὅτι οὔτε βαθύτερον πενθημιποδίου ὀρύττουσιν, οὔτε
βραχύτερον τριημιποδίου. ἀνάγκη γάρ, ἔφην, τοῦτο ὁ-
ρᾶσθαι καταφανὲς ὄν. τί δέ, ἔφη, ξηροτέραν καὶ ὑγροτέ-
ραν γῆν γιγνώσκεις ὁρῶν; ξηρὰ μὲν γοῦν μοι δοκεῖ, ἔ-
φην ἐγώ, εἶν, ἡ περὶ τὸν Λυκαβηττὸν καὶ ἡ ταύτῃ ὁμοία.
ὑγρὰ δὲ ἡ ἐν τῷ Φαληρικῷ ἕλει, καὶ ἡ ταύτῃ ὁμοία. πό-
τερα οὖν, ἔφη, ἐν τῇ ξηρᾷ ἂν βαθὺ ὀρύσσεις βόθρον τῷ
φυτῷ, ἢ ἐν τῇ ὑγρᾷ; ἐν τῇ ξηρᾷ νὴ Δί', ἔφην ἐγώ. ἐπεὶ ἔν
γε ὑγρᾷ ὀρύττων βαθύ, ὕδωρ ἂν εὑρίσκοις, καὶ οὐκ ἂν
δύναιο ἔτι ἐν ὕδατι φυτεύειν. καλῶς μοι δοκεῖς, ἔφη,
λέγειν. οὐκοῦν ἐπειδὰν ὀρωρυγμένοι ὦσιν οἱ βόθροι, ὁ-
πηνίκα δεῖ τιθέναι ἑκάτερα τὰ φυτά, ἤδη εἶδες; μά-
λιστα, ἔφην ἐγώ. σὺ οὖν βουλόμενος ὡς τάχιστα φῦναι αὐ-
τά, πότερον ὑποβαλὼν ἂν τῆς γῆς τῆς εἰργασμένης, οἴει
τὸν βλαστὸν τοῦ κλήματος θᾶττον χωρεῖν διὰ τῆς μαλα-
κῆς ἢ διὰ τῆς ἀργοῦ, εἰς τὸ σκληρόν; δῆλον, ἔφην ἐγώ,
ὅτι διὰ τῆς εἰργασμένης θᾶττον ἂν, ἢ διὰ τῆς ἀργοῦ βλα-
στάνοι. οὐκοῦν ὑποβλητέα ἂν εἴη τῷ φυτῷ γῆ; τί δ' οὐ
μέλλει, ἔφην, ἐγώ. πότερα δὲ ὅλον τὸ κλῆμα ὀρθὸν τιθεὶς
πρὸς τὸν οὐρανὸν βλέπον ἡγῇ μᾶλλον ἂν ῥιζοῦσθαι αὐ-
τό, ἢ καὶ πλάγιόν τι ὑπὸ τῇ ὑποβεβλημένῃ θείης ἄν,
ὥστε κεῖσθαι ὥσπερ γάμμα ὕπτιον; οὕτω νὴ Δία. πλέονες
γὰρ ἂν οἱ ὀφθαλμοὶ κατὰ γῆς εἶεν. ἐκ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν,
καὶ ἄνω ὁρῶ βλαστάνοντα τὰ φυτά, καὶ τοὺς κατὰ τῆς γῆς
οὖν ὀφθαλμοὺς ἡγοῦμαι τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν, πολλῶν
γε φυομένων βλαστῶν τῆς γῆς, ταχὺ ἂν καὶ ἰσχυρὸν τὸ
φυτὸν ἡγοῦμαι βλαστάνειν. κατὰ ταῦτα τοίνυν ἔφη καὶ
περὶ τούτων γιγνώσκων ἐμοὶ τυγχάνεις. ἐπαμήσαιο δ'
ἂν μόνον, ἔφη, τὴν γῆν, ἢ καὶ σάξαις ἂν εὖ μάλα περὶ
τὸ φυτόν; σάττοιμ' ἄν, ἔφη, νὴ Δί', ἐγώ. εἰ μὲν γὰρ μὴ σε-
σαγμένον εἴη, ὑπὸ μὲν τοῦ ὕδατος, εὖ οἶδ', ὅτι πηλὸς
ἂν γίγνοιτο ἡ ἄσακτος γῆ, ὑπὸ δὲ τοῦ ἡλίου ξηρὰ μέχρι
βυθοῦ. ὥστε τὰ φυτὰ κίνδυνος ὑπὸ μὲν τοῦ ὕδατος
σήπεσθαι μὲν δι' ὑγρότητα, αὐαίνεσθαι δὲ διὰ ξηρότη-
τα, ἢ ἴσως χαυνότητα τῆς γῆς θερμαινομένων τῶν ῥιζῶν.

Καὶ περὶ ἀμπέλων ἄρα σύ γε, ἔφη, φυτείας, ὦ Σώκρα-
τες, τὰ αὐτὰ ἐμοὶ πάντα γιγνώσκων τυγχάνεις; ἢ καὶ
συκῆν, ἔφην ἐγώ, οὕτω δεῖ φυτεύειν; οἶμαι δ', ἔφη ὁ Ἰσχό-
μαχος, καὶ τἆλλα ἀκρόδρυα πάντα. τῶν γὰρ ἐν τῇ τῆς ἀμ-
πέλου φυτείᾳ καλῶς ἐχόντων, τί ἂν ἀποδοκιμάσαις εἰς
τὰς ἄλλας φυτείας. ἐλαίαν δὲ πῶς, ἔφην ἐγώ, φυτεύσο-
μεν, ὦ Ἰσχόμαχε; ἀποπειρᾷ μου καὶ τοῦτο, ἔφη, μάλιστα πάν-
των ἐπιστάμενος. ὁρᾷς μὲν γὰρ ἂν ὅτι βαθύτερος ὀρύσσε-
ται τῇ ἐλαίᾳ βόθρος. καὶ γὰρ παρὰ τὰς ὁδοὺς μάλιστα ὀρύσσε-
ται. ὁρᾷς δ' ὅτι πρέμνα πᾶσι τοῖς φυτευτηρίοις πρόσε-
στιν. ὁρᾷς δ', ἔφη, τῶν φυτῶν πηλὸν ταῖς κεφαλαῖς πάσαις
ἐπικείμενον, καὶ πάντων τῶν φυτῶν ἐστεγασμένον τὸ ἄνω; ὁ-
ρῶ, ἔφην ἐγώ, ταῦτα πάντα. καὶ ὁρῶν δή, ἔφη, τί αὐτῶν
οὐ

distin' altiorem tripedali? Non equidem se-
misse super altitudinem bipedaneam. Quid? Vi-
disti ne latiorem tripedaneo? Non certè bipe-
daneo. Perge, inquit, & hoc responde mihi,
Nostin' ullum bipedaneo minus profundum?
Non sesquipedali. Nam stirpes in scrobem de-
missæ effoderentur, si ad terræ superficiem
propius accederent. Hoc igitur Socrates abun-
dè nosti, rusticos fodere scrobem nec duobus
pedibus & semisse altiorem, nec sesquipede
breuiorem. hoc adeò perspicuum est, ut uideri
sit necesse. Quid uerò? quum terram uides, sic-
ciorem internoscis, & humidiorem? Mihi qui-
dem sicca uidetur esse in Attico monte Lycabe-
to, & quæcunque similis est huius: humida ue-
rò in lacu Phalerico, & cæteræ generis eius-
dem. Altiorem'ne scrobem foderes in sicca,
quàm in humida? Foderem, nempe quòd in hu-
mida altè fodiens, aquam reperires, nec in ea
iam serere posses. Præclarè tu quidem. Quum
fuerint scrobes fossi, nosti iam quando stir-
pis utrunque genus demittendum sit? Maxi-
mè. Si uelis celeriter produci, putás ne ter-
ra culta summissum stirpis cauliculum ma-
turius exire per humum subactam atque mol-
lem, quàm per incultam, & duritie concre-
tam? Perspicuum, inquam, celerius excre-
scere per subactam, quàm per immotam. Sub-
sterni debet igitur semini terra. Quidni de-
bet? An stirpem totam recta linea cœlum uer-
sus erectam, putas facilius latiusq; diffunde-
re radices, quàm si terra substrata deponas
obliquam, ut quemadmodum gamma sic ia-
ceat supina? Sic profectò, propterea quòd in
terra plures erunt oculi: ex oculis autem su-
pra terram uideo surculos emanare, unde
coniecturam duco sic in terra fieri. Quum
uerò multæ nascuntur humi radices, stirpem
ualidam breui crescere puto. His de rebus igi-
tur idem quod ego, nosti Socrates. Sed age,
terram'ne solùm iniicies, an circum stirpem
pressè conculcabis humum? Conculcabo. Nam
si pressa non esset, non est dubium quin ab aqua
pluuia cœnum fieret, à sole uerò ad imum fun-
ditus siccaretur. Esset igitur periculum ab im-
bri, ne humore putresceret: à sole, ne siccitate
siue hiatu terræ calentibus radicibus aresce-
ret. De uitium satione ô Socrates idem omni-
no tenes quod ego? An, inquam, sic & seren-
da ficus? Et omnes arborei fructus, inquit
Ischomachus. Nam qui uitem præclare se-
rere nouit, quî in aliarum stirpium satione
reprehendetur? Oleam uero Ischomache quî
seremus? Fac, inquit, periculum mecum, id
ne omnium maxime scias. Vides altiorem
oleæ scrobem fodi. etenim iuxta uias potissi-
mum foditur. Videsque in omnibus semina-
rijs surculos siue taleas esse. Vides quoque
lutum omnibus surculorum capitibus im-
positum, & omnium summum caput conte-
ctum. Hæc omnia uideo. Videns autem quid

Cap. 19.

ignoras? an quomodo testam summo luto imponas? Non sane. Eorum quæ narrasti, nihil ignoro: sed animo repeto, cur quum alteram mihi proponeres uniuersam quæstionem, sciremne serere, negauerim. Videbar equidem nihil de ratione serendi explicare posse. ut aggressus es de singulis inquisitionem, tibi, ut ais, respondeo perinde quasi teneam quæ tu, quem peritum ferunt agricolam. Nonne interrogatio doctrina est Ischomache? dudum enim disco, quoniam me singula rogasti. Nam quum me duceres per ea quæ noui, similiaque demonstrares quæ scire me non existimabam, adductus sum ut hæc me scire crederem. An igitur, inquit Ischomachus, si te de argento, bonū necne esset, interrogarem, persuadere possem scire te argentum probare, et discernere uerū ac purum ab adulterino? An item de arte tibiarum, de pictura, de rebus generis eiusmodi? Fortasse, inquam: quandoquidem eò duxisti, ut crederem me agrum colere posse, quanquam scio neminem unquā mihi hanc artem tradidisse. Hæc non ita sunt, ô Socrates. At ego iamdudum tibi dicebam, hominibus sic amicam, sic familiarem esse agriculturam, ut qui uidēt & audiunt, illius statim scientiam concipiant. Multa docet ipsa, ut optimè liceat rebus ipsius uti. Vitis quū ad arbores attollitur, statim docet se erigi uelle si proxima sit arbos. Quum diffundit pampinos, ostendit, racemos, quo tempore teneri sunt ac molles, & adurūtur à sole, umbra cōtegendos. Quum tempus est uuas ab sole iam dulcescere, folijs defluentibus indicat pampinos esse detrahendos, et uuam maturitate excoquendā. Quū propter fertilitatem racemos alios coctos atque maturos ostendit, alios crudiores fert, coctos percipi iubet, ut ficus: semper id umbra tegunt quod turget.

Cap. 26. Hic ego, Si tam facilè discuntur res rusticæ, & quæ faciūda sint, iuxtà sciūt omnes, qui fit ut non omnes similiter agant, sed alij affatim uiuant, & bonorum copijs redundent: alij sibi necessaria suppeditare non possunt, sed insuper alijs debeant: Equidem tibi dicam, Socrates: Nec scientia nec inscitia agricolarum causa est cur alij diuites, alij sint pauperes: nec audies ita famam circunferri, domū esse dißipatam, quod sator nō æquabiliter semē sparserit, nec quòd prauè stirpes seuerit, nec quòd ignorās quæ terra uitē ferret, in agro sterili seuerit, nec quòd nō intellexerit utile sementi noualem agrum subigere, nec quòd non uiderit esse bonum, stercus agro miscere: sed multò sæpius audire licet, Vir ex agro non percipit frumentum: non enim dat operā ut sibi seratur, aut ut stercoretur ager. Nec uinum habet, quia non est ei curæ uitium satio, ut nouas serat, ut iam satæ ferant. Nec oleum nec ficus sunt illi, propterea quòd diligentiam non adhibet nec laborat ut hæc legat. Hæc & similia sunt quibus differentes inter se agricolæ, & facultatibus differunt, multò magis quàm qui uidentur prudens

οὐ γιγνώσκεις; ἢ τὸ ὄστρακον ἀγνοεῖς, ἔφη, ὦ σώκρατες, πῶς ἂν ἐπὶ τοῦ πηλοῦ ἄνω καταθείης; μὰ τὸν δί', ἔφην ἐγώ, οὐδὲν ὧν εἶπας, ὦ ἰσχόμαχε, ἀγνοῶ. ἀλλὰ πάλιν ἐννοῶ τί ποτε ὅτε πάλαι ἤρου με συλλήβδην εἰ ἐπίσταμαι φυτεύειν, οὐκ ἔφην. οὐ γὰρ ἐδόκουν ἔχειν ἂν εἰπεῖν, οὐδὲν ᾗ δεῖ φυτεύειν. ἐπεὶ δέ με καθ' ἓν ἕκαστον ἐπεχείρησας ἐρωτᾶν, ἀποκρίνομαί σοι ὡς σὺ φῄς, ἅπερ ἂν γιγνώσκεις ὁ δεινὸς λεγόμενος γεωργός. ἆρα, ἔφην, ὦ ἰσχόμαχε, ἡ ἐρώτησις διδασκαλία ἐστίν; ἄρτι γὰρ δή, ἔφην ἐγώ, καταμανθάνω ᾗ με ἐπηρώτησας ἕκαστα. ἄγων γάρ με δι' ὧν ἐγὼ ἐπίσταμαι, ὅμοια τούτοις ἐπιδεικνὺς, ἃ οὐκ ἐνόμιζον ἐπίστασθαι, ἀναπείθεις οἶμαι ὡς καὶ ταῦτα ἐπίσταμαι. ἆρ' οὖν, ἔφη ὁ ἰσχόμαχος, καὶ περὶ ἀργυρίου ἐρωτῶν ἄν σε, πότερον καλὸν ἢ οὔ, δυναίμην ἄν σε πεῖσαι, ὡς ἐπίστασαι διαδοκιμάζειν τὰ καλὰ καὶ τὰ κίβδηλα ἀργύρια; καὶ περὶ αὐλητῶν μὴ δυναίμην ἀναπεῖσαι ὡς ἐπίστασαι αὐλεῖν, καὶ περὶ ζωγράφων καὶ τῶν ἄλλων τοιούτων; ἴσως ἄν, ἔφην ἐγώ. ἐπειδὴ καὶ γεωργεῖν ἀνέπεισάς με ὡς ἐπιστήμων εἴην, καίπερ εἰδότα, ὅτι οὐδεὶς πώποτέ με ἐδίδαξε ταύτην τὴν τέχνην. οὐκ ἔστι ταῦτ', ἔφη, ὦ σώκρατες. ἀλλ' ἐγὼ καὶ πάλαι σοι ἔλεγον, ὅτι ἡ γεωργία οὕτω φιλάνθρωπός ἐστι καὶ πραεῖα τέχνη, ὥστε καὶ ὁρῶντας καὶ ἀκούοντας, ἐπιστήμονας εὐθὺς ἑαυτῆς ποιεῖν. πολλὰ δ', ἔφη, καὶ αὐτὴ διδάσκει, ὡς ἂν κάλλιστά τις αὐτῇ χρῷτο. αὐτίκα ἄμπελος ἀναβαίνουσα μὲν τὰ δένδρα, ὅταν ἔχῃ πλησίον δένδρον, διδάσκει ἱστάναι αὐτήν. περιπεταννύουσα δὲ τὰ οἴναρα, ὅταν ἔτι αὐτῇ ἁπαλοὶ οἱ βότρυες ὦσι, διδάσκει σκιάζειν, τὰ ἡλιούμενα ταύτην τὴν ὥραν. ὅταν δὲ καιρὸς ᾖ ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἤδη γλυκαίνεσθαι τὰς σταφυλάς, φυλλοῤῥοοῦσα, διδάσκει ἑαυτὴν ψιλοῦν, καὶ πεπαίνειν τὴν ὀπώραν. καὶ τοὺς μὲν πέπονας δεικνύουσα βότρυς. τοὺς δ' ἔτι ὠμοτέρους φέρουσα, διδάσκει τρυγᾶν ἑαυτήν, ὥσπερ τὰ σῦκα σκιάζουσι τὸ ὀργῶν ἀεί. Ἐνταῦθα δὴ ἐγὼ εἶπον· πῶς οὖν, ὦ ἰσχόμαχε, εἰ οὕτω γε ῥᾴδιά ἐστι μαθεῖν τὰ περὶ τὴν γεωργίαν, καὶ πάντες ὁμοίως ἴσασιν ἃ δεῖ ποιεῖν, οὐχὶ καὶ πάντες πράττουσιν ὁμοίως; ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν ἀφθόνως τε ζῶσι καὶ περιουσίαν ἔχουσιν, οἱ δ' οὐδὲ τὰ ἀναγκαῖα δύνανται πορίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ προσοφείλουσιν. ἐγὼ δή σοι λέξω, ὦ σώκρατες, ἔφη ὁ ἰσχόμαχος. οὐ γὰρ ἡ ἐπιστήμη οὐδ' ἡ ἀνεπιστημοσύνη τῶν γεωργῶν ἐστιν, ἡ ποιοῦσα τοὺς μὲν εὐπορεῖν, τοὺς δὲ ἀπόρους εἶναι. οὐδ' ἂν ἀκούσαις, ἔφη, λόγου οὕτω διαθέοντος, ὅτι διέφθαρται ὁ οἶκος, διότι οὐχ ὁμαλῶς ὁ σπορεὺς ἔσπειρεν. οὐδ' ὅτι οὐκ ὀρθῶς τοὺς ὄρχους ἐφύτευσεν. οὐδ' ὅτι ἀγνοήσας τις τὴν γῆν φέρουσαν ἀμπέλους ἐν ἀφόρῳ ἐφύτευσεν. οὐδ' ὅτι ἠγνόησέ τις ὅτι ἀγαθόν ἐστι τῷ σπόρῳ νέον προεργάζεσθαι. οὐδ' ὅτι ἠγνόησέ τις ὡς ἀγαθόν ἐστι τῇ γῇ κόπρον μιγνύναι. ἀλλὰ πολὺ μᾶλλόν ἐστιν ἀκοῦσαι, ἀνὴρ οὐ λαμβάνει σῖτον ἐκ τοῦ ἀγροῦ. οὐ γὰρ ἐπιμελεῖται ὡς αὐτῷ σπείρηται, ἢ ὡς κόπρος γίγνηται. οὐδ' οἶνον ἔχει ἀνήρ. οὐ γὰρ ἐπιμελεῖται ὡς φυτεύσῃ ἀμπέλους. οὐδ' αἱ οὖσαι ὅπως φέρωσιν αὐτῷ. οὐδὲ ἔλαιον, οὐδὲ σῦκα ἔχει ἀνήρ. οὐκ ἐπιμελεῖται, οὐδὲ ποιεῖ ὅπως ταῦτα ἔχῃ. τοιαῦτ', ἔφη, ἐστίν, ὦ σώκρατες, ἃ διαφερόντων ἀλλήλων οἱ γεωργοὶ, διαφερόντως καὶ πράττουσιν, πολὺ μᾶλλον, ἢ οἱ δοκοῦντες σοφὸν

φόν τι εὑρηκέναι εἰς τὰ ἔργα. καὶ οἱ στρατηγοὶ ἔστιν ἐν οἷς τῶν στρατηγικῶν ἔργων, οὐ γνώμῃ διαφέροντες ἀλλήλων, οἱ μὲν βελτίονες, οἱ δὲ χείρονές εἰσιν, ἀλλὰ σαφῶς ἐπιμελείᾳ. ἃ γὰρ καὶ οἱ στρατηγοὶ γιγνώσκουσι πάντες, καὶ τῶν ἰδιωτῶν οἱ πλεῖστοι, ταῦτα οἱ μὲν ποιοῦσι τῶν ἀρχόντων, οἱ δ᾽ οὔ. οἷον καὶ τόδε γιγνώσκουσιν ἅπαντες, ὅτι διὰ πολεμίας πορευομένους, βέλτιόν ἐστι τεταγμένους πορεύεσθαι, οὕτως ὡς ἂν ἄριστα μάχοιντο, εἰ δέοι. τοῦτο τοίνυν γιγνώσκοντες, οἱ μὲν ποιοῦσιν οὕτως, οἱ δ᾽ οὐ ποιοῦσι. φυλακὰς ἅπαντες ἴσασιν ὅτι βέλτιόν ἐστι καθιστάναι καὶ ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς πρὸ τοῦ στρατοπέδου. ἀλλὰ καὶ τούτου οἱ μὲν ἐπιμελοῦνται ὡς ἔχῃ οὕτως, οἱ δ᾽ οὐκ ἐπιμελοῦνται. ὅταν τε αὖ διὰ στενοπόρων ἴωσιν, οὐ πάνυ χαλεπὸν εὑρεῖν, ὅστις οὐ γιγνώσκει ὅτι προκαταλαμβάνειν τὰ ἐπίκαιρα κρεῖσσον ἢ μή. ἀλλὰ καὶ τούτου οἱ μὲν ἐπιμελοῦνται οὕτω ποιεῖν, οἱ δ᾽ οὔ. ἀλλὰ καὶ κόπρον λέγουσι μὲν πάντες, ὅτι ἄριστον εἰς γεωργίαν ἐστί, καὶ ὁρῶσι δὲ αὐτομάτην γιγνομένην. ὅμως δὲ καὶ ἀκριβοῦντες ὡς γίγνεται, καὶ ῥᾴδιον ὂν πολλὴν ποιεῖν, οἱ μὲν καὶ τούτου ἐπιμελοῦνται, ὅπως ἀθροίζηται, οἱ δὲ παραμελοῦσι. καίτοι ὕδωρ μὲν ὁ ἄνω θεὸς παρέχει, τὰ δὲ κοῖλα πάντα, τέλματα γίγνεται. ἡ γῆ δὲ ὕλην παντοίαν παρέχει. καθαίρειν δὲ δεῖ τὴν γῆν, τὸν μέλλοντα σπείρειν. ἃ δ᾽ ἐκποδὼν ἀναιρεῖται, ταῦτα εἴ τις ἐμβάλλοι εἰς τὸ ὕδωρ, ὁ χρόνος ἤδη αὐτὸς ἂν ποιοίη, οἷς ἡ γῆ ἥδεται. ποία μὲν γὰρ ὕλη, ποία δὲ γῆ ἐν ὕδατι στασίμῳ οὐ κόπρος γίγνεται; καὶ ὁπόσα δὲ θεραπείας δεῖται ἡ γῆ, ὑγροτέρα τε οὖσα πρὸς τὸν σπόρον, ἢ ἁλμωδεστέρα πρὸς φυτείαν, καὶ ταῦτα γιγνώσκουσι μὲν πάντες, καὶ ὡς τὸ ὕδωρ ἐξάγεται τάφροις, καὶ ὡς ἡ ἅλμη κολάζεται, μιγνυμένη πᾶσι τοῖς ἀνάλμοις τε καὶ ὑγροῖς καὶ ξηροῖς. ἀλλὰ καὶ τούτων ἐπιμελοῦνται οἱ μέν, οἱ δ᾽ οὔ. εἰ δέ τις παντάπασιν ἀγνὼς εἴη, τί δύναται φέρειν ἡ γῆ, καὶ μήτε ἰδεῖν ἔχοι καρπὸν μηδὲ φυτὸν αὐτῆς, μήτε ὅτου ἀκοῦσαι τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῆς ἔχοι, οὐ πολὺ μὲν ῥᾷον γῆς πεῖραν λαμβάνειν παντὶ ἀνθρώπῳ ἢ ἵππου; πολὺ δὲ ῥᾷον ἢ ἀνθρώπου. οὐ γὰρ ἔστιν ὅ τι ἐπὶ ἀπάτῃ δείκνυσιν, ἀλλ᾽ ἁπλῶς ἅ τε δύναται καὶ ἃ μή, σαφηνίζει τε καὶ ἀληθεύει. δοκεῖ δέ μοι ἡ γῆ καὶ τοὺς κακούς τε κἀγαθοὺς τῷ εὔγνωστα καὶ εὐμαθῆ πάντα παρέχειν, ἄριστα ἐξετάζειν. οὐ γὰρ ὥσπερ τὰς ἄλλας τέχνας τοῖς μὴ ἐργαζομένοις ἔστι προφασίζεσθαι, ὅτι οὐκ ἐπίστανται. γῆν δὲ πάντες οἴδασιν, ὅτι εὖ πάσχουσα, εὖ ποιεῖ. ἀλλ᾽ ἡ ἐν γεωργίᾳ ἐστὶ σαφὴς ψυχῆς κατήγορος κακῆς. ὡς μὲν γὰρ ἂν δύναιτο ἄνθρωπος ζῆν ἄνευ τῶν ἐπιτηδείων, οὐδεὶς τοῦτο αὐτὸς αὑτὸν πείθει. ὁ δὲ μήτε ἄλλην τέχνην χρηματοποιὸν ἐπιστάμενος, μήτε γεωργεῖν ἐθέλων, φανερὸν ὅτι κλέπτων ἢ ἁρπάζων ἢ προσαιτῶν διανοεῖται βιοτεύειν, ἢ παντάπασιν ἀλόγιστός ἐστι. μέγα δ᾽ ἔφη διαφέρειν εἰς τὸ λυσιτελεῖν γεωργίαν καὶ μὴ λυσιτελεῖν, ὅταν ὄντων ἐργαστήρων καὶ πλειόνων, ὁ μὲν ἔχῃ τινὰ ἐπιμέλειαν, ὡς τὴν ὥραν οἱ ἐν τῷ ἔργῳ ἐργάται ὦσιν, ὁ δὲ μὴ ἐπιμελῆται τούτου. ῥᾳδίως γὰρ ἀνὴρ εἷς τοῖς δέκα διαφέρει, τῷ ἐν ὥρᾳ ἐργάζεσθαι, καὶ ἄλλος γε ἀνὴρ διαφέρει, τῷ πρὸ τῆς ὥρας ἀπιέναι. τὸ δὲ δὴ ἐᾶν ῥᾳδιουργεῖν δι᾽ ὅλης τῆς

ἡμέρας

dens quiddam ad opera inuenisse. Sic & belli duces, quorum interest ea curare quæ sunt sui muneris, non in eo inter sese differunt, quod alij alijs sententia sint meliores, uel deteriores, sed cura & diligentia. Nam quæ duces omnes, permultiq; priuati sciunt, ea nonnulli faciunt imperatores, alij negligunt: ut nullus est qui non intelligat, quum per hostium fines iter faciundum est, tutius esse milites instructos ordine procedere, quòd hoc modo, si opus sit optime dimicare possunt: sed alij agmen compositum ducunt, alij incompositum. Omnes optimum esse norunt, ante castra & diurnas & nocturnas custodias stationesque collocare: uerùm ut id fiat, dant operam quidam, alij nullam. Quòd si per angustias uiarum ducatur exercitus, nónne difficile est reperire qui nesciat esse commodius occupare locorum oportunitates? At uerò sunt qui diligenter occupant, sunt qui non occupant. Quinetiam dictitant omnes agriculturam stercore maximè iuuari: uident nullo negocio fieri, attamen cum planè sciant quomodo fiat, cumque facile sit multum conficere, alij congregandum curant, alij non item. Atqui Deus sublimis aquam præbet. Loci caui cœno limoque complentur. Terra uarium materiæ genus suppeditat. Cui serendum est, is humum purgare debet. Quæ uerruntur è medio, si in aquam deijciat, iam tempus ipsum conuertet in ea quibus lætificatur ac pinguescit ager. Quæ materia, quæ terra in aqua stante non erit pro fimo? Quotaqueque medicaminis indiget terra, si humidior sementi, siccior salsiorque serendis arboribus accommodetur? Nullus est qui hæc nesciat, & ut educatur aqua fossis, ut terra salsa corrigatur, dum miscetur omnibus dulcibus, humidis, siccis. Sed istæ curæ sunt alijs, alijs uerò nequaquam. Quod si quis ignoret omnino quid possit ferre tellus, nec sciat eius fructum nec stirpes cognoscere, nec ab aliquo ueritatem audire queat, nónne multò facilius tamen illi & omnibus ingenium terræ, quam equi uel hominis experiri. Nihil enim subdole & falso præ se fert, sed quæ potest, & quæ non, aperte uereque demonstrat. Illa, quòd omnia cognitu captuque facilia præbet, & bonos & malos patefacere optimè mihi uidetur. Non est enim quod se nescire causentur, ut qui cæteras artes non exercent. Nullus ignorat, illam, si quid acceperit beneficij, referre gratiam. Illa'ne malæ mentis accusationem intendere manifestò uidetur? Hominem sine rebus necessarijs uiuere posse, nemo sibi ipse persuadet. Qui nec aliam nouit artem unde quæstum facere possit, nec arare terram uult, & agris operam dare, non dubium est quin aut furto, aut rapina, aut opera mendica uiuat, aut nulla ratione ducatur. Magni referre dicebat, an utilitatis fructum agricultura præberet, an nullum. Nam quum plures sunt operæ, alius curat ut in opere sint operarij, quum uocat & retinet hora. Hoc alius non facit. Facilè uir unus decem uincit, qui tempus laboris explet. alius ab eo distat, qui discedit ante tēpus. Permittere uerò ut totum

diem

ἀργυρίου, οὐκ εἰκῇ αὐτὸν ὅπου ἂν τύχωσιν ἀπέβαλον,
ἀλλ' ὅπου ἂν ἀκούσωσι τιμᾶσθαί τε μάλιστα τὸν σῖτον,
καὶ περὶ πλείστου αὐτὸν ποιῶνται οἱ ἄνθρωποι, τούτοις
αὐτὸν ἄγοντες παραδιδόασι. καὶ ὁ σὸς δὲ πατὴρ, οὕτω
πως ἔοικε φιλογεωργὸς εἶναι. πρὸς ταῦτα δὲ εἶπεν ὁ Ἰσχό-
μαχος· σὺ μὲν παίζεις, ἔφη, ὦ Σώκρατες. ἐγὼ δὲ καὶ
φιλοικοδόμους νομίζω οὐδὲν ἧττον, οἵτινες ἂν ἀποδι-
δῶνται ἐξοικοδομοῦντες τὰς οἰκίας, εἶτ' ἄλλας οἰκο-
δομῶσι. νὴ Δία ἐγὼ δέ γε σοί ἔφην, ὦ Ἰσχόμαχε, ἐπομό-
σας λέγω, ἦ μὴν πιστεύειν σοι φύσει νομίζειν φιλεῖν ταῦ-
τα πάντα, ἐφ' ὧν ἂν ὠφελεῖσθαι νομίζωσιν. ἀτὰρ ἐννοῶ
γε, ἔφην, ὦ Ἰσχόμαχε, ὡς εὖ τῇ ὑποθέσει ὅλον τὸν λόγον
βοηθοῦντα παρέσχησαι. ὑπέθου γὰρ τὴν γεωργικὴν τέχ-
νην πασῶν εἶναι εὐμαθεστάτην. καὶ νῦν ἐγὼ ἐκ πάντων
ὧν εἴρηκας, τοῦτο οὕτως ἔχειν παντάπασιν ὑπὸ σοῦ ἀνα-
πέπεισμαι. νὴ Δί', ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος· ἀλλὰ τὸ δέ τοι, ὦ
Σώκρατες, τὸ πάσαις κοιναῖς ταῖς πράξεσι, καὶ γεωρ-
γικῇ καὶ πολιτικῇ, καὶ οἰκονομικῇ, καὶ πολεμικῇ, τὸ
ἀρχικὸν εἶναι. τοῦτο δὴ συνομολογῶ σοι ἐγὼ, πολὺ διαφέ-
ρειν γνώμῃ τοὺς ἑτέρους τῶν ἑτέρων. οἷον καὶ ἐν τριήρει,
ἔφη. ὅταν πελαγίζωσι, καὶ δέῃ περᾶν ἡμερινοὺς πλοῦς
ἐλαύνοντας. οἱ μὲν τῶν κελευστῶν δύνανται τοιαῦτα λέ-
γειν καὶ ποιεῖν, ὥστε ἀκονᾶν τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων,
ἐπὶ τῷ ἐθελοντὰς πονεῖν. οἱ δὲ οὕτως ἀγνώμονές εἰσιν, ὥσ-
τε πλεῖον ἢ ἐν διπλασίῳ χρόνῳ τὸν αὐτὸν ἀνύτουσι πλοῦν,
καὶ οἱ μὲν ἱδροῦντες καὶ ἐπαινοῦντες ἀλλήλους, ὅ,τε κε-
λεύων, καὶ οἱ πειθόμενοι ἐκβαίνουσιν. οἱ δὲ ἀνιδρωτὶ
ἥκουσι, μισοῦντες τὸν ἐπιστάτην καὶ μισούμενοι. καὶ τῶν
στρατηγῶν ταύτῃ διαφέρουσιν, ἔφη, οἱ ἕτεροι τῶν ἑτέ-
ρων. οἱ μὲν γὰρ οὔτε πονεῖν ἐθέλοντας οὔτε κινδυνεύειν
παρέχονται, πείθεσθαί τε οὐκ ἀξιοῦντας οὐδ' ἐθέλοντας,
ὅσον μὴ ἀνάγκη ἦ. ἀλλὰ καὶ μεγαλυνομένους ἐπὶ τῷ ἐν-
αντιοῦσθαι τῷ ἄρχοντι. οἱ δὲ αὐτοὶ οὔτε τὸ αἰσχύνεσθαι
ἐπισταμένους παρέχουσιν, ἤν τι τῶν αἰσχρῶν συμβαίνῃ.
οἱ δ' αὖ θεῖοι καὶ ἀγαθοὶ ἐπιστήμονες ἄρχοντες τοὺς αὐτοὺς
τούτους, πολλάκις δὲ καὶ ἄλλους παραλαμβάνοντες, αἰσχυνο-
μένους τε ἔχουσιν, αἰσχρόν τι ποιεῖν, καὶ πείθεσθαι οἰομέ-
νους βέλτιον εἶναι, καὶ ἀγαλλομένους τῷ πείθεσθαι ἕνα
ἕκαστον, καὶ σύμπαντας πονεῖν ὅταν δεήσῃ, οὐκ ἀθύμως
πονοῦντας. ἀλλ' ὥσπερ ἰδιώταις ἔστιν, οἷς ἐγγίγνεται φι-
λοπονία τις, οὕτω καὶ ὅλῳ τῷ στρατεύματι ὑπὸ τῶν ἀγα-
θῶν ἀρχόντων ἐγγίγνεται, καὶ τὸ φιλοπονεῖν καὶ τὸ φιλοτι-
μεῖσθαι ὀφθῆναι, καλόν τι ποιοῦντας ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος.
πρὸς ὅντινα δ' ἂν ἄρχοντα διατεθῶσιν οὕτως οἱ ἑπόμενοι,
οὗτοι δὴ ἐρρωμένοι γε ἄρχοντες γίγνονται, οὐ μὰ Δί' οὐχ
οἳ ἂν αὐτῶν ἄριστα τὸ σῶμα τῶν στρατιωτῶν ἔχωσι καὶ
ἀκοντίζωσι καὶ τοξεύωσιν ἄριστα, καὶ ἵππον ἔχοντες
ἄριστον, ὡς ἱππικώτατα ἢ πελταστικώτατα προκινδυ-
νεύουσιν, ἀλλ' οἳ ἂν δύνωνται ἐμποιῆσαι τοῖς στρατιώ-
ταις ἀκολουθητέον εἶναι, καὶ διὰ πυρὸς καὶ διὰ παντὸς κιν-
δύνου, τούτους δὴ δικαίως ἄν τις καλοίη μεγαλογνώμο-
νας, ᾧ ἂν ταῦτα γιγνώσκοντες πολλοὶ ἕπονται, καὶ με-
γάλῃ χειρὶ εἰκότως οὗτος λέγοιτο πορεύεσθαι, οὗ ἂν τῇ
γνώμῃ πολλαὶ χεῖρες ὑπηρετεῖν ἐθέλωσι. καὶ μέγας τῷ
ὄντι οὗτος ἀνήρ, ὃς ἂν μεγάλα δύνηται, γνώμῃ διαπρά-
ξασθαι μᾶλλον ἢ ῥώμῃ. οὕτω δὲ καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις ἔργοις. αὖ
τε

argento, non temerè & inconsulto quocunq; sors tulit auehunt, & quasi abyciunt: sed ubi audierint esse qui plurimi liceantur, magnoq; mercentur, eò ferunt, & emptoribus tradunt. Sic quodammodo pater tuus auide sequebatur agriculturam, et inde quæstum uenabatur. Iocatus Socrates: Ego, inquit, nihilo minoris studiosos ædificãdi facio, qui domos extruunt, uendũt, alias deinde moliũtur. Iureiurando sine ulla dubitatione tibi confirmo Ischomache, adduci me ut tibi credam, ac putẽ mortaliũ genus amare & persequi omnia quæ sibi usui futura arbitratur. Considero quàm bene proposito congruentem omnem præsliteris orationẽ. Proposueras autem colendi ruris omniũ facillimã esse discẽti. Nũc ego prorsus omnibus tuis uerbis adductus, sic esse rẽ nõ dubito. Sic est, inquit Ischomachus. At, quod est omnibus actionibus, agriculturæ, sciẽtiæ ciuili, œconomiæ, arti militari cõmune, expetendũ est, ut sis imperãdi peritus. Hoc tibi quidẽ assentior, alios alijs esse mẽte præstantiores, ut in triremi si mare asperũ traijciatur, & homines qui nauigia impellunt, & remis uelisq; subministrant, penetrare sit necesse: alij quorũ iubere & hortari munus est, ea dicere & facere possunt, quæ animos exacuunt & incitãt ad suscipiendũ laborẽ: alij sic imperiti sunt & incõpositi, ut uix altero tãto tẽpore eundẽ explicant cursum. Sudant illi, & in egressu qui iubet, eos qui dicto sunt audientes, laude persequitur. qui parent, iubentẽ uicissim laudãt. Hi uerò nullo sudore appellũt nauẽ, odere præfectum, præfectus illos. Sic et imperatores inter se differũt. Alij nõ ita suos regere possunt, & allicere, ut laborare, pericula subire, nisi quantũ sit necessariũ, obtemperare uelint: sed ita reddũt affectos, ut si aduersentur imperanti, magnũ quiddã ac præclarũ facere uideãtur. Isti quoq; non sic milites instituũt, ut dedecus fugere sciant, & si quid accidat turpe, uerecundia moueri. Alij contrà boni duces, periti, diuini, quum susceperunt eosdem & alios sæpius, sic erudiunt, ut aliquid turpe committere uereãtur, ut parẽre melius esse putent, & unũquenq; audientem esse dicto gaudeant, ut uniuersi nõ inuitè, si opus sit, laborem sustineãt. Sed ut singulis quibusdam amor quidam laborandi innascitur, sic & toti exercitui sub bonis ducibus agendi cupiditas ingignitur, & honoris ingens studium, quo accensi milites aliquid agere præclare, & à duce uideri cupiunt. In quoscunque sic affecti sunt animo comites, ita fiunt ualidi robustiq; duces, non illi quidem, qui corpus habent firmissimum celerrimumq;, qui telis & sagittis optimè pugnant, qui equum nacti præstantissimum, ut fortissimos equites aut scutatos insignes decet, offerunt se periculis: sed qui eo inducunt militum animos, ut uel per ignem uel omne periculum sequendum putent, eos meritò duces acris ingenij magniq; uiros dicere licet: quos qui norunt, multi sequuntur: quos ire magna manu iure dicunt, ut quorum prudentiæ consilioq; multæ manus seruire uelint. Magni reuera tales uiri, qui res magnas non tam uiribus corporis quàm sapiẽtia mentis gerere possunt. Sic & in priuatis rebus, siue

procu-

procurator siue præfectus sit institutus, qui promptos, alacres, frugi, assiduos possit efficere suos, is sanè rem auget, multasq; parat facultates. Si dominus qui operarium malum maximè punire, diligentem præmio donare potest, inuiserit opus, & apparuerit, & cum minimè ucreantur ij qui dant operas, haud equidem uirum probem: sed eum, cuius aspectu mouebuntur opifices: sic ut quisque uires concipiat, certatim laboret, optima gloria ducatur: aliquid habere regiæ uirtutis affirmabo. Hoc maximum est (ut mihi detur) tum in omni re ubi quid ab hominibus conficitur, tum in agricultura. Non enim qui semel id quod dico uiderit audieritúe, discet, sed bono rectori futuro opus esse cum disciplina & indole bona iudico, tum maximè uirtute diuina: quandoquidem non hoc totum bonum prorsus humanum mihi uidetur esse, sed etiam diuinum, planè & apertè uolentibus imperare. Dij miserentur eorum qui sapientia ac moderatione uera præditi sunt: & ut censeo, tyrannidem in inuitos dant ijs quos tali uita dignos esse duxerint, qualis est Tantali, qui apud inferos æternum tempus agere dicitur, metuens ne bis intereat.

τι ἐπίτροπος ἢ ὁ ἐφεστηκώς, ἄν τι καὶ ἐπιστάτης, ὃς ἂν δύνηται, προθύμους καὶ ἐντεταμένους παρέχεσθαι εἰς τὸ ἔργον καὶ συνεχεῖς, οὗτοι δὴ οἱ ἀνύτοντές εἰσιν ἐπὶ τἀγαθὰ, καὶ πολλὴν τὴν περιουσίαν ποιοῦντες. τὸν δὲ δεσπότην ἐπιφανέντα, ὦ σώκρατες, ἔφη, ἐπὶ τὸ ἔργον, ὅστις δύναται, καὶ μέγιστα βλάψαι τὸν κακὸν τῶν ἐργατῶν, καὶ μέγιστα τιμῆσαι τὸν πρόθυμον, ἢν μηδὲν ἐπίδηλον ποιήσουσιν οἱ ἐργάται, ἐγὼ μὲν αὐτὸν οὐκ ἂν ἀγαίμην, ἀλλ' ὃν ἂν ἰδόντες κινηθῶσι, καὶ μένος ἑκάστῳ ἐμπέσῃ τῶν ἐργατῶν καὶ φιλονεικία πρὸς ἀλλήλους, καὶ φιλοτιμία κρατιστεῦσαι ἑκάστῳ, τοῦτον ἐγὼ φαίην ἂν ἔχειν τι ἤθους βασιλικοῦ. καὶ ἔστι τοῦτο μέγιστον ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἐν παντὶ ἔργῳ, ὅπου τι δι' ἀνθρώπων πράττεται. καὶ ἐν γεωργίᾳ δέ. οὐ μέντοι μὰ Δία τοῦτό γε ἔτι ἐγὼ λέγω ἰδόντα μαθεῖν εἶναι, οὐδ' ἅπαξ ἀκούσαντα, ἀλλὰ καὶ παιδείας δεῖν φημι, τῷ ταῦτα μέλλοντι δυνήσεσθαι, καὶ φύσεως ἀγαθῆς ὑπάρξαι, καὶ τὸ μέγιστον δὴ θεῖον γενέσθαι. οὐ γάρ πάνυ μοι δοκεῖ, ὅλον τουτὶ τὸ ἀγαθὸν ἀνθρώπινον εἶναι, ἀλλὰ θεῖον τὸ ἐθελόντων ἄρχειν, σαφῶς δέδοται τοῖς ἀληθινῶς σωφροσύνῃ τετελεσμένοις. τὸ δὲ ἀκόντων τυραννεῖν, διδόασιν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὓς ἂν ἡγῶνται ἀξίους εἶναι βιοτεύειν, ὥσπερ ὁ τάνταλος ἐν ᾅδου λέγεται τὸν ἀεὶ χρόνον διατρίβειν, φοβούμενος μὴ δὶς ἀποθάνῃ.

AD SAPIENTISSIMVM AC SANCTVM VIRVM D. NICOLAVM S. R. ECCLESIAE CARDINALEM, FRANCISCI PHILELPHI PRAEFATIO, IN XENOPHONTIS orationem de regis Agesilai Lacedæmoniorum laudibus.

ADMONVIT me superior Lacedæmoniorum respublica, quam à sapientissimo Lycurgo illo constitutam Socraticus Xenophon immortalitati literarum commendarat, ut & Agesilai laudationem, quam idem disertissimè ac pene diuinè scriptitasset, ad latinos traducerē. Idq; cū ob alias à me rationes factum est, humanissime pater, tum ob eam potissimum, ut quod ipse perspicue noscis, cæteri non ignorent, solere ex bonis & institutis & legibus uiros etiam effici meliores clarioresq;. Itaq; Agesilaus ipse Spartiatarum rex cum Lycurgi instituta die nocteq; animo uolutaret, atq; singula eius non facta modò, uerumetiam dicta crebra meditatione studioq; tractaret, id est, pro singulari sua tum sapientia, tum animi magnitudine consequutus, ut & patriæ maximopere prodesset, & æternitatis nomen suo nomini uendicaret. Accedit ad rem, quod rebus te priscis delectari, illisq; clarissimis, non me præterit. Etenim ingenuus animus & excelsus, magnarum item illustriumq; rerum suauitate perfunditur. Maiorum quidem laudationes sunt præmia uirtutis, & rectè faciundi proposita posteris exempla quædam. Quis enim omnium est, qui cum summam iustitiam, insignem prudentiam, sapientiam singularem, egregiamq; præterea animi grauitatem, cōstantiam, modestiam, continentiā, humanitatem, magnificentiam, comitatem, gratitudinem, pietatem, ac omnis deniq; uirtutum cœtus in Agesilao floruisse perspexerit, non & illum uel mortuum mirifice diligat, eamq; mente uoluptatem percipiat, qua nulla sit propè iucundior, nulla maior? Quód cùm omnibus auditu pergratum sit, longè his tamen & gratius arbitror & suauius, qui ueluti tu, Pater modestissime, immortales uirtutes tuas in aliorū uirtutibus memorari simul & laudari cognouerint. Nos uerò qui probitatis nomen atq; splendorem quasi tyrones appetimus, perinde ac si ideam aliquam intuemur uos tales uiros, & imitari cogimur. Sed in hac traductione id mihi molestum fuit, quod non huiusmodi hæc oratio diuina apud nostros appareat, qualis apud Græcos effulget, & tanquam sol aliquis irradiat. Quis enim musam Atticam (ita nanque Xenophontem prisci cognominarunt) dicendo apud nostros expresserit? Quis talem hanc Agesilai laudationem, quam ipse etiam eloquentiæ deus Cicero, pluribus in locis & unicè laudauit, & maiorem in modum admiratus est, ulla dicendi arte, ullo ingenio, ulla demum exercitatione, pro dignitate interpretari se posse uel crediderit, uel sperarit? Et si quis fortasse id se posse dixerit, hoc certè de me fateri facinus esse dixerim. Proinde omnes norint, sensa modò, si quid aliud limatius politiusúe apparuerit, Xenophontis illius esse, dictionem autem nostram. & ingenium & peritiam interpreti potius, quàm fidem & diligentiam defuisse. Vale.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΡΗΤΟΡΟΣ ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΑΓΗΣΙΛΑΟΝ ΤΩΝ βασιλέα.

Οἶδα μὲν ὅτι τῆς ἀγησιλάου ἀρετῆς τε καὶ δόξης, οὐ ῥᾴδιον ἄξιον ἔπαινον γράψαι, ὅμως δ' ἐγχειρητέον. οὐ γὰρ ἂν καλῶς ἔχοι, εἰ ὅτι τελέως ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐγένετο, διὰ τοῦτο οὐδὲ μειόνων ἂν τυγχάνοι ἐπαίνων. περὶ μὲν οὖν εὐγενείας αὐτοῦ, τί ἄν τις μεῖζον καὶ κάλλιον εἰπεῖν ἔχοι, ἢ ὅτι ἔτι καὶ νῦν τοῖς προγόνοις ὀνομαζομένοις ἀπομνημονεύεται ὁπόστος ἀφ' ἡρακλέους ἐγένετο. καὶ τούτοις οὐκ ἰδιώταις, ἀλλ' ἐκ βασιλέων βασιλεῦσιν; ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ταύτῃ γ' ἄν τις ἔχοι καταμέμψασθαι αὐτούς, ὡς βασιλεύουσι μὲν, πόλεως δὲ τῆς ἐπιτυχούσης. ἀλλ' ὥσπερ τὸ γένος αὐτῶν τῆς πατρίδος ἐντιμότατον, οὕτω καὶ ἡ πόλις ἐν τῇ ἑλλάδι ἐνδοξοτάτη. ὥστε οὐ δευτέρων πρωτεύουσιν, ἀλλ' ἡγεμόνων ἡγεμονεύουσι. τῇδέ γε μὴν καὶ κοινῇ ἄξιον ἐπαινέσαι τήν τε πατρίδα καὶ τὸ γένος αὐτοῦ. ἡ τε γὰρ πόλις οὐδεπώποτε φθονήσασα τοῦ προτετιμῆσθαι αὐτοὺς ἐπεχείρησε καταλῦσαι τὴν ἀρχὴν αὐτῶν, οἵ τε βασιλεῖς οὐδεπώποτε μειζόνων ὠρέχθησαν ἢ ἐφ' οἷσπερ ἐξ ἀρχῆς τὴν βασιλείαν παρέλαβον. τοιγαροῦν ἄλλη μὲν οὐδεμία ἀρχὴ φανερά ἐστι διαγεγενημένη ἀδιασπάστως, οὔτε δημοκρατία, οὔτε ὀλιγαρχία, οὔτε τυραννὶς, οὔτε βασιλεία. αὕτη δὲ μόνη διαμένει συνεχὴς βασιλεία. ὡς γε μὴν καὶ πρὶν ἄρξαι ἄξιος τῆς βασιλείας ἐδόκει εἶναι ἀγησίλαος, τάδε τὰ σημεῖα. ἐπεὶ γὰρ ἄγις βασιλεὺς ὢν ἐτελεύτησεν, ἐρισάντων περὶ τῆς ἀρχῆς λεωτυχίδα μὲν, ὡς ἄγιδος ὄντος υἱοῦ, ἀγησιλάου δὲ, ὡς ἀρχιδάμου, κρίνασα ἡ πόλις ἀνεπικλητότερον εἶναι ἀγησίλαον καὶ τῷ γένει καὶ τῇ ἀρετῇ, τοῦτον ἐστήσατο βασιλέα. καί τοι τὸ ἐν τῇ κρατίστῃ πόλει ὑπὸ τῶν ἀρίστων κριθέντα τοῦ καλλίστου γέρως ἀξιωθῆναι, ποίων ἔτι τεκμηρίων προσδεῖται τῆς γε πρὶν ἄρξαι αὐτὸν ἀρετῆς; ὅσα γε μὴν ἐν τῇ βασιλείᾳ διεπράξατο, νῦν διηγήσομαι. ἀπὸ γὰρ τῶν ἔργων καὶ τοὺς τρόπους αὐτοῦ κάλλιστα νομίζω καταδήλους ἔσεσθαι. ἀγησίλαος τοίνυν ἔτι μὲν νέος ὢν ἔτυχε τῆς βασιλείας. ἄρτι δὲ ὄντος αὐτοῦ ἐν τῇ ἀρχῇ, ἐξηγγέλθη βασιλεὺς ὁ περσῶν, ἀθροίζων καὶ ναυτικὸν καὶ πεζὸν πολὺ στράτευμα, ὡς ἐπὶ τοὺς ἕλληνας. βουλευομένων δὲ περὶ τούτων λακεδαιμονίων καὶ τῶν συμμάχων, ἀγησίλαος ὑπέστη, ἐὰν δῶσιν αὐτῷ πεντήκοντα μὲν σπαρτιατῶν, τρισχιλίους δὲ νεοδαμώδεις, εἰς ἑξακισχιλίους δὲ τὸ σύνταγμα τῶν συμμάχων, διαβήσεσθαι εἰς τὴν ἀσίαν, καὶ πειράσεσθαι εἰρήνην ποιῆσαι, ἢ ἂν πολεμεῖν βούληται ὁ βάρβαρος, ἀσχολίαν αὐτῷ παρέξειν στρατεύειν ἐπὶ τοὺς ἕλληνας. εὐθὺς μὲν οὖν πολλοὶ πάνυ ἠγάσθησαν, αὐτὸ τοῦτο τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἐπειδὴ ὁ πέρσης πρόσθεν ἐπὶ τὴν ἑλλάδα διέβη, ἀντιδιαβῆναι ἐπ' αὐτόν. τό τε αἱρεῖσθαι ἐπιόντα μᾶλλον ἢ ὑπομένοντα μάχεσθαι αὐτῷ, καὶ τὸ τἀκείνου δαπανῶντα βούλεσθαι μᾶλλον ἢ τὰ τῶν ἑλλήνων πολεμεῖν. κάλλιστον δὲ πάντων ἐκρίνετο

μὴ

XENOPHONTIS DE AGESILAI REGIS LACEDAEMONIORVM LAVDIBVS oratio, Franc. Phil. interp.

Scio equidem, Agesilai uirtutem atq; gloriã, nõ facile scribẽdo laudari pro dignitate posse, nihilo tamen minus id mihi muneris aggrediendũ existimaui. Nõ enim recte se res habeat, si quoniã ad summũ usq; uir probus fuerit, eo nõ nisi summis cum laudibus prosequi liceat. De ipsius igitur generis prꝍstãtia, quid aut maius aut pulchrius dicere quisquã habeat, quàm, quod etiã & hoc tẽpore celebratur, quotus maxime inter illustres maiores suos ab ipso usq; Hercule excellerit: neq; illos quidem priuatos homines, sed ex regib. natos, et ipsos reges? Atqui neq; hoc eos quisquã uituperarit, qđ imperãt illi quidẽ, sed obscurꝍ cuiquã uulgariq; urbi imperãt. Quin ueluti ipsorũ genus cæteros suꝍ patriꝍ anteit, ita & urbs ipsa in Græcia in primis floret: quare nõ in secũdis principatũ seruãt, sed ipsis his ducib. plane prꝍsunt. Sic igitur ipsius unà et patria et genus laudetur oportet. Nã neq; ciuitas illorũ unquã honori inuidẽs, suũ rescindere regnũ molita est: neq; reges maiora q̃ ab imperandi accepissent inuijs, unquã cupierũt. At neq; ullus unquã alius principatus neq; in populari, neq; in paucorum, neq; in tyrãnico, neq; in regio dominatu firmus omnino incõcussusq; pdurauit, hoc uerò solũ imperiũ perpetuũ permanet. Quòd aũt Agesilaus antequã regnare occœpisset, dignus esse regno uidebatur, hæc sunt argumẽta. Nã posteaq̃ Agis rex diẽ obijt, Leotychida Agesilaoq; de imperio cõtendentib. altero quidẽ ut Agidis, hoc uerò ut Archidami filio: ubi Agesilaũ ciuitas tũ genere, tũ uirtute illustriorẽ esse dijudicasset, hũc regem decreuit, atq; potẽtissima in urbe honore pulcherrimo à uiris optimatibus insigniri: quib. etiã cõiecturis apparet, quãta is cũ adhuc priuatus esset, uirtute claruerit. Quꝍ uerò gesta imperio ab illo sunt, iã enarrabo. Ex ipsis etenim rebus gestis, eius mores, ut arbitror, optimè elucebunt. Agesilaus cum iuuenis adhuc esset, rex creatur. Qui cum modò regnare cœpisset, nunciatur Persarũ regẽ permagnas cogere aduersus Græcos nauales ac pedestres copias: quibus de rebus Lacedæmonijs simul & socijs consultãtibus suggerit Agesilaus, pollicerturq;, si ex Spartiatis dederint sibi quinquaginta uiros, et ex reliquo libero populo tria millia, ex socijs autẽ ad sex millia, se in Asiã traiecturũ, periculũq; facturũ cõstituendꝍ pacis: uel si bellũ Barbarus maluerit, negociũ ei prꝍbiturũ quò minus in Græcos expeditiones agat. Itaq; permulti cõtinuò illũ admirabãtur, quòd hoc ipsum cõcupierit, antequã Perses in Græciam trãsmiserit, aduersus eũ traijcere, et eligeret potius ut occurrẽs, q̃ ut sustinẽs ei repugnaret, malletq; ut illius quàm Græcorũ cõsumendo belligeraret. Id autẽ omniũ pulcherrimũ iudicabatur, quod

non

non de Grecia certamen, sed de Asia constitueret. Itaq; postea quam assumptis copijs enauigasset, qui clarius ostendere quisquam posset, an rem militarem prudenter & scite gesserit, quàm si eius res gestas enarraret? Hæc ergo prima eius in Asia gesta sunt. Tissaphernes quidem Agesilao iuratus est, si inducias secum fecerit ad nunciorum usque reditum, quos ad regem mitteret, effecturum se ut Græciæ in Asia urbes sui iuris relinquerentur. Agesilaus uerò contra iuratus est, fœdera sese sine dolo ad tres usque menses obseruaturum. Sed Tissaphernes quæ iurarat ementitur. Nam pro faciunda pace, magnum præter eum quem prius habebat exercitum aduocauit à rege. quæ Agesilaus tametsi accepisset, in fœderibus tamen perstitit. Atque hoc primum rectè gestum ab illo existimo, quòd & Tissaphernem periurum ostendens, reddidit infidum omnibus: & se contrà primum iusiurandi obseruatorem, tamen nihil contra fœdera mentientem demonstrans, effecit ut & Græci & Barbari audacter secum si quid ipse uellet conuenirent. Cùm uerò Tissaphernes ob deductum exercitum plurimum elatus animo bellum Agesilao indixisset, ubi minus ex Asia abiret, cùm alij socij, tum ipsi qui aderant Lacedæmonij, uehementer manifesteq; angebantur, utpote qui putarent præsentes Agesilai uires regis apparatu minoris esse. Sed Agesilaus læta admodum fronte nunciare Tissaphernis oratores iussit, se illi permultas habere gratias, quòd usus periurio sibi quidē immortales deos hostes reddidisset, Græcis autem socios effecisset. Deinde uerò confestim milites ut se ad bellandum parent monet, exhortaturque: & urbibus ad quas ire necesse erat in Cariam bellum inferenti, commeatum comparare iubet. Scripsit præterea & Ionibus, & Aeolijs, & Hellespontijs, ut ad se Ephesum auxilia mitterent. Tissaphernes autem, tum quoniam Agesilaus equitem non haberet, Caria uerò est equitatu difficilis: tum quia eum contra sese propter fraudem iratum opinabatur, non absurdè ratus contra suam domum facturum illum in Cariam impetum, omnes pedestres copias illuc transportauit, equites uero ad campos Mæandri circūduxit. Censebat enim se satis posse Græcos equite obruere, priusquā ad difficiles equitatui locos peruenirēt. At Agesilaus nō in Cariā, sed illico inde uersus in Phrygiam pergit: & qui in itinere exercitus occurrebāt assumens, omnium dux & urbes diruit, et insperatò adorsus pergrandes pecunias capit. Dignum & hoc quoq; disciplina rei militaris uisum est, quòd postea quam bellum inductum est, ac diripere fasq; & ius ex illis fuit, puerum Tissaphernē decipiēdo demonstrauit, amicos autem prudēter locupletare uisus est. Nā cùm ob multarū prædam rerum omnia pariter uili precio uenirent, admonuit amicos ut emerent, inquiens se propediem ad mare cum exercitu descensurum. His uerò qui prædam uenundarent, iussit ut scribentes quanti quid emerint, res illis traderent: quare neque quicquam eius amici prius persoluentes, neq; rempublicā detrimento afficientes, cuncti quam-

μὴ περὶ τῆς ἑλλάδος, ἀλλὰ περὶ τῆς ἀσίας τὸν ἀγῶνα καθιστάναι. ἐπεί γε μὴν λαβὼν τὸ στράτευμα ἐξέπλευσε, πῶς ἄν τις σαφέστερον ἐπιδείξειεν ὡς ἐστρατήγησεν, ἢ εἰ αὐτὰ διηγήσαιτο ἃ ἔπραξεν; ἐν τοίνυν τῇ ἀσίᾳ ἥδε πρώτη πρᾶξις ἐγένετο. τισσαφέρνης μὲν ὤμοσεν ἀγησιλάῳ, εἰ σπείσαιτο ἕως ἔλθοιεν οὓς πέμψει πρὸς βασιλέα ἀγγέλους, διαπράξεσθαι αὐτῷ ἀφεθῆναι αὐτονόμους τὰς ἐν τῇ ἀσίᾳ πόλεις ἑλληνίδας. ἀγησίλαος δὲ ἀντώμοσε σπονδὰς ἄξειν ἀδόλως, ὁρισάμενος τῆς πράξεως τρεῖς μῆνας. ὁ μὲν δὴ τισσαφέρνης ἃ ὤμοσεν εὐθὺς ἐψεύσατο. ἀντὶ γὰρ τοῦ εἰρήνην πράσσειν, στράτευμα πολὺ παρὰ βασιλέως πρὸς ᾧ πρόσθεν εἶχε, μετεπέμπετο. ἀγησίλαος δὲ καίπερ αἰσθόμενος ταῦτα, ὅμως ἐνέμενε ταῖς σπονδαῖς. ἐμοὶ οὖν τοῦτο πρῶτον καλὸν δοκεῖ διαπράξασθαι, ὅτι τισσαφέρνην μὲν ἐμφανίσας ἐπίορκον ἄπιστον πᾶσιν ἐποίησεν. ἑαυτὸν δ' αὖ ἐπιδείξας πρῶτον μὲν ὅρκους ἐμπεδοῦντα, ἔπειτα συνθήκας μὴ ψευδόμενον, πάντας ἐποίησε καὶ ἕλληνας καὶ βαρβάρους συντίθεσθαι αὐτῷ εἴ τι βούλοιτο. ἐπεὶ δὲ μέγα φρονήσας ὁ τισσαφέρνης ἐπὶ τῷ καταβάντι στρατεύματι, προεῖπεν ἀγησιλάῳ πόλεμον, εἰ μὴ ἀπίοι ἐκ τῆς ἀσίας, οἱ μὲν ἄλλοι σύμμαχοι καὶ λακεδαιμονίων οἱ παρόντες μάλα ἀχθεσθέντες φανεροὶ ἐγένοντο, νομίζοντες μείονα τὴν παροῦσαν δύναμιν ἀγησιλάῳ τῆς βασιλέως παρασκευῆς εἶναι. ἀγησίλαος δὲ μάλα φαιδρῷ τῷ προσώπῳ ἀπαγγεῖλαι τῷ τισσαφέρνει τοὺς πρέσβεις ἐκέλευσεν, ὡς πολλὴν χάριν αὐτῷ ἔχοι ὅτι ἐπιορκήσας, αὐτὸς μὲν πολεμίους τοὺς θεοὺς ἐκτήσατο, τοῖς δὲ ἕλλησι συμμάχους ἐποίησεν. ἐκ δὲ τούτου εὐθὺς τοῖς μὲν στρατιώταις παρήγγελλε συσκευάζεσθαι ὡς εἰς στρατείαν· ταῖς δὲ πόλεσιν εἰς ἃς ἀνάγκη ἦν ἀφικνεῖσθαι στρατευομένῳ ἐπὶ καρίαν, προεῖπεν ἀγορὰν παρασκευάζειν. ἐπέστελλε δὲ καὶ ἴωσι, καὶ αἰολεῦσι, καὶ ἑλλησποντίοις πέμπειν πρὸς αὐτὸν εἰς ἔφεσον τοὺς συστρατευσομένους. ὁ μὲν οὖν τισσαφέρνης καὶ ὅτι ἱππικὸν οὐκ εἶχεν ὁ ἀγησίλαος, ἡ δὲ καρία ἄφιππος ἦν, καὶ ὅτι ἡγεῖτο αὐτὸν ὀργίζεσθαι αὐτῷ διὰ τὴν ἀπάτην, τῷ ὄντι νομίσας ἐπὶ τὸν αὐτοῦ οἶκον εἰς καρίαν ὁρμήσειν αὐτόν, τὸ μὲν πεζὸν ἅπαν διεβίβασεν ἐκεῖσε. τὸ δὲ ἱππικὸν εἰς τὸ μαιάνδρου πεδίον περιῆγε, νομίζων ἱκανὸς εἶναι καταπατῆσαι τῷ ἱππικῷ τοὺς ἕλληνας, πρὶν εἰς τὰ δύσιππα ἀφικέσθαι. ὁ δὲ ἀγησίλαος ἀντὶ τοῦ ἐπὶ καρίαν ἰέναι, εὐθὺς ἀντιστρέψας ἐπὶ φρυγίαν ἐπορεύετο. καὶ τάς τε ἐν τῇ πορείᾳ ἀπαντώσας δυνάμεις ἀναλαμβάνων ἦγε, καὶ τὰς πόλεις κατεστρέφετο. καὶ ἐμβαλὼν ἀπροσδοκήτως, παμπληθῆ χρήματα ἔλαβε. στρατηγικὸν οὖν καὶ τοῦτο ἐδόκει διαπράξασθαι, ὅτι ἐπεὶ πόλεμος προεῤῥήθη, καὶ τὸ ἐξαπατᾶν ὅσιόν τε καὶ δίκαιον ἐξ ἐκείνου ἐγένετο, παῖδα ἀπέδειξε τὸν τισσαφέρνην τῇ ἀπάτῃ. φρονίμως δὲ καὶ τοὺς φίλους ἐνταῦθα ἔδοξε πλουτίσαι. ἐπεὶ γὰρ διὰ τὸ πολλὰ χρήματα εἰλῆφθαι ἀντίπροικα τὰ πάντα ἐπωλεῖτο, τοῖς μὲν φίλοις προεῖπεν ὠνεῖσθαι, εἰπὼν, ὅτι καταβήσοιτο ἐπὶ θάλασσαν ἐν τάχει τὸ στράτευμα κατάγων. τοὺς δὲ λαφυροπώλας ἐκέλευσε γραφομένους ὁπόσου τι πρίαιντο, προΐεσθαι τὰ χρήματα. ὥστε οὐδὲν προτελέσαντες οἱ φίλοι αὐτοῦ, οὐδὲ τὸ δημόσιον βλάψαντες, πάντες

παμ-

παμπληθῆ χρήματα ἔλαβον. ἔτι δὲ ὁπότε αὐτόμολοι ὡς
αὐτὸς πρὸς βασιλέα ἰόντες, χρήματα ἐθέλοιεν ὑφηγεῖσθαι,
καὶ ταῦτα ἐπεμέλετο ὡς διὰ τῶν φίλων ἁλίσκοιεν, ὅπως
ἅμα μὲν χρηματίζοιντο, ἅμα δ' ἐνδοξότεροι γίγνοιντο.
διὰ μὲν δὴ ταῦτα εὐθὺς πολλοὺς ἐραστὰς τῆς αὐτοῦ φι-
λίας ἐποιήσατο. γιγνώσκων δ' ὅτι ἡ μὲν πορθουμένη
καὶ ἐρημουμένη χώρα οὐκ ἂν δύναιτο πολὺν χρόνον στρά-
τευμα φέρειν, ἡ δ' οἰκουμένη μὲν, σπειρομένη δὲ ἀέν-
ναον ἂν τὴν τροφὴν παρέχοι, ἐπεμέλετο οὐ μόνον τοῦ
βίᾳ χειροῦσθαι τοὺς ἐναντίους, ἀλλὰ καὶ τοῦ πρᾳότητι
προσάγεσθαι. καὶ πολλάκις μὲν προηγόρευε τοῖς στρα-
τιώταις, τοὺς ἁλισκομένους μὴ ὡς ἀδίκους τιμωρεῖσθαι,
ἀλλ' ὡς ἀνθρώπους ὄντας φυλάττειν. πολλάκις δὲ ὁ-
πότε μεταστρατοπεδεύοιτο, εἰ αἴσθοιτο καταλελειμ-
μένα παιδάρια μικρὰ ἐμπόρων, ἃ πολλοὶ ἐπώλουν διὰ
τὸ νομίζειν μὴ δύνασθαι ἂν φέρειν αὐτὰ καὶ τρέφειν, ἐπε-
μέλετο καὶ τούτων ὅπως συγκομίζοιντό ποι. τοῖς δ' αὖ
διὰ γῆρας καταλειπομένοις αἰχμαλώτοις προσέταττεν
ἐπιμελεῖσθαι αὐτῶν, ὡς μήτε ὑπὸ κυνῶν, μήθ' ὑπὸ λύ-
κων διαφθείροιντο. ὥστε οὐ μόνον οἱ πυνθανόμενοι ταῦ-
τα, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ ἁλισκόμενοι εὐμενεῖς αὐτῷ ἐγί-
γνοντο. ὁπόσας δὲ πόλεις προσαγάγοιτο, ἀφαιρῶν αὐ-
τῶν ὅσα δοῦλοι δεσπόταις ὑπηρετοῦσι, προσέταττεν
ὅσα ἐλεύθεροι ἄρχουσι πείθονται. καὶ τῶν κατὰ κρά-
τος ἀναλώτων τειχέων, τῇ φιλανθρωπίᾳ ὑπὸ χεῖρα
ἐποιεῖτο. ἐπεὶ μέντοι ἀνὰ τὰ πεδία οὐδὲ ἐν τῇ Φρυγίᾳ
ἐδύνατο στρατεύεσθαι διὰ τὴν Φαρναβάζου ἱππείαν,
ἔδοξεν αὐτῷ ἱππικὸν κατασκευαστέον εἶναι, ὡς μὴ δρα-
πετεύοντα πολεμεῖν δέοι αὐτόν. τοὺς μὲν οὖν πλουσιω-
τάτους τῶν ἐκεῖ πόλεων ἱπποτροφεῖν κατέλεξε. προεῖ-
πε δὲ, ὅστις παρέχοι τὸ ἱππικὸν καὶ ὅπλα, καὶ ἄνδρα δό-
κιμον, ὡς ἐξέσοιτο αὐτῷ μὴ στρατεύεσθαι. τὴν ἐποίησεν
οὕτως ἕκαστον προθύμως μαστεύειν. ἔταξε δὲ καὶ πόλεις
ἐξ ὧν δέοι τοὺς ἱππέας παρασκευάζειν, νομίζων ἐκ τῶν
ἱπποτρόφων πόλεων εὐθὺς καὶ φρονηματίας μάλιστα
ἂν εἶναι τῇ ἱππικῇ γενέσθαι. καὶ τοῦτ' οὖν ἀγαστῶς ἔδοξε
πρᾶξαι, ὅτι κατεσκεύαστο τὸ ἱππικὸν αὐτῷ, καὶ εὐθὺς ἐρ-
ρωμένον ἦν καὶ ἐνεργόν. ἐπειδὴ δὲ ἔαρ ὑπέφαινε, συνή-
γαγε πᾶν τὸ στράτευμα εἰς Ἔφεσον. ἀσκῆσαι δὲ αὐτὸ βου-
λόμενος, ἆθλα προύθηκε καὶ ταῖς ἱππικαῖς τάξεσιν, ἥ-
τις κράτιστα ἂν ἱππεύοι. καὶ ταῖς ὁπλιτικαῖς, ἥτις ἄρι-
στα σωμάτων ἔχοι. καὶ πελτασταῖς δὲ καὶ τοξόταις, ἆθλα
προύθηκεν, οἵτινες κράτιστοι τὰ προσήκοντα ἔργα φαί-
νοιντο. ἐκ τούτου δὲ παρῆν ὁρᾶν τὰ μὲν γυμνάσια μεστὰ
τῶν ἀνδρῶν γυμναζομένων. τὸν δὲ ἱππόδρομον ἱππέων
ἱππαζομένων. τοὺς δὲ ἀκοντιστὰς καὶ τοὺς τοξότας ἐπὶ στοί-
χων ἰόντας. ἀξίαν δὲ καὶ ὅλην τὴν πόλιν ἐν ᾗ ἦν θέας
ἐποίησεν. ἥ τε γὰρ ἀγορὰ παντοδαπῶν ἦν μεστὴ καὶ ὅπλων
καὶ ἵππων ὠνίων. οἵ τε χαλκοτύποι, καὶ οἱ τέκτονες, καὶ
οἱ σιδηρεῖς, καὶ σκυτεῖς, καὶ κναφεῖς, πάντες πολεμικὰ
ὅπλα κατεσκεύαζον. ὥστε τὴν πόλιν ὄντως οἴεσθαι ἂν πο-
λέμου ἐργαστήριον εἶναι. ἐπερρώσθη δ' αὖ τις κἀκεῖνο ἰ-
δὼν, Ἀγησίλαον μὲν πρῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς ἄλλους
στρατιώτας ἐστεφανωμένους τε ὅπου ἀπὸ τῶν γυμνασί-
ων ἴοιεν, καὶ ἀνατιθέντας τοὺς στεφάνους τῇ Ἀρτέμιδι. ὅ-
που γὰρ ἄνδρες θεοὺς μὲν σέβοιεν, πολεμικὰ δὲ ἀσκοῖεν,
πειθαρ

quamopulētißimi effecti sunt. Item cùm transfugæ,
ut fit, ad regē irent, uellētq; aliquas res subducere,
diligentiā adhibebat ut ab ipsis amicis hæ caperen
tur, quò & unà locupletarētur, clarioresq; fierēt:
quas quidē ob res statim multos suæ amicitiæ cupi
dos reddidit. Noscēs autē eam regionē quæ in præ
dam uersa desertaq; esset, nō posse ad multū tempo/
ris exercitū sustinere: quæ uerò habitaretur serere
turq;, perpetuū præbere alimentum: studuit ut non
solùm ui hostes caperet, uerùm et humanitate ad se
pertraheret. Quare milites sæpenumero monebat
ut captiuos non ut iniustos cruciarent, sed ut homi
nes seruarent. Persæpe etiā quādo castra mutaret,
si paruos negociatorū pueros relictos acciperet,
quos eò multi uendebāt, quia putarent nō eos pos/
se & ferre & nutrire, curauit quò & hi quendam
in locum conueherentur: atq; illorum item capti/
uorum qui ob senium & ipsi relinquerentur, impe
rabat curam habendam esse, ne siue à canibus siue
à lupis trucidarentur: quapropter non hi solùm qui
hæc audirent, sed & captiui quoque sibi fiebant
beneuoli. Quot autē urbes in deditionē accepisset,
auferens his quæ serui ministeria heris præstant, ea
imperabat quibus liberi principibus parent: quorū
autem mœnia nulla ui potuisset, humanitate & cle/
mentia capiebat. Cùm ergo neq; in campis Phry/
giæ propter Pharnabazi equitatum militare pos/
set, uisum est Agesilao equitem parari oportere, ne
fugiens bellare cogeretur. Itaq; ditißimos ex illius
regionis urbibus qui equos alerent delegit: prædi/
xitq; eum militiæ non fore obnoxiū, qui equos et ar
ma, probumq; uirum præbuisset. Effecitq; hoc pa/
cto ut omnes hæc animo promptißimo gererēt, ceu
si quis hominem pro se moriturum studiosè perqui
sierit. Statuit item ex quibus urbibus equites præ/
parandi forent, ratus is quidem euestigio ex illis
urbibus quibus ad alendos equos cura demandata
fuerat, permultos sanè strenuos ac animosos circa
equestrem fore. Hoc etiam mirificè & præclarè fa
cere uisus est, quòd & equitatus paratus est sibi et
robustus illicò, atque ad res gerendas acer factus.
Sed imminente iam uere, exercitum omnē ad Ephe
sum coegit: quem uolens exercere, præmia propo/
suit, tum equestribus ordinibus si quis optimè equi
tarit, tum pedestribus si quis optimè sese corpore
gesserit: atque scutatis etiam sagittarijsq; qui opti/
mè suo functi officio uiderentur, præmia proposuit.
Itaque intueri licebat tum gymnasia referta uiris
certantibus, tum circum equitibus equestrem a/
gentibus, tum denique iaculatores & sagittarios
ordine gradientes: sicq; totam urbem in qua erat,
spectaculo dignam fecit. Nam & forum completū
erat omnino & armis & equis uenalibus: ærarij
quoque & lignarij & ferarij & coriarij & fullo/
nes omnes bellica arma conficiebant: quare urbem
illam planè censuisses belli officinam. Delectari au/
tem & hac re aliquis potuisset, qui illud conspe/
xisset, Agesilaum primò, deinde alios milites,
& coronis insignes cùm à gymnasijs redirent, &
Dianæ ipsi coronas offerentes. Enimuero ubi
homines deos metuant, bellicas res exerceant,

pri/

principibus obediant, quomodo non hic omnia plena optimæ spei forent? Ratus præterea robustiores quodammodo milites ex contemptu hostium ad pugnandum reddi, prædixit præconibus ut barbari à latronibus capti, nudi uenundarentur. quos milites illi intuentes tum albos, quia nunquam exuerētur, tum pingues & molles, propterea quòd in uehiculis semper existerent, putarunt nihilo esse magis bellum formidandum, quàm si mulieribus bellum inferre oporteret. Prædixit etiam militibus, sese ad munitissima & optima regionis illius loca ducturum exercitum, quò iam inde corpora illi atq; animum quasi pugnaturi ei præpararent. Tissaphernes autem hæc eò ab Agesilao dici arbitratus est, quò rursus eum falleret. uelle autem indubitatò in Cariam irrumpere: quare per id temporis peditem ueluti antea in Cariam transtulit, equitem uerò ad Meandri campum constituit. Sed Agesilaus nihil ementitus, in Sardianum solum, sicuti dixerat perrexit: profectusq; dies tres nusquam obuiam factis hostibus, ubertim rebus necessarijs refersit exercitum. Quarta autem luce uenerunt hostium equites, quorum imperator dixit impedimentorum præfecto, ut transiecto Pactolo fluuio castrametaretur. Ipsi uerò Græcos eos intuentes qui sequerentur ad prædam intentos, multos enecarunt. Quod ubi sensisset Agesilaus, equitibus iussit illis auxilium ferrent. At Persæ ubi auxilium uiderunt, in unum conuenere, ac se contrà ad pugnam struxerunt perquàm multis equitum ordinibus. Hic igitur cùm sciret Agesilaus peditem nondum adesse hostibus, sibi uerò abesse ex apparatu nihil, tempus idoneum uisum est, quo si per hostem liceat, prælio decernat. Itaq; cæsis hostijs, e uestigiò in aduersum equitem phalangem duxit. Adolescentes secum unà currere, scutatis autem dixit cursu subsequerentur: equites autem ut irrumperent, monuit. Sic igitur ipso omniq; exercitu insequente, equites ipsi à fortissimis Persarum excepti sunt: sed posteaquam barbari cunctis unà difficultatibus premerētur, inclinata est acies, et alij illicò in fluuiū delapsi, alij in fugā cōuersi sunt. At Græci corū castra insequentes capiunt, ac ueluti fieri solet, scutati in rapinam uertuntur. Agesilaus autē inter amicos hostesq; medius cōstitutus, castra circūlocauit. Cùm uero hostes tumultuari audisset, quoniam malè actam rem sibi inuicē crimini darent, confestim aduersus Sardos exercitum duxit, ubi omnes circum urbem locos & incendit simul & populatus est: simulq; per præconem nunciauit, ut hi qui liberi esse uellet, ad se tanquam ad socium irent. Quòd si qui Asiam suam facerent, aduersus liberatores armis decernerēt. Sed posteaquam nemo cōtrà egressus est, securè posthac militabat: uidebatq; Græcos illos qui antea barbaros adorare cogebātur, ab his honorari, à quibus cōtumeliam suscipiebāt. Illos autem qui uel deorum immortaliū honoribus sese frui dignabātur, effecit ut neq; intueri aduersus Græcos auderēt. atq; amicorum solū ab omni præda tutū præstitit hostiū uerò ita fruitus agro est, ut duobus annis centū talenta et amplius deo apud Delphos decimā dedicarit. At rex

πειθαρχίαν δὲ μελετῶν, πῶς οὐκ εἰκὸς ἐν ταῦθα πάντα μεστὰ ἐλπίδων ἀγαθῶν εἶναι; ἡγούμενος δὲ καὶ τὸ καταφρονεῖν τῶν πολεμίων, ῥώμην τινὰ ἐμβάλλειν πρὸς τὸ μάχεσθαι, προεῖπε τοῖς κήρυξι τοὺς ὑπὸ τῶν λῃστῶν ἁλισκομένους βαρβάρους, γυμνοὺς πωλεῖν. ὁρῶντες οὖν οἱ στρατιῶται λευκοὺς μὲν διὰ τὸ μηδέποτε ἐκδύεσθαι, πίονας δὲ καὶ ἀπόνους διὰ τὸ ἀεὶ ἐπ' ὀχημάτων εἶναι, ἐνόμιζον μηδὲν ἐν διοίσειν τὸν πόλεμον, ἢ εἰ γυναιξὶ δέοι μάχεσθαι. προεῖπε δὲ καὶ τοῖς στρατιώταις, ὡς εὐθὺς ἡγήσοιτο τὴν συντομωτάτην ἐπὶ τὰ κράτιστα τῆς χώρας, ὅπως αὐτόθεν αὐτῷ τὰ σώματα καὶ τὴν γνώμην παρασκευάζοιντο ὡς ἀγωνιούμενοι. ὁ μέντοι Τισσαφέρνης ταῦτα μὲν ἐνόμισε λέγειν αὐτὸν πάλιν βουλόμενον ἐξαπατῆσαι, εἰς Καρίαν δὲ νῦν τῷ ὄντι ἐμβαλεῖν. τό τε οὖν πεζὸν καθάπερ τὸ πρόσθεν εἰς Καρίαν διεβίβασε, καὶ τὸ ἱππικὸν εἰς τὸ Μαιάνδρου πεδίον κατέστησεν. ὁ δὲ Ἀγησίλαος οὐκ ἐψεύσατο. ἀλλ' ὥσπερ προεῖπεν, εὐθὺς ἐπὶ τὸν Σαρδιανὸν τόπον ἐχώρησε. καὶ τρεῖς μὲν ἡμέρας δι' ἐρημίας πολεμίων πορευόμενος, πολλὰ τὰ ἐπιτήδεια τῇ στρατιᾷ παρεῖχε. τῇ δὲ τετάρτῃ ἡμέρᾳ ἧκον οἱ τῶν πολεμίων ἱππεῖς. καὶ τῷ μὲν ἄρχοντι τῶν σκευοφόρων εἶπεν ὁ ἡγεμὼν, διαβάντι τὸν Πακτωλὸν ποταμὸν στρατοπεδεύεσθαι· αὐτοὶ δὲ κατιδόντες τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀκολούθους ἐσπαρμένους καθ' ἁρπαγὴν, πολλοὺς αὐτῶν ἀπέκτειναν. αἰσθόμενος δὲ ὁ Ἀγησίλαος, βοηθεῖν ἐκέλευσε τοὺς ἱππέας. οἱ δ' αὖ Πέρσαι ὡς εἶδον τὴν βοήθειαν, ἡθροίσθησαν, καὶ ἀντιπαρετάξαντο παμπλήθεσι τῶν ἱππέων τάξεσιν. ἔνθα δὴ ὁ Ἀγησίλαος γιγνώσκων ὅτι τοῖς μὲν πολεμίοις οὔπω παρείη τὸ πεζὸν, αὐτῷ δὲ οὐδὲν ἀπείη τῶν παρεσκευασμένων, καιρὸν ἡγήσατο μάχην συνάψαι, εἰ δύναιτο. σφαγιασάμενος οὖν, τὴν μὲν φάλαγγα εὐθὺς ἦγεν ἐπὶ τοὺς ἀντιτεταγμένους ἱππέας. ἐκ δὲ τῶν ὁπλιτῶν ἐκέλευσε τινὰς ἀφ' ἥβας θεῖν ὁμόσε αὐτῷ. τοῖς δὲ πελτασταῖς, εἶπε δρόμῳ ὑφηγεῖσθαι. παρήγγειλε δὲ καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ἐμβάλλειν ὡς αὐτοῦ τε καὶ παντὸς τοῦ στρατεύματος ἑπομένου. τοὺς μὲν δὴ ἱππέας ἐδέξαντο οἱ ἀγαθοὶ τῶν Περσῶν. ἐπεὶ δὲ ἅμα πάντα δεινὰ παρῆν ἐπ' αὐτοὺς, ἐνέκλιναν. καὶ οἱ μὲν αὐτῶν εὐθὺς ἐν τῷ ποταμῷ ἔπεσον· οἱ δὲ ἄλλοι ἔφευγον. οἱ δὲ Ἕλληνες ἑπόμενοι, αἱροῦσι καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν. καὶ οἱ μὲν πελτασταὶ ὥσπερ εἰκὸς, ἐφ' ἁρπαγὴν ἐτράποντο. ὁ δὲ Ἀγησίλαος ἔχων κύκλῳ πάντα καὶ φίλια καὶ πολέμια, περιεστρατοπεδεύσατο. ὡς δ' ἤκουσε τοὺς πολεμίους ταράττεσθαι, διὰ τὸ αἰτιᾶσθαι ἀλλήλους τοῦ γεγενημένου, εὐθὺς ἦγεν ἐπὶ Σάρδεις. κἀκεῖ ἅμα μὲν ἔκαιε καὶ ἐπόρθει τὰ περὶ τὸ ἄστυ· ἅμα δὲ καὶ κήρυγμα τι ἐδήλου, τοὺς μὲν ἐλευθερίας δεομένους, ὡς πρὸς σύμμαχον αὐτὸν παρεῖναι. εἰ δέ τινες τὴν Ἀσίαν ἑαυτῶν ποιοῦνται, πρὸς τὸ ἐλευθεροῦν τοὺς διακρινομένους ἐν ὅπλοις παρεῖναι. ἐπεὶ μέντοι οὐδεὶς ἀντεξῄει, ἀδεῶς δὴ τὸ ἀπὸ τούτου ἐστρατεύετο. τοὺς μὲν πρόσθεν προσκυνεῖν Ἕλληνας ἀναγκαζομένους, ὁρῶν τιμωμένους ὑφ' ὧν ὑβρίζοντο· τοὺς δὲ ἀξιοῦντας, καὶ τὰς τῶν θεῶν τιμὰς καρποῦσθαι, τούτους ποιήσας μηδ' ἀντιβλέπειν τοῖς Ἕλλησι δύνασθαι. καὶ τὴν μὲν τῶν φίλων χώραν ἀδῄωτον παρέχων, τὴν δὲ τῶν πολεμίων οὕτω καρπούμενος, ὥστε ἐν δυοῖν ἐτοῖν πλέον τῶν ἑκατὸν ταλάντων τῷ θεῷ ἐν Δελφοῖς δεκάτην ἀποθῦσαι. ὁ μέντοι Περσῶν βασι-

βασιλεὺς νομίσας Τισσαφέρνην αἴτιον εἶναι τοῦ κακῶς φέ-
ρεσθαι τὰ ἑαυτοῦ, Τιθραύστην καταπέμψας, ἀπέτεμεν αὐ-
τοῦ τὴν κεφαλήν. μετὰ δὲ τοῦτο τὰ μὲν τῶν βαρβάρων ἔτι
ἀθυμότερα ἐγένετο· τὰ δὲ Ἀγησιλάου πολὺ ἐρρωμενέ-
στερα. ἀπὸ πάντων γὰρ τῶν ἐθνῶν ἐπρεσβεύοντο περὶ φι-
λίας. πολλοὶ δὲ καὶ ἀφίσταντο πρὸς αὐτὸν ὀρεγόμενοι τῆς
ἐλευθερίας. ὥστε οὐκέτι Ἑλλήνων μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρ-
βάρων πολλῶν ἡγεμὼν ἦν ὁ Ἀγησίλαος. ἄξιόν γε μὴν
καὶ ἐντεῦθεν ὑπερβαλλόντως ἀγασθῆναι αὐτοῦ, ὅστις ἄρχων
μὲν παμπόλλων ἐν τῇ ἠπείρῳ πόλεων, ἄρχων δὲ καὶ νή-
σων, ἐπεὶ καὶ τὸ ναυτικὸν προσῆψεν αὐτῷ ἡ πόλις, αὐ-
ξανόμενος καὶ εὐκλείᾳ καὶ δυνάμει. παρὸν δ' αὐτῷ
πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς χρῆσθαι ὅτι ἐβούλετο. πρὸς δὲ τού-
τοις τὸ μέγιστον ἐπινοῶν, καὶ ἐλπίζων καταλύσειν τὴν
ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύσασαν πρότερον ἀρχήν, ὅμως
ὑπ' οὐδενὸς τούτων ἐκρατήθη. ἀλλ' ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ
ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν βοηθεῖν τῇ πατρίδι, ἐπείθετο τῇ πόλει
οὐδὲν διαφερόντως, ἢ εἰ ἐν τῷ ἐφορείῳ ἔτυχεν ἑστηκὼς
μόνος παρὰ τοὺς πέντε, μάλα ἔνδηλον ποιῶν, ὡς οὔτε
ἂν πᾶσαν τὴν γῆν δέξαιτο ἀντὶ πατρίδος, οὔτε τοὺς
ἐπικτήτους ἀντὶ τῶν ἀρχαίων φίλων. οὔτε αἰσχρὰ, καὶ
ἀκίνδυνα κέρδη μᾶλλον, ἢ μετὰ κινδύνων τὰ καλὰ καὶ
δίκαια. ὅσον γε μὴν χρόνον ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἔμεινε, πῶς οὐκ
ἀξιεπαίνου βασιλέως καὶ τοῦτ' ἔργον ἐπεδείξατο; ὅστις
παραλαβὼν πάσας πόλεις ἐφ' ἃς ἄρχων ἐξέπλευσε στα-
σιαζούσας, διὰ τὸ τὰς πολιτείας κινηθῆναι, ἐπεὶ αἱ Ἀθη-
ναίων τῆς ἀρχῆς ἔληξαν, ἐποίησεν ὥστ' ἄνευ φυγῆς καὶ θα-
νάτων ἕως αὐτὸς παρῆν ὁμοίως πολιτευομένας καὶ εὐ-
δαίμονας τὰς πόλεις διατελέσαι. τοιγαροῦν οἱ ἐν τῇ
Ἀσίᾳ Ἕλληνες οὐχ ὡς ἄρχοντος μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς πα-
τρὸς καὶ ἑταίρου ἀπιόντος αὐτοῦ ἐλυποῦντο. καὶ τέλος
ἐδήλωσαν, ὅτι οὐ πλαστὴν τὴν φιλίαν παρείχοντο. ἐθε-
λούσιοι γοῦν αὐτῷ συνεβοήθησαν τῇ Λακεδαίμονι. καὶ
ταῦτα εἰδότες, ὅτι οὐ χείροσιν ἑαυτῶν δεήσοι μάχεσθαι.
τῶν μὲν δὴ ἐν τῇ Ἀσίᾳ πράξεων τοῦτο τέλος ἐγένετο. διαβὰς
δὲ τὸν Ἑλλήσποντον, ἐπορεύετο διὰ τῶν αὐτῶν ἐθνῶν, ὧνπερ ὁ
Πέρσης τῷ παμπληθεῖ στόλῳ, καὶ ἣν ἐνιαυσίαν ὁδὸν ὁ
βάρβαρος ἐποιήσατο, ταύτην μεῖον ἢ ἐν μηνὶ κατήνυ-
σεν ὁ Ἀγησίλαος. οὐ γὰρ ὡς ὑστερήσειε τῆς πατρίδος προε-
θυμεῖτο. ἐπεὶ δὲ διαμείψας Μακεδονίαν, εἰς Θετταλίαν
ἀφίκετο, Λαρισαῖοι μὲν, καὶ Κραννώνιοι, καὶ Σκοτουσαῖοι,
καὶ Φαρσάλιοι, σύμμαχοι ὄντες Βοιωτοῖς, καὶ πάντες δὲ
Θετταλοί, πλὴν ὅσοι αὐτῶν φυγάδες τότε ὄντες ἐτύγχα-
νον, ἐκακούργουν αὐτὸν ἐφεπόμενοι. ὁ δὲ τέως μὲν ἦγεν
ἐν πλαισίῳ τὸ στράτευμα. τοὺς ἡμίσεις μὲν ἔμπροσθεν.
τοὺς ἡμίσεις δὲ ἐπ' οὐρᾷ ἔχων τῶν ἱππέων. ἐπεὶ δ' ἐκώ-
λυον τῆς πορείας αὐτὸν οἱ Θετταλοί, ἐπιτιθέμενοι τοῖς ὄ-
πισθεν, παραπέμπει ἐπ' οὐρὰν, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ προηγου-
μένου στρατεύματος καὶ τῶν περὶ αὐτόν. ὡς δὲ παρετάξαν-
το ἀλλήλοις, οἱ μὲν Θετταλοὶ νομίσαντες οὐκ ἐν καλῷ εἶ-
ναι πρὸς τοὺς ὁπλίτας ἱππομαχεῖν, στρέψαντες βάδην
ἀπεχώρουν. οἱ δὲ μάλ' ἀφρόνως ἐφείποντο. γνοὺς δὲ ὁ
Ἀγησίλαος ἃ ἑκάτεροι ἡμάρτανον, παραπέμπει τοὺς ἀμφ'
αὐτὸν μάλα εὐρώστους ἱππέας, καὶ κελεύει τοῖς τε ἄλλοις πα-
ραγγέλλειν, καὶ αὐτοὺς διώκειν κατὰ κράτος, καὶ μηκέτι δοῦ-
ναι αὐτοῖς ἀναστροφήν. οἱ δὲ Θετταλοὶ ὡς εἶδον παρὰ δόξαν
ἐλαύ-

rex Persarum Tissaphernem aduersarum sibi rerũ au/
torem esse ratus, misso Tithrauste, eum capite obtrun/
cat. Deinde uerò barbarorum res ignauius se habere,
Agesilai autem longè robustius. ab omnibus enim gen
tibus ad eius amicitiam comparandam legati mitte/
bantur. Multi etiam ad eum defecere, libertatis deside
rio agitati. Itaq; non iam Græcorum solùm, uerùm et
magnæ barbarorum multitudinis dux erat Agesilaus.
Profectò & hinc Agesilaum inaudata quadam eum ad
miratione laudandum existimo, qui multarum in con/
tinente urbium principatum possidens, & insulis non/
nullis imperitans (nam & classem sibi ciuitas addidit)
auctus præterea & gloria & uiribus, cùm ei in ma/
nu esset pro uoluntate plurima facinora optimaque
conficere: ac præter omnia, quod maximum fuerat,
animo uolutans speransq; eam rescindere ditionem,
quæ prius in Græciam meruerat, re tamen nulla tene/
ri potuit, sed cum ab ciuitatis principibus nuncius ue/
nisset ut patriæ succurreret, nihilo minus reipublicæ
paruit, quàm si solus præter illos quinque patrio more
in Ephorio stetisset: sicq; perspicuum fecit, ut neq; to/
tum orbem terrarum patriæ, neque nouos ueteribus
amicis, neq; turpes ac tutos quæstus his anteponeret,
qui cum periculis honesti & iusti essent. Quanto au/
tem tempore cum imperio mansit, nonne & hoc lau/
datissimi regis esse opus ostendit? Qui cùm omnes ciui
tates ad quas regendas nauigarat, dissidentes propter
rerumpublicarum motum ex amisso Atheniensiũ prin
cipatu accepisset, effecit ut sine uel auxilio uel nece,
quandiu affuit, inter se concordia uterentur, & ipsas
urbes opulentas atque tranquillas redderet. Itaque hi
Græci qui Asiam incolunt, eius discessum non ut prin/
cipis modo, uerumetiam ut patris, ut socij dolebant,
atque ad ultimum ostenderunt non ficta illum beneuo/
lentia coluisse. Denique ultrò cum eo in Lacedæmo/
nis auxilium iere: ne hi quidem ignari, sibi non aduer
sus imbecilliores pugnandum fore. Rerum igitur ge/
starum in Asia hic fuit finis. Sed cùm Hellespontum
traiecisset, per easdem nationes profectus est, per quas
antea Perses fuerat classe permaxima: & quod bar/
barus annuum iter fecerat, id mensem & minus Age/
silaus confecit. Non enim ut patria orbaretur stude/
bat. Ac postea quam itinere per Macedoniam facto
Thessaliam attigit, Larissei & Cranonij & Scotussij
& Pharsalij Bœotiorum socij; & omnes præterea
Thessali, nisi quotquot eorũ exules per id tẽporis erãt,
insequentes hi turbas inferebant. Veruntamen quadra
to agmine Agesilaus exercitum duxit, habens equitũ
dimidium ante, dimidium uerò post exercitũ. Sed ubi
Thessali ab itinere arcerẽt, utpote qui postremos in/
uaderẽt, trãsmittit ad postremos partẽ ex his qui præ/
cedebant, & ex his partem qui circum se erant. Vt au
tem inuicem contrà instructi sunt, Thessali existiman/
tes, non malum quidem esse, si equites aduersus gra/
uius armatos pedites pugnarent, retrouersi abibant
sensim, Græci uero quàm temerè insequebantur. At
noscens utrorunque errata Agesilaus, transmittit
quem circa sese habebat robustum equitem, iubet/
que tum alios moneant, tum & ipsi uehementer in/
sectentur, & illis reditum iam non admittant.
Sed Thessali ut uiderunt secus atque opinarentur

Graecos fugare, impellere, insequi, alij neq; reuerterunt, alij uerò cùm reuertere tentassent, ab equitibus quos transuersos habebant, capti sunt. Polycharmus autem Pharsalius equitum praefectus reuertitur, & fortiter pugnando cum suis occubuit. Quo facto, incredibilis hostium fit fuga, adeò ut alij interierint, alij uiui caperentur: neq; prius substiterunt quàm ad Antraciorum montem peruenissent: ubi Agesilaus trophaeum inter Antracem Nartheciumq; statuit, ibiq; mansit, ualde gesta re delectatus, quòd eos, qui plurimum suo equitatui tribuissent, instituto à se equitatu uicisset. Postridie uerò superatis Achaicis Pythiae montibus, reliquum iter omne iam per amicam regionem est profectus ad montes usque Boeotiorum. Hìc igitur instructa acie, Thebanos contrà nitentes offendens cum Atheniensibus, Corinthijs, Aenianis, Eboeis, Locrisq; utrisque, nihil cunctatus est, quinimò extemplò se ad pugnam accinxit, habens Lacedaemoniorum tribum unam & semis, ex socijs autem per id temporis Phocenses & Orchomenios solum, & reliquum exercitum quem ipse ducebat. Hoc autem non eò dico, quòd & multo pauciores ac longe infirmiores copias habens congressus sit. Quòd si id dicerem, uiderer certè & Agesilaum amentiae, & meipsum stultitiae denotare, si eum laudarem, qui maximarum rerum periculum temere subijsset: quin potius hac eum in re admiror, quod copias nihilo pauciores quàm hostium essent, comparauerit, quas ita instruxit armis, ut omnia aerea, punicea omnia uiderentur. Operam etiam dedit, ut milites possent labores sustinere, ipsorumq; animos adeò erexit, ut aduersos quoscunq; pugnare oporteret satis haberent roboris: eamq; suis certatim aemulationem & contentionem iniecit, ut singuli fortissimi uiderentur. Spe nanque repleuit omnes qui probe sese ac strenue gererent, multarum rerum bonarumque assequendarum. Existimabat enim huiusmodi se munitum hominibus promptissimis, aduersus hostes dimicaturum: neque certe eum sua fefellit opinio. Narrabo autem pugnam ipsam: etenim huiusmodi fuit qualis nostra tempestate alia prorsus nulla. Conuenerant in Coroneae campum alij cum Agesilao ex Cephiso, alij cum Thebanis ex Helicone: conspiciebanturque inuicem phalanges ipsae pari admodum apparatu, & equites utrinque pari aderant ferè numero. Tenebat Agesilaus dextrum exercitus sui cornu, cui ad leuam Orchomenij postremi aderant: ex altera item parte Athenienses dextrum. Argiui autem habebant leuum, ac concurrentibus ipsis magnum erat utrinque silentium. Cùm uerò circiter stadium inter se distarent, Thebani contrà clamore sublato cursim unà ferebantur. At posteaquam trium fermè iugerùm interuallo essent disiuncti, ex Agesilai phalange aduersi cucurrerunt, quibus Eripides praeerat. Erant autem hi eorum partim qui ab initio secuti fuerant, partim Cyricorum aliqui, & Iones & Aeoles & Hellespontij, qui simul omnes, cùm impetu facto in hastam uenientes uertissent aduersum cornu, Argiui quidem Agesilai aciem nequaquam sustinuere, quin fuga in Heliconem se reciperent. Atq; in hoc loco quidā ex peregrino milite Agesilaum iam coronarunt. Interea nunciat ei quidam Thebanos Orchomeniorum

ἐλαύνοντας, οἱ μὲν αὐτῶν οὐδ' ἀνέστρεψαν· οἱ δὲ καὶ ἀναστρέφειν πειρώμενοι, πλαγίους ἔχοντες τοὺς ἵππους ἡλίσκοντο. πολύχαρμος μέντοι ὁ φαρσάλιος ἱππαρχῶν, ἀνέστρεψέ τε καὶ μαχόμενος σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἀποθνήσκει. ὡς δὲ τοῦτ' ἐγένετο, φυγὴ γίνεται ἐξαισία. ὥσθ' οἱ μὲν ἀπέθνησκον αὐτῶν, οἱ δὲ καὶ ζῶντες ἡλίσκοντο. ἔστησαν δ' οὖν οὐ πρόσθεν, πρὶν ἢ ἐπὶ τῷ ὄρει τῶν ἀνθρακίων ἐγένοντο· καὶ τότε μὲν δὴ ὁ ἀγησίλαος τρόπαιόν τε ἐστήσατο μεταξὺ πραντὸς καὶ ναρθακίου. καὶ αὐτοῦ κατέμεινε μάλα ἡδόμενος τῷ ἔργῳ, ὅτι τοὺς μέγιστον φρονοῦντας ἐφ' ἱππικῇ ἐνενικήκει, σὺν ᾧ αὐτὸς ἐμηχανήσατο ἱππικῷ. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὑπερβάλλων τὰ ἀχαϊκὰ τῆς φθίας ὄρη, τὴν λοιπὴν ἤδη πᾶσαν διὰ φιλίας ἐπορεύθη εἰς τὰ βοιωτῶν ὅρια. ἐνταῦθα δὴ ἀντιτεταγμένους εὑρὼν θηβαίους, ἀθηναίους, κορινθίους, αἰνιᾶνας, εὐβοέας, καὶ λοκροὺς ἀμφοτέρους, οὐδὲν ἐμέλλησεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ φανεροῦ ἀντιπαρετάττετο. λακεδαιμονίων μὲν ἔχων μόραν καὶ ἥμισυ, τῶν δ' αὐτόθεν συμμάχων φωκέας καὶ ὀρχομενίους μόνους. τὸ δ' ἄλλο στράτευμα ὅπερ ἤγαγεν αὐτός. καὶ οὐ τοῦτο λέξων ἔρχομαι, ὡς πολὺ μὲν ἐλάττους, πολὺ δὲ χείρονας ἔχων, ὅμως συνέβαλεν. εἰ γὰρ ταῦτα λέγοιμι, ἀγησίλαόν τ' ἂν μοι δοκῶ ἄφρονα ἀποφαίνειν, καὶ ἐμαυτὸν μωρόν, εἰ ἐπαινοίην τὸν περὶ τῶν μεγίστων εἰκῇ κινδυνεύοντα. ἀλλὰ μᾶλλον τάδ' αὐτοῦ ἄγαμαι, ὅτι πλῆθός τε οὐδὲν μεῖον ἢ τὸ τῶν πολεμίων παρεσκευάσατο, ὥπλισέ τε οὕτως ὡς ἅπαντα μὲν χαλκόν, ἅπαντα δὲ φοινικᾶ φαίνεσθαι. ἐπεμελήθη δ' ὅπως οἱ στρατιῶται τοὺς πόνους δυνήσοιντο ὑποφέρειν. ἐνέπλησε δὲ καὶ φρονήματος τὰς ψυχὰς αὐτῶν, ὡς ἱκανοὶ εἶεν πρὸς οὕστινας δέοι μάχεσθαι. ἔτι δὲ φιλονεικίαν ἐνέβαλε πρὸς ἀλλήλους τοῖς μετ' αὐτοῦ, ὅπως ἕκαστοι αὐτῶν ἄριστοι φαίνοιντο. ἐλπίδων γε μὴν πάντας ἐνέπλησεν, ὡς πᾶσι πολλὰ κἀγαθὰ ἔσοιτο, εἰ ἄνδρες ἀγαθοὶ γίγνοιντο. νομίζων ἐκ τῶν τοιούτων ἀνθρώπων προθυμότατα τοῖς πολεμίοις μάχεσθαι. καὶ μέντοι οὐκ ἐψεύσθη. διηγήσομαι δὲ καὶ τὴν μάχην. καὶ γὰρ ἐγένετο οἵαπερ οὐκ ἄλλη τῶν ἐφ' ἡμῶν. συνῆλθον μὲν γὰρ εἰς τὸ κατὰ κορώνειαν πεδίον, οἱ μὲν σὺν ἀγησιλάῳ ἀπὸ τοῦ κηφισοῦ, οἱ δὲ σὺν τοῖς θηβαίοις ἀπὸ τοῦ ἑλικῶνος. ἑώρων δὲ τάς τε φάλαγγας ἀλλήλων μάλα ἰσομάλους. σχεδὸν δὲ καὶ οἱ ἱππεῖς ἦσαν ἑκατέρων ἰσοπληθεῖς. εἶχε δὲ ὁ ἀγησίλαος μὲν τὸ δεξιὸν τὸ μεθ' ἑαυτοῦ. ὀρχομένιοι δὲ ἔσχατοι ἦσαν αὐτῷ τοῦ εὐωνύμου· οἱ δ' αὖ θηβαῖοι αὐτοὶ μὲν δεξιοὶ ἦσαν· ἀργεῖοι δ' αὐτοῖς τὸ εὐώνυμον εἶχον. συνιόντων δὲ, τέως μὲν σιγὴ πολλὴ ἦν ἀπ' ἀμφοτέρων. ἡνίκα δὲ ἀπεῖχον ἀλλήλων ὅσον στάδιον, ἀλαλάξαντες οἱ θηβαῖοι, δρόμῳ ὁμόσε ἐφέροντο. ὡς δὲ τριῶν ἔτι πλέθρων ἐν μέσῳ ὄντων, ἀντεξέδραμον ἀπὸ τῆς ἀγησιλάου φάλαγγος ὧν ἡριππίδας ἐξενάγει (ἦσαν δ' οὗτοι τῶν τε ἐξ οἴκου αὐτῷ συστρατευσαμένων καὶ τῶν κυρείων τινὲς) καὶ ἴωνες δὲ καὶ αἰολεῖς καὶ ἑλλησπόντιοι ἐχόμενοι, καὶ πάντες οὗτοι τῶν συνεκδραμόντων τε ἐγένοντο, καὶ εἰς δόρυ ἀφικόμενοι ἐτρέψαντο τὸ καθ' ἑαυτούς. ἀργεῖοι μὲν οὐκ ἐδέξαντο τοὺς ἀμφ' ἀγησίλαον, ἀλλ' ἔφυγον ἐπὶ τὸν ἑλικῶνα. κἀνταῦθα οἱ μέν τινες τῶν ξένων ἐστεφάνουν ἤδη τὸν ἀγησίλαον. ἀγγέλλει δέ τις αὐτῷ ὅτι θηβαῖοι τοὺς ὀρχομενίους

μένοι διαπεπτωκότες ἐν τοῖς σκευοφόροις εἰσί. καὶ ὁ μὲν εὐθὺς ἐξελίξας τὴν φάλαγγα, ἦγεν ἐπ' αὐτούς· οἱ δ' αὖ Θηβαῖοι ὡς εἶδον τοὺς συμμάχους πρὸς τῷ Ἑλικῶνι πεφευγότας, διαπεσεῖν βουλόμενοι πρὸς τοὺς ἑαυτῶν, ἐχώρουν ἐρρωμένως. ἐνταῦθα δὴ Ἀγησίλαον ἀνδρεῖον μὲν ἔξεστιν εἰπεῖν ἀναμφιλόγως. οὐ μέντοι εἵλετό γε τὰ ἀσφαλέστατα. ἐξὸν γὰρ αὐτῷ παρέντι τοὺς διαπίπτοντας, ἑπομένῳ χειροῦσθαι τοὺς ὄπισθεν, οὐκ ἐποίησε τοῦτο, ἀλλ' ἀντιμέτωπος συνέρραξε τοῖς Θηβαίοις. καὶ συμβαλόντες τὰς ἀσπίδας ἐωθοῦντο, ἐμάχοντο, ἀπέκτεινον, ἀπέθνησκον, καὶ κραυγὴ μὲν οὐδεμία παρῆν· οὐ μὴν οὐδὲ σιγή. φωνὴ δέ τις ἦν τοιαύτη οἵαν ὀργή τε καὶ μάχη παράσχοιτ' ἄν. τέλος δὲ τῶν Θηβαίων οἱ μὲν διαπίπτουσι πρὸς τὸν Ἑλικῶνα, πολλοὶ δ' ἀποχωροῦντες ἀπέθανον. ἐπεὶ δὲ ἡ μὲν νίκη σὺν Ἀγησιλάῳ ἐγεγόνει, τετρωμένος δ' αὐτὸς προσηνέχθη πρὸς τὴν φάλαγγα, προσελάσαντές τινες τῶν ἱππέων, λέγουσιν αὐτῷ, ὅτι τῶν πολεμίων ὀγδοήκοντα σὺν τοῖς ὅπλοις ὑπὸ τῷ ναῷ εἰσι, καὶ ἠρώτων τί χρὴ ποιεῖν. ὁ δέ, καίπερ πολλὰ τραύματα ἔχων πάντοσε καὶ παντοίοις ὅπλοις, ὅμως οὐκ ἐπελάθετο τοῦ θείου, ἀλλ' ἐᾶν τε ἀπιέναι ὅποι βούλοιντο ἐκέλευε, καὶ ἀδικεῖν οὐκ εἴα. καὶ προπέμψαι ἐπέταξε τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἱππέας ἔστε ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἐγένοντο. ἐπεί γε μὴν ἔληξεν ἡ μάχη, παρῆν δὴ θεάσασθαι ἔνθα συνέπεσον ἀλλήλοις, τὴν μὲν γῆν αἵματι πεφυρμένην, νεκροὺς δὲ κειμένους φιλίους καὶ πολεμίους μετ' ἀλλήλων. ἀσπίδας δὲ διατεθρυμμένας, δόρατα συντεθραυσμένα, ἐγχειρίδια γυμνὰ κολεῶν, τὰ μὲν χαμαί, τὰ δ' ἐν σώματι, τὰ δ' ἔτι μετὰ χεῖρας. τότε μὲν οὖν (καὶ γὰρ ἦν ἤδη ὀψὲ) συνελκύσαντες τοὺς τῶν πολεμίων νεκροὺς εἴσω φάλαγγος, ἐδειπνοποιήσαντο καὶ ἐκοιμήθησαν. πρωὶ δὲ Γῦλον τὸν πολέμαρχον παρατάξαι τε ἐκέλευσε τὸ στράτευμα, καὶ τρόπαιον ἵστασθαι, καὶ στεφανοῦσθαι πάντας τῷ θεῷ, καὶ τοὺς αὐλητὰς πάντας αὐλεῖν. καὶ οἱ μὲν ταῦτ' ἐποίουν. οἱ δὲ Θηβαῖοι ἔπεμψαν κήρυκα ὑποσπόνδους τοὺς νεκροὺς αἰτοῦντες θάψαι, καὶ οὕτω δὴ αἵ τε σπονδαὶ γίγνονται. καὶ ὁ Ἀγησίλαος οἴκαδε ἀπεχώρει, ἑλόμενος ἀντὶ τοῦ μέγιστος εἶναι ἐν τῇ Ἀσίᾳ, οἴκοι τὰ νόμιμα μὲν ἄρχειν, τὰ νόμιμα δὲ ἄρχεσθαι. ἐκ δὲ τούτου κατανοήσας τοὺς Ἀργείους τὰ μὲν οἴκοι καρπουμένους, Κόρινθον δὲ προσειληφότας, ἡδομένους δὲ τῷ πολέμῳ, στρατεύει ἐπ' αὐτούς, καὶ δῃώσας πᾶσαν αὐτῶν τὴν χώραν, εὐθὺς ἐκεῖθεν ὑπερβαλὼν κατὰ τὰ στενὰ εἰς Κόρινθον, αἱρεῖ τὰ ἐπὶ τὸ Λέχαιον τείνοντα τείχη. καὶ ἀναπετάσας τῆς Πελοποννήσου τὰς πύλας, οὕτως οἴκαδε ἀπελθὼν εἰς τὰ Ὑακίνθια, ὅπου ἐτάχθη ὑπὸ τοῦ χοροποιοῦ, τὸν παιᾶνα τῷ θεῷ συνεπετέλει. ἐκ τούτου δὲ αἰσθανόμενος τοὺς Κορινθίους, πάντα μὲν τὰ κτήνη ἐν τῷ Πειραίῳ σωζομένους, μέγιστον δὲ ἡγησάμενος ὅτι Βοιωτοὶ ταύτῃ ἐκ Κρεύσιος ὁρμώμενοι εὐπετῶς τοῖς Κορινθίοις συνεγίγνοντο, στρατεύει ἐπὶ τὸ Πείραιον. ἰδὼν δὲ ὑπὸ πολλῶν φυλαττόμενον, ὡς ἐνδιδομένης τῆς πόλεως, ἐξ ἀρίστου μετεστρατοπεδεύσατο πρὸς τὸ ἄστυ. αἰσθόμενος δὲ ὑπὸ νύκτα βεβοηθηκότας ἐκ τοῦ Πειραίου εἰς τὴν πόλιν πανσυδί, ὑποστρέψας ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, αἱρεῖ τὸ Πείραιον, ἔρημον εὑρὼν φυλακῆς. καὶ τά τε ἄλλα τὰ ἐνόντα λαμβάνει, καὶ τὰ τείχη ἀνετετείχιστο.

meniorum perrupta acie inter impedimenta uersari: quare phalange subitò conuersa in Thebanos ferebatur. Sed hi ubi socios ad Heliconē fugisse intuerentur, elabi uolentes, sese ad suos magna ui recipiebant. Iam hinc Agesilaum fortem quidem uirum appellare licet indubitatò: non enim tutißima eligebat. Nā licebat ei sinenti hostes abire, ubi insequi uoluisset postremos capere: quod facere certe noluit, sed aduersa fronte cum Thebanis accerrimè conflixit. Itaq; summa ui congreßi feriebant, pugnabant, necabant, moriebātur: neq; clamor quisquā aderat, neq; silentium item, sed quædam erat eiusmodi uox, qualem ira ac prælium edere solet. Tandem uerò Thebani alij ad Heliconem se recipiunt, multi autem fugientes cæsi sunt. Vt uerò uictoria ceßit Agesilao, & ipse saucius ad phalangem delatus est, accelerantes equitum aliqui, ei nunciant octoginta ex hostium numero, eosq; armatos sub templum esse, quidq; faciundum sit, rogant. Is autem quanquam multis ubique corpus ex omni telorum genere confossus esset, non tamē numinis oblitus est, sed quò uellent eos abire ut sinerent iußit, et afficere iniuria non permisit: mandauitq; eousq; sui equites illos deducerēt, quoad in tuto ponerentur. Finito quidem prælio spectare iam licebat quo in loco duo exercitus congreßi essent, terram sanguine rubefactam, cadaueraq; tum amicorum, tum hostium inuicem iacentia, clypeos perforatos, confractas hastas districtos gladios, alios humi, alios in corpore, alios adhuc in manibus. Tunc igitur, etenim iam uesper aduenerat, tractis hostiū cadaueribus intra phalangem, cum cœnati essent obdormiere. Manè autem iußit Gylo tribuno militū, ut & ordines instrueret, trophæumq; statueret, ut omnes in dei uenerationem coronarentur, cunctiq; tibicines tibijs canerent: qui iußis paruere. At Thebani per caduceatorē sub fœderibus ad sepulturam cadauera petierūt. Itaq; icto fœdere Agesilaus abijt domum, eligens domi potius pro legibus imperare, ac legitimè imperium pati, quàm esse in Asia maximus. Postea uerò Argiuos animaduertens, qui non modò domestico fruerentur imperio, uerùm & Corinthum quoq; adiecissent, bellum etiam gliscere, in eos expeditiones educit: populatusq; omnem ipsorum agrum, confestim inde Corinthum superatis angustijs petens, muros ad Lecheum tendentes capit: ac patefactis Peloponnesi ianuis, ita domum rediens ad Hyacinthia, ubi à chori principe constitutum fuerat, pæanem Apollini simul perfecit. Deinde autem Corinthios accipiens pecora omnia in Pyræum tutò contulisse, & ipsum Pyræum omne serere, ac fruges ex eo capere: maximum præterea ratus quòd Bœotij illac ex Creusi transeuntes, facilè cum Corinthijs se coniungebant, aduersum Pyræum cum exercitu processit. Quòd cùm non mediocri præsidio custodiri aduertisset, sumpto prandio, ad urbem perinde atque in deditionem eam recepturus traduxit exercitum. Sed cùm apud eum increbuisset, eos qui in Pyræo essent, cunctis copijs noctu in urbem auxilium uenisse, retrouersus quamprimum illuxisset, Pyræum quod præsidio uacuum offendebat, capit, & cùm alia intus inuenta sumit, tum muros euertit:

quibus gestis domũ repetit. Posthæc autẽ alacri animo Achiuis in societatẽ sese præstantibus, deprecantibusq́; ut se in Acarnaniã secũ militaturos duceret, ipsisq; Acarnanibus ad angustias insidentibus, superiores locos Agesilaus uelitibus occupans, pugnam conserit, & eorũ multis interfectis, trophæũ statuit: neq; prius quieuit quàm Acarnanes & Aetolos & Argiuos Achiuis amicos, sibi uerò socios effecisset. Sed posteaquã pacis cupidi legationes miserunt hostes, Agesilaus paci cõtradixit, quousq; eos qui Lacedæmoniorũ gratia ex Corinthijs Thebanisq; extorres agebantur, adegit urbes ut domũ redeuntes acciperent. Ad postremũ rursus & illos qui ex Phliasijs ob Lacedæmonios exulabãt, reduxit ipse, expeditionem aduersus Phluntẽ agens. Quòd si quis hæc alia quadam ratione carpit, ea profectò societatis amicitiæq; gratia gesta cõstat. Etenim postquã hi qui Thebas Lacedæmonaq; incolebãt, ab hostibus cæsi sunt, rursus his auxiliũ ferens, aduersus Thebas copias egit: ubi fossis omnia uallisq; munita cõperiens, superatis Canis capitibus (ita enim locũ nominant) agrũ omnem ad oppidum usq; deuastauit, facultatem Thebanis dimicandi faciens & in campo & in mõtibus, si uoluerint. Profectus est & in proximum annũ aduersus Thebas, superatisq; Scoli & munimentis & fossis, reliquam Bœotiã in prædã uertit. Quæ igitur ad hunc usq; locum contigere, pari secundaq; fortuna et ab ipso Agesilao urbeq; gesta sunt: quæ autem deinde enarrata secuta sunt, nemo certe dixerit ea ductu Agesilai accidisse. Rursum cùm suscepta in Leuctris clade, Tegeatas ipsius & amicos & hospites, Thebani cum Mantineis iam & Bœotijs omnibus, Arcadibusq; & Eliensibus insurgentibus, nouo bello lacessĕrent, obuiã cum exercitu fit, existimantibus multis neq; suum egredi solum ad multum temporis Lacedæmonios ausuros: populatusq; hostium agrum ita rursus domum abijt. Deinde uerò adorsis Lacedæmonem Arcadibus omnibus & Argiuis & Eliensibus & Bœotijs, itẽ & Phocensibus et utrisq; Locris & Thessalis & Aenianis & Acarnanibus Eubœisq;: defectione præterea facta seruorũ, multis etiam municipijs, ac Spartiatis ipsis in Leuctris ad id redactis, ut plures prælio interierint quàm relicti sint, urbem tamen tutatus est, eamq; sine muro. Qui quidem ubi omnino hostes præualerent, haud eò copias educebat, sed quo in loco ciues præualituri erant, cunctis sanè uiribus dimicabat: quippe qui putaret, ubi in latiorem locum exisset, undiq; circumueniri posse, sed in angustis locis & commodis subsistendo, quire omnino uincere. Cùm igitur exercitus abijsset, quis neget eũ seipso rite usum esse? Vt enim à militia & pedestri & equestri ob ætatem ingrauescentem prohibebatur, uideretq; rempub. pecunijs indigere, si quem uellet sibi socium asciscere, se ad eas quærendas parandasq; constituit: & quemcunq; poterat domi manẽs ingenio atq; industria moliebatur, & quæ tempus hortaretur in his se exercere nõ uerebatur: neq; erubescat, modò ciuitati profuturus esset, pro imperatore legatus ire. Veruntamen et in ipsa legatione, magni imperatoris munera obibat. Nam & Autophradates in Asso obsidens Ariobarzanem

interim per fœdera, interim per pacem datur à bello requies: tyrannis autem nunquam pax est cum his quos imperio premunt, neq; quisquam tyrannus unquam fœderibus possit fidere. Iam bella partim sunt quæ gerunt ciuitates, partim quæ tyranni cum his quos oppresserunt. Ex his sanè bellis quicquid est malorum, ea tyrannus cum ciuitatibus habet communia, eo quòd necesse sit & tyrannum & ciuitatem tum in armis esse, tum excubias agere, tum periclitari: & si quid triste acciderit uictis, utriq; super hoc discruciantur. Atq; hactenus quidem par est illis bellorum conditio. Cæterum quæ iucunda accidunt ciuitatibus, cum ciuitatibus bellum gerentibus, ea tyranni non habent. Nam ciuitates profectò si quãdo deuicerint hostes, haud dictu facile sit quantã capiant uoluptatem, dum inimicos cogunt terga uertere, quantam dum fugientes insequuntur, quantam dum trucidant hostes: quàm uerò exultant ac gestiũt de re præclarè gesta, quàm illustrẽ referunt gloriam, quàm gaudent, arbitrantes rẽpub. cõmodis auctã esse. Tum illorũ quisq; id sibi uendicat se & cõsilij fuisse participẽ, & quàm plurimos dedisse neci. Difficile uerò reperias, ubi non etiam affingant aliquid, narrãtes se plures occidisse, quàm reuera perierint: usqueadeo res istis uidetur speciosa, quòd ciuitas uicerit. At tyrãnus ubi suspicatur, aut etiam re compertum habet esse qui ipsi reluctentur, postquàm occiderit illos, nouit non totam ciuitatem in ipsius parteis accessurã, neq; nescit quòd iam paucioribus sit imperaturus. eoq; non potest hilaris esse, neq; se iactat de facinore, sed rem eleuat quantum potest, excusatq; sese simul hoc agens, ut ne per iniuriã fecisse uideatur. Adeò nec ipsi quod geritur, honestũ esse uidetur. Deinde occisis quos metuebat, nihilo magis ob id securus est, quin potius tam magis sibi cauet quàm antea. Ac tyrannus quidem tale bellum habet perpetuò, quod ipse in me perspicuũ facio. Nunc porrò considera amicitias, quarum participes sunt tyranni. Primùm enim quoniam magnum bonum hominibus sit amicitia, hoc cõsideremus. Etenim quicunq; uidelicet diligitur ab aliquibus, amantes libenter hunc intuentur præsentẽ, libenter benefaciunt: et si quò discesserit, eius tenentur desiderio, ac reuersum summa cum uoluptate excipiunt, cõmodis amici gratulantur. & si quid secus euenerit, opitulantur. Nec hoc fallit ciuitates, amicitiam maximum esse bonum ciuitatibus, remq; iucundissimã mortalibus. Itaq; multæ respub. legem habent ac morem ut solos adulteros liceat impunè occidere: idq; eò quòd existiment illos esse corruptores amicitiæ, quæ uiris intercedit cũ uxoribus. Nam quoties uxor per calamitatem aliquã coitum admittit, ob id nihilominus eas habent in precio uiri, si modo appareat amicitiã inuiolatam synceramq; manere. Ego sanè tam ingens bonũ iudico amari, ut existimem reuera ei qui diligitur ultrò bona affluere tũ à dijs, tũ ab hominibus. Atq; huius possessionis tam præclaræ minus habent tyranni, quàm aliorũ quisquam. Quòd si scire cupis, ô Simonides, me uera loqui, hoc modo considera. Firmissimæ uidẽtur amicitiæ, quas parentes habent erga liberos, ac liberi uicissim erga parẽtes: item quas fratres erga fratres, uxores erga maritos, demũ sodales erga sodales. Quòd si uos

ἢ διὰ σπονδῶν καὶ δι᾽ εἰρήνης γίγνεται πολέμου ἀνάπαυσις. τοῖς δὲ τυράννοις οὔτε εἰρήνη ποτὲ πρὸς τοὺς τυραννευομένους γίγνεται, οὔτε σπονδαῖς ἄν ποτε πιστεύσας ὁ τύραννος θαρρήσειε. καὶ πόλεμοι μὲν δή εἰσιν, οὕς τε αἱ πόλεις πολεμοῦσι, καὶ οὓς οἱ τύραννοι πρὸς τοὺς βεβιασμένους. τούτων δὴ τῶν πολέμων ὅσα μὲν ἔχει χαλεπὰ ὁ ἐν ταῖς πόλεσι, ταῦτα καὶ ὁ τύραννος ἔχει. καὶ γὰρ ἐν ὅπλοις δεῖ εἶναι ἀμφοτέρους, καὶ φυλάττεσθαι καὶ κινδυνεύειν, καὶ ἄν τι πάθωσι κακὸν ἡττηθέντες, λυποῦνται ἐπὶ τούτοις ἑκάτεροι. μέχρι μὲν δὴ τούτου ἴσοι οἱ πόλεμοι· ἃ δὲ ἔχουσιν ἡδέα οἱ συνόντες ταῖς πόλεσι πρὸς τὰς πόλεις, ταῦτα οὐκέτι ἔχουσιν οἱ τύραννοι. αἱ μὲν γὰρ πόλεις δήπου ὅταν κρατήσωσι μάχῃ τῶν ἐναντίων, οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν, ὅσην μὲν ἡδονὴν ἔχουσιν ἐν τῷ τρέψασθαι τοὺς πολεμίους, ὅσην δ᾽ ἐν τῷ διώκειν, ὅσην δ᾽ ἐν τῷ ἀποκτείνειν τοὺς πολεμίους. ὡς δὲ γαυροῦνται ἐπὶ τῷ ἔργῳ· ὡς δὲ δόξαν λαμπρὰν ἀναλαμβάνουσιν. ὡς δ᾽ εὐφραίνονται τὴν πόλιν νομίζοντες ηὐξηκέναι. ἕκαστος δέ τις προσποιεῖται, καὶ τῆς βουλῆς μετεσχηκέναι, καὶ πλείστους ἀπεκτονέναι. χαλεπὸν δὲ εὑρεῖν ὅπου οὐχὶ καὶ ἐπιψεύδονται, πλέονας φάσκοντες ἀπεκτονέναι, ἢ ὅσοι ἂν τῷ ὄντι ἀποθάνωσιν. οὕτω καλόν τι αὐτοῖς δοκεῖ εἶναι τὸ πολὺ νικᾶν. ὁ δὲ τύραννος ὅταν ὑποπτεύσῃ, καὶ αἰσθανόμενος τῷ ὄντι ἀντιπράττοντάς τινας ἀποκτείνῃ, οἶδεν ὅτι οὐκ αὔξει ὅλην τὴν πόλιν. ἐπίσταταί τε ὅτι μειόνων ἄρξει, φαιδρός τε οὐ δύναται εἶναι, οὐδὲ μεγαλύνεται ἐπὶ τῷ ἔργῳ, ἀλλὰ καὶ μειοῖ καθ᾽ ὅσον ἂν δύνηται τὸ γεγενημένον, καὶ ἀπολογεῖται ἅμα πράττων, ὡς οὐκ ἀδικῶν πεποίηκεν. οὕτως οὐδ᾽ αὐτῷ δοκεῖ καλὰ τὰ ποιούμενα εἶναι. καὶ ὅταν ἀποθάνωσιν οὓς ἐφοβεῖτο, οὐδέν τι μᾶλλον τοῦτο θαρρεῖ, ἀλλὰ φυλάττεται ἔτι μᾶλλον ἢ τὸ πρόσθεν. καὶ πόλεμον μὲν δὴ τοιοῦτον ἔχων διατελεῖ ὁ τύραννος, ὃν ἐγὼ δηλῶ. Φιλίας δ᾽ αὖ καταθέασαι, ὡς κοινωνοῦσιν οἱ τύραννοι. πρῶτον μὲν εἰ μέγα ἀγαθὸν ἀνθρώποις ἡ φιλία, τοῦτο ἐπισκεψώμεθα. ὃς γὰρ ἂν φιλῆται δήπου ὑπό τινων, ἡδέως μὲν τοῦτον οἱ φιλοῦντες παρόντα ὁρῶσιν, ἡδέως δ᾽ εὖ ποιοῦσι. ποθοῦσι δὲ ἄν που ἀπίῃ, ἥδιστα δὲ πάλιν προσιόντα δέχονται. συνήδονται δ᾽ ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ ἀγαθοῖς. συνεπικουροῦσι δὲ ἐάν τι σφαλλόμενον ὁρῶσιν. οὐ μὲν δὴ λέληθεν οὐδὲ τὰς πόλεις, ὅτι ἡ φιλία μέγιστον ἀγαθὸν καὶ ἥδιστον ἀνθρώποις ἐστί. μόνους γοῦν τοὺς μοιχοὺς νομίζουσι πολλαὶ τῶν πόλεων νηποινεὶ ἀποκτείνειν, δῆλον ὅτι διὰ ταῦτα, ὅτι λυμαντῆρας αὐτοὺς νομίζουσι τῆς τῶν γυναικῶν φιλίας πρὸς τοὺς ἄνδρας εἶναι. ἐπεὶ ὅταν γε ἀφροδισιασθῇ κατὰ συμφοράν τινα γυνή, οὐδὲν ἧττον τούτου ἕνεκεν τιμῶσιν αὐτὰς οἱ ἄνδρες, ἐάνπερ ἡ φιλία δοκῇ αὐτοῖς ἀκήρατος διαμένειν. τοσοῦτον δέ τι ἀγαθὸν κρίνω ἔγωγε τὸ φιλεῖσθαι εἶναι, ὥστε νομίζω τῷ ὄντι αὐτόματα τἀγαθὰ τῷ φιλουμένῳ γίγνεσθαι καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρὰ ἀνθρώπων. καὶ τούτου τοίνυν τοῦ κτήματος τοιούτου ὄντος, μειονεκτοῦσιν οἱ τύραννοι πάντων μάλιστα. εἰ δὲ βούλει, ὦ Σιμωνίδη, εἰδέναι ὅτι ἀληθῆ λέγω, ὧδε ἐπίσκεψαι. βεβαιόταται μὲν δήπου δοκοῦσι φιλίαι εἶναι γονεῦσι πρὸς παῖδας, καὶ παισὶ πρὸς γονέας, καὶ ἀδελφοῖς πρὸς ἀδελφούς, καὶ γυναιξὶ πρὸς ἄνδρας, καὶ ἑταίροις πρὸς ἑταίρους. εἰ τοί-

νυν

νοῦν ἐθέλῃς κατανοεῖν, εὑρήσεις μὲν τοὺς ἰδιώτας ὑπὸ τού-
των μάλιστα φιλουμένους. τοὺς δὲ τυράννους πολλοὺς μὲν
παῖδας ἑαυτῶν ἀπεκτονηκότας· πολλοὺς δ᾽ ὑπὸ παί-
δων ἀπολωλότας· πολλοὺς δὲ ἀδελφοὺς ἐν τυραννίσιν
ἀλληλοφόνους γεγενημένους. πολλοὺς δὲ καὶ ὑπὸ γυναι-
κῶν τῶν ἑαυτῶν τυράννους διεφθαρμένους, καὶ ὑπὸ ἑταί-
ρων γε τῶν μάλιστα δοκούντων φίλων εἶναι. οἵτινες οὖν
ὑπὸ τῶν φύσει πεφυκότων μάλιστα φιλεῖσθαι καὶ νόμῳ
συνηναγκασμένων οὕτω μισοῦνται, πῶς ὑπ᾽ ἄλλου γέ τι-
νος οἴεσθαι χρὴ αὐτοὺς φιλεῖσθαι; ἀλλὰ μὴν καὶ πίστεως ὅστις
ἐλάχιστον μετέχει, πῶς οὐχὶ μεγάλου ἀγαθοῦ μειονεκτεῖ;
ποία μὲν γὰρ ξυνουσία ἡδεῖα ἄνευ πίστεως τῆς πρὸς ἀλ-
λήλους; ποία δ᾽ ἂν ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ τερπνὴ ἄνευ πί-
στεως ὁμιλία; ποῖος δὲ θεράπων ἡδὺς ἀπιστούμενος; καὶ
τούτου τοίνυν τοῦ πιστῶς πρός τινας ἔχειν, ἐλάχιστον μέτεστι
τυράννῳ· ὁπότε γε οὐδὲ σιτίοις κρατίστοις πιστεύων διά-
γει. ἀλλὰ καὶ τούτων πρὶν ἀπάρχεσθαι τοῖς θεοῖς, τοὺς δια-
κόνους πρῶτον κελεύουσιν ἀπογεύεσθαι διὰ τὸ ἀπιστεῖν, μὴ
καὶ ἐν τούτοις κακόν τι φάγωσιν ἢ πίωσιν. ἀλλὰ μὴν καὶ
αἱ πατρίδες τοῖς μὲν ἄλλοις ἀνθρώποις, πλείστου ἄξιαι.
πολῖται γὰρ δορυφοροῦσι μὲν ἀλλήλους ἄνευ μισθοῦ
ἐπὶ τοὺς δούλους. δορυφοροῦσι δ᾽ ἐπὶ τοὺς κακούργους,
ὑπὲρ τοῦ μηδένα τῶν πολιτῶν βιαίῳ θανάτῳ ἀποθνή-
σκειν. οὕτω δὲ πόρρω προεληλύθασι φυλακῆς, ὥστε πε-
ποίηνται πολλοὶ νόμον τῷ μιαιφόνῳ, μηδὲ τὸν συνόντα κα-
θαρεύειν. ὥστε διὰ τὰς πατρίδας ἀσφαλῶς ἕκαστος βιο-
τεύει τῶν πολιτῶν. τοῖς δὲ τυράννοις καὶ τοῦτο ἔμπαλιν
ἀνέστραπται. ἀντὶ γὰρ τοῦ τιμωρεῖν, αἱ πόλεις αὐτοῖς με-
γάλως τιμῶσι τὸν ἀποκτείναντα τὸν τύραννον. καὶ ἀντί γε
τοῦ εἴργειν ἐκ τῶν ἱερῶν, ὥσπερ τοὺς τῶν ἰδιωτῶν φονέας, ἀν-
τὶ τούτου καὶ εἰκόνας ἐν τοῖς ἱεροῖς ἱστᾶσιν αἱ πόλεις τῶν
τοιοῦτο ποιησάντων. εἰ δὲ σὺ οἴει ὡς πλείω ἔχων τῶν
ἰδιωτῶν κτήματα ὁ τύραννος, διὰ τοῦτο καὶ πλείω ἀπ᾽
αὐτῶν εὐφραίνεται, οὐδὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, ὦ Σιμωνίδη.
ἀλλ᾽ ὥσπερ οἱ ἀθληταὶ οὐχ ὅταν ἰδιωτῶν γένωνται κρείτ-
τονες, τοῦτο αὐτοὺς εὐφραίνει, ἀλλ᾽ ὅταν τῶν ἀνταγωνιστῶν
ἥττους, τοῦτ᾽ αὐτοὺς ἀνιᾷ. οὕτω καὶ ὁ τύραννος οὐχ ὅταν
τῶν ἰδιωτῶν πλείω φαίνηται ἔχων, τότ᾽ εὐφραίνεται. ἀλλ᾽
ὅταν ἑτέρων τυράννων ἐλάττω ἔχῃ, τούτῳ λυπεῖται.
τούτους γὰρ ἀνταγωνιστὰς ἡγεῖται αὐτῷ τοῦ πλούτου εἶ-
ναι. οὐδέ γε θᾶττον γίγνεταί τι τῷ τυράννῳ ἢ τῷ ἰδιώ-
τῃ ὧν ἐπιθυμεῖ. ὁ μὲν γὰρ ἰδιώτης, οἰκίας ἢ ἀγροῦ ἢ οἰ-
κέτου ἐπιθυμεῖ. ὁ δὲ τύραννος ἢ πόλεων, ἢ χώρας πολ-
λῆς, ἢ λιμένων, ἢ ἀκροπόλεων ἰσχυρῶν, ἅ ἐστι πολὺ χα-
λεπώτερα καὶ ἐπικινδυνότερα κατεργάσασθαι τῶν ἰδιω-
τικῶν ἐπιθυμημάτων. ἀλλὰ μέντοι καὶ πένητας ὄψει, οὐχ
οὕτως ὀλίγους τῶν ἰδιωτῶν, ὡς πολλοὺς τῶν τυράννων. οὐ
γὰρ τῷ ἀριθμῷ, οὔτε τὰ πολλὰ κρίνεται, οὔτε τὰ ἱκα-
νά, ἀλλὰ πρὸς τὰς χρήσεις. ὥστε τὰ μὲν ὑπερβάλλοντα τὰ
ἱκανά, πολλά ἐστι· τὰ δὲ τῶν ἱκανῶν ἐλλείποντα, ὀλί-
γα. τῷ οὖν τυράννῳ, τὰ πολλαπλάσια ἧσσον ἱκανά
ἐστιν εἰς τὰ ἀναγκαῖα δαπανήματα, ἢ τῷ ἰδιώτῃ. τοῖς
μὲν γὰρ ἰδιώταις ἔξεστι τὰς δαπάνας συντέμνειν εἰς
τὰ καθημέραν ὅπῃ βούλονται· τοῖς δὲ τυράννοις οὐκ ἐν-
δέχεται. αἱ γὰρ μέγισται αὐτοῖς δαπάναι καὶ ἀναγκαιό-
ταται εἰς τὰς τῆς ψυχῆς φυλακάς εἰσι. τὸ δὲ τούτων
συντέ-

si uis animum aduertere, comperies priuatos ab his quos memoraui, potissimum amari, cùm tyranni complures liberos occiderint, multi à liberis interfecti sint, cùm multi fratres regnum ambientes, mutuò parricidio sese confecerint. Multos autem tyrannos comperies & ab uxoribus suis extinctos, & à sodalibus qui maximè uidebantur amici. Ergo qui ab his quos naturæ uis maximè propellit ad amandũ, quos etiam huc compellit lex, usqueadeò habentur odio, qui fieri posse credis, ut ab alio quoquam consentaneum sit illos amari? Ad hæc, cui minimum habetur fidei, qui fieri potest ut non in magno bono cæteris sit inferior? Nam quæ tandem consuetudo iucunda est, si desit fides mutua? Aut quis conuictus uiro cum uxore possit esse iucundus, si neuter alteri fidat? Imò quis famulus iucundus, cui fidendum non est? At huius boni, quo quis habet quibus fidat, minima portio redit ad tyrannos: quandoquidem ita uitam agunt, ut ne cibis quidem optimis fidant, sed hos priusquam hinc dijs libent, iubent prægustare ministros, haud dubium quin ob diffidentiã, ne quid uel in his etiam edant bibantúe mali. Adde his, quòd cæteris hominibus patria sua cuique maximè conducibilis, eò quòd ciues absque stipendio sese mutuo satellitio protegunt aduersus seruos: protegunt etiam & aduersus facinorosos, ne quis ciuium per uim occidatur. Ac eò custodiæ progressi sunt, ut multorum legibus sancitum sit, nec eum esse purum, qui cum homicida commercium habeat. Vnde fit, ut per patrias unusquisque ciuium tutò uiuat. Contrà tyrannis hoc quoque uertitur in diuersum. Ciuitates enim non solùm non afficiunt supplicio, sed magnifica præmia decreuerunt tyrannicidis. Cumq; eos e templis eijciant qui priuatos homines occiderunt, his qui tale quid patrarunt, respublica statuas ponit in templis. Iam si putes, quia tyranni plus habent opum, ob hoc illis magis delectari, ne id quidem uerum est, ô Simonides. Imò quemadmodum athletæ cùm plebeios superant, non ideo sibi placent, uerùm cùm à plebeis superantur, hoc illos angit: itidem tyrannus non inde gaudet, quòd plura possidere uidetur priuatis, sed cùm minus habet alijs tyrannis, tum discruciatur: eò quòd hos arbitratur sibi in diuitijs æmulos esse & concertatores. Ac ne contingunt quidem citius tyranno quàm priuato quæ concupiscit, propterea quòd priuatus domum, aut agrum, aut famulum desiderat: tyrannus autem uel ciuitates, uel amplam regionem, uel portus, uel munitas arces concupiscit, quæ difficilius maioreque cum periculo parantur, quàm ea quæ concupiscunt priuati. Quin inter plebeios, uix paucos inuenias tam egenos, quàm plerique sunt tyranni: neque enim multitudine & satis numero discernuntur, sed usu. Ita fit, ut multa sint quæ superant sufficientiam, pauca uerò quæ desunt usui. Tyranno itaque quæ multis partibus superant aliorum facultates, ea minus sufficiunt ad necessarias impensas, quàm homini priuato: propterea quòd priuatis liberum sit in dies impendia quomodocunque uelint contrahere, quod tyranno concessum non est. Nam maxima pars impendiorum, maximè necessariorum, illis in corporis custodes insumuntur. At quod illis datur,

decur-

decurtare pernitiosum uidetur. Iam qui quibus opus est iustè sibi parare possunt, quis eos commisereretur ut egenos? Sed qui per egestatem huc compelluntur, ut malis ac turpibus artibus sibi comparent uictum, an non hos quis miseros & egenos optimo iure deputet? Tyranni uerò multa prædari coguntur, & à templis sacrilegio, & ab hominibus rapina, eò quod nunquã illis sufficit pecunia ad sumptus necessarios. Perinde enim ac si bellum semper esset, coguntur aut exercitum alere, aut perire. Sed & aliam tyrannorum calamitatem tibi dicam Simonides. Nouerunt non minus quàm priuati, probos, sapientes, & iustos uiros: hos cum diligere debeant, metuunt: fortes quidem, ne quid audeant libertatis amore: sapientes, ne quid machinentur: iustos uerò, ne multitudo cupiat ab illis gubernari: quos posteaquam ob metum clàm sustulerũt, quinam sunt illis reliqui, quibus utantur, nisi uel iniusti, uel intemperantes, uel seruiles? Iniusti quidem habentur, quoniam metuunt quemadmodum et tyranni, ne quãdo ciuitates libertati redditæ ipsos opprimãt. Intemperantes, ob præsentem ac temporariam potentiam. Sed qui seruili sunt ingenio, ob id, quod ipsi ne cupiunt quidem esse liberi. Quapropter mihi quidem uidetur & hæc esse magna calamitas, cùm alios ducamus bonos uiros, cogi ut alijs utamur. Accedit his, quòd tyrannum quoq; necesse est esse ciuitatis studiosum: siquidem absq; republica nec incolumis esse possit, nec felix. Contrà tyrannis ipsa compellit, ut propriam criminentur patriam. Neq; enim fortes, neq; bellaces ciues sibi parare gaudent, sed potius hospites ac peregrinos ciuibus potentiores reddere, atq; horum adhibent satellitium. Quinetiam cùm annonæ beniginior prouẽtus affert rerum ubertatem, ne tum quidem tyrannus quicquam remittit. arbitrans quòd illos hoc abiectiores sit habiturus, quantò fuerint pauperiores. Sed uis'ne Simonides & illas uoluptates tibi commemorem, quibus ego usus sum cùm essem priuatus, ijs me nũc spoliatum sentio postea quàm regnũ adeptus sum? Ego quidem tum cum æqualibus agebã consuetudinem, gaudens illorum familiaritate, sicut & illi uicissim mea. Mecum etiam uiuebam, si quando quietem & ocium desiderabam. Versabar autem in conuiuijs, frequenter eò, ut omnium obliuiscerer, si quid molestiarum afferret humana uita, frequenter eousq;, ut & cantilenis, & hilaritatibus & choreis animum perungerem, frequenter ad communem quoq; satietatem tum meam, tum eorum qui aderant. Nunc uerò nudatus sum his, quibus mea iucunda est consuetudo, eò quòd sodales habeo, pro amicis seruos. Quin & mihi facultas adempta est cum illis iucundè uiuendi, propterea quòd nullam illorum erga me perspiciam beneuolentiam. Vinolentiam uerò & somnum non aliter quàm insidias habeo suspecta. Iam uerò metuere turbam, metuere solitudinem, metuere satellitij absentiam, metuere ipsos etiam custodes, ac nec inermes illos uelle habere apud sese, nec armatos uidere libenter, an non res est misera? Tum autem & peregrinis potius quàm ciuibus fidere, ac barbaris potius quàm Græcis? Postremò huc compelli, ut pro liberis habere cupias seruos, & ex seruis cogaris facere liberos? An non hæc tibi uidentur

συντέμνειν, ἐλεύθερος δοκεῖ εἶν. ἔπειτα δὲ ὅσοι μὲν δύνανται ἔχειν ἀπὸ τοῦ δικαίου ἴσων δέονται, τί πάντως οἰκτείρει τις ὡς πένητας; ὅσοι δ' ἀναγκάζονται δι' ἔνδειαν κακόν τι καὶ αἰσχρὸν μηχανώμενοι ζῆν, πῶς οὐ τούτους ἀθλίους ἄν τις καὶ πένητας δικαίως νομίζοι; οἱ τύραννοι τοίνυν ἀναγκάζονται πλεῖστα συλᾶν ἀδίκως καὶ ἱερὰ καὶ ἀνθρώπους, διὰ τὸ εἰς τὰς ἀναγκαίας δαπάνας ἀεὶ προσδεῖσθαι χρημάτων. ὥσπερ γὰρ πολέμου ὄντος ἀεὶ ἀναγκάζονται στράτευμα τρέφειν ἢ ἀπολωλέναι. χαλεπὸν δ' ἐρῶ σοι καὶ ἄλλο πάθημα, ὦ Σιμωνίδη, τῶν τυράννων. γιγνώσκουσι μὲν γὰρ οὐδὲν ἧττον τῶν ἰδιωτῶν, τοὺς κοσμίους γε, καὶ σοφοὺς, καὶ δικαίους. τούτους δ' ἀντὶ τοῦ ἄγασθαι φοβοῦνται. τοὺς μὲν ἀνδρείους, μή τι τολμήσωσι τῆς ἐλευθερίας ἕνεκα· τοὺς δὲ σοφοὺς, μή τι μηχανήσωνται· τοὺς δὲ δικαίους, μὴ ἐπιθυμήσῃ τὸ πλῆθος ὑπ' αὐτῶν προστατεῖσθαι. ὅταν δὲ τοὺς τοιούτους διὰ τὸν φόβον ὑπεξαιρῶνται, τίνας ἄλλους αὐτοῖς καταλείπονται χρῆσθαι, ἀλλ' ἢ οἱ ἄδικοί τε καὶ ἀκρατεῖς καὶ ἀνδραποδώδεις; οἱ μὲν ἄδικοι πιστευόμενοι, διότι φοβοῦνται ὥσπερ οἱ τύραννοι τὰς πόλεις, μή ποτε ἐλεύθεραι γενόμεναι, ἐγκρατεῖς αὐτῶν γένωνται. οἱ δ' ἀκρατεῖς, τῆς εἰς τὸ παρὸν ἐξουσίας ἕνεκα. οἱ δὲ ἀνδραποδώδεις, διότι οὐδ' αὐτοὶ ἀξιοῦσιν ἐλεύθεροι εἶναι. χαλεπὸν οὖν καὶ τοῦτο τὸ πάθημα ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι, τὸ ἄλλους μὲν ἡγεῖσθαι ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἄλλοις δὲ χρῆσθαι ἀναγκάζεσθαι. ἔτι δὲ φιλόπολιν μὲν ἀνάγκη καὶ τὸν τύραννον εἶν. ἄνευ γὰρ τῆς πόλεως οὔτ' ἂν σώζεσθαι δύναιτο, οὔτ' ἂν εὐδαιμονεῖν. ἡ δὲ τυραννὶς ἀναγκάζει καὶ ταῖς ἑαυτῶν πατρίσιν ἐγκαλεῖν. οὔτε γὰρ ἀλκίμους, οὔτ' εὐόπλους χαίρουσι τοὺς πολίτας παρασκευάζοντες, ἀλλὰ τοὺς ξένους δυνατωτέρους τῶν πολιτῶν ποιοῦντες, ἥδονται μᾶλλον. καὶ τούτοις χρῶνται δορυφόροις. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἂν εὐετηριῶν γενομένων, ἀφθονία τῶν ἀγαθῶν γίγνηται, οὐδὲ τότε συγχαίρει ὁ τύραννος. ἐνδεεστέροις γὰρ οὖσι, ταπεινοτέροις αὐτοῖς οἴονται χρῆσθαι. Βούλομαι δέ σοι, ἔφη, ὦ Σιμωνίδη, κἀκείνας τὰς εὐφροσύνας δηλῶσαι, ὅσαις ἐγὼ χρώμενος ὅτ' ἦν ἰδιώτης, νῦν ἐπειδὴ τύραννος ἐγενόμην, αἰσθάνομαι στερόμενος αὐτῶν. ἐγὼ γὰρ ξυνῆν μὲν ἡλικιώταις ἡδόμενος, ἡδομένοις ἐμοί. συνῆν δὲ ἐμαυτῷ, ὁπότε ἡσυχίας ἐπιθυμήσαιμι· διῆγον δ' ἐν συμποσίοις, πολλάκις μὲν μέχρι τοῦ ἐπιλαθέσθαι πάντων, εἴ τι χαλεπὸν ἐν ἀνθρωπίνῳ βίῳ ἦν. πολλάκις δὲ μέχρι τοῦ ᾠδαῖς τε καὶ θαλίαις καὶ χοροῖς τὴν ψυχὴν συγκαταμιγνύναι. πολλάκις δὲ μέχρι κοίτης ἐπιθυμίας ἐμῆς τε καὶ τῶν παρόντων. νῦν δὲ ἀπεστέρημαι μὲν τῶν ἡδομένων ἐμοί, διὰ τὸ δούλους ἀντὶ φίλων ἔχειν τοὺς ἑταίρους. ἀπεστέρημαι δ' αὐτὸς τοῦ ἡδέως ἐκείνοις ὁμιλεῖν, διὰ τὸ μηδεμίαν ἐνορᾶν εὔνοιαν ἐμοὶ παρ' αὐτῶν. μέθην δὲ καὶ ὕπνον, ὁμοίως ἐνέδρᾳ φυλάττομαι. τὸ δὲ φοβεῖσθαι μὲν ὄχλον, φοβεῖσθαι δ' ἐρημίαν, φοβεῖσθαι δὲ ἀφυλαξίαν. φοβεῖσθαι δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς φυλάσσοντας, καὶ μήτ' ἀνόπλους ἐθέλειν ἔχειν περὶ αὑτὸν, μήθ' ὡπλισμένους ἡδέως θεᾶσθαι, πῶς οὐκ ἀργαλέον ἐστὶ πρᾶγμα; ἔτι δὲ ξένοις μᾶλλον μὲν ἢ πολίταις πιστεύειν, βαρβάροις τε μᾶλλον ἢ Ἕλλησιν; ἐπιθυμεῖν δὲ τοὺς μὲν ἐλευθέρους, δούλους ἔχειν· τοὺς δὲ δούλους ἀναγκάζεσθαι ποιεῖν ἐλευθέρους, οὐ πάντα σοι ταῦτα δο-

καὶ ψυχῆς ὑπὸ φόβων καταπεπληγμένης τεκμήρια ἦν.
ὅ γε μὴν φόβος οὐ μόνον αὐτὸς ἐνὼν ταῖς ψυχαῖς λυ
πηρός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἡδέων συμπαρακο
λουθῶν λυμεὼν γίγνεται. εἰ δὲ καὶ σὺ πολεμικῶν ἔμ
πειρος εἶ, ὦ σιμωνίδη, καὶ ἤδη ποτὲ πολεμίᾳ φάλαγ
γι πλησίον ἀντετάξω, ἀναμνήσθητι, ποῖον μέν τινα σῖ
τον ᾑροῦ ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, ποῖον δέ τινα ὕπνον ἐκοι
μῶ. οἷα μέντοι σοὶ τότ' ἦν τὰ λυπηρά, τοιαῦτά εἰσι τὰ
τῶν τυράννων καὶ ἔτι δεινότερα. οὐ γὰρ ἐξ ἐναντίας μό
νον, ἀλλὰ καὶ πάντοθεν πολεμίους ὁρᾶν νομίζουσιν οἱ
τύραννοι. ταῦτα δ' ἀκούσας ὁ σιμωνίδης, ὑπολαβὼν
εἶπεν· ὑπέρευ μοι δοκεῖς ἔνια λέγειν. ὁ γὰρ πόλεμος
φοβερὸν μέν. ἀλλ' ὅμως, ὦ ἱέρων, ἡμεῖς τε ὅταν ὦμεν ἐν
στρατιᾷ, φύλακας προκαθιστάμενοι, θαρραλέως δείπνου
τε ὕπνου λαγχάνομεν. καὶ ὁ ἱέρων ἔφη· ναὶ μὰ δία, ὦ σι
μωνίδη. αὐτῶν μὲν γὰρ προφυλάττουσιν οἱ νόμοι. ὥστε περὶ
ἑαυτῶν φοβοῦνται καὶ ὑπὲρ ὑμῶν. οἱ δὲ τύραννοι μισθοῦ
φύλακας ἔχουσιν ὥσπερ θεριστάς. καὶ δεῖ μὲν δήπου τοὺς
φύλακας, μηδὲν οὕτω ποιεῖν δύνασθαι ὡς πιστοὺς εἶναι.
πιστὸν δὲ ἕνα πολὺ χαλεπώτερον εὑρεῖν, ἢ πάνυ πολλοὺς
ἐργάτας ὁποίου βούλει ἔργου. ἄλλως τε καὶ ὁπόταν χρη
μάτων μὲν ἕνεκα παρῶσιν οἱ φυλάσσοντες, ἐξῇ δ' αὐ
τοῖς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πολὺ πλείω λαβεῖν, ἀποκτείνασι τὸν
τύραννον, ἢ ὅσα πολὺν χρόνον φυλάττοντες παρὰ τοῦ
τυράννου λαμβάνουσιν. ὃ δὲ ἐζήλωσας ἡμᾶς, ὡς τοὺς μὲν φί
λους μάλιστα εὖ ποιεῖν δυνάμεθα, τοὺς δ' ἐχθροὺς πάν
των μάλιστα χειρούμεθα, οὐδὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει. φίλους
μὲν γὰρ πῶς ἂν νομίσαις ποτὲ εὖ ποιεῖν, ὅταν εὖ εἰδῇς,
ὅτι ὁ τὰ πλεῖστα λαμβάνων παρὰ σοῦ, ἥδιστ' ἂν ὡς τάχιστα
ἐξ ὀφθαλμῶν σου γένοιτο; ὅ, τι γὰρ ἄν τις λάβῃ παρὰ τοῦ τυ
ράννου, οὐδεὶς οὐδὲν ἑαυτοῦ νομίζει, πρὶν ἂν ἔξω τῆς τού
του ἐπικρατείας γένηται. ἐχθροὺς δ' αὖ πῶς ἂν φαίης μά
λιστα τοῖς τυράννοις ἐξεῖναι χειροῦσθαι, ὅταν εὖ εἰδῶσιν
ὅτι ἐχθροὶ αὐτῶν εἰσι πάντες οἱ τυραννούμενοι; τού
τους δὲ μήτε κατακτείνειν ἅπαντας, μήτε δεσμεύειν
οἷόν τε. τίνων γὰρ ἔτι ἄρξει; ἀλλ' εἰδότα ὅτι ἐχθροί εἰ
σι, τούτους ἅμα μὲν φυλάττεσθαί τε δεῖ, καὶ χρῆσθαι δ' αὐ
τοῖς ἀναγκάζεσθαι. εὖ δ' ἴσθι καὶ τοῦτο, ὦ σιμωνίδη, ὅτι
καὶ οὓς τῶν πολιτῶν δεδίασι, χαλεπῶς μὲν αὐτοὺς ζῶντας
ὁρῶσι, χαλεπῶς δ' ἀποκτείνουσιν. ὥσπερ γὰρ καὶ ἵπ
πος, εἰ ἀγαθὸς μὲν εἴη, φοβερὸς δὲ μὴ ἀνήκεστόν τι ποιή
σῃ, χαλεπῶς μὲν ἄν τις αὐτὸν ἀποκτείνειε διὰ τὴν ἀρε
τήν, χαλεπῶς δὲ ζῶντι χρῷτο εὐλαβούμενος μή τι ἀνή
κεστον ἐν τοῖς κινδύνοις ἐργάσηται. καὶ τἆλλά γε κτή
ματα ὅσα χαλεπὰ μέν, χρήσιμα δ' ἐστίν, ὁμοίως ἅπαν
τα λυπεῖ μὲν τοὺς κεκτημένους, λυπεῖ δὲ ἀπαλλαττο
μένους. ἐπεὶ δὲ ταῦτα αὖ τοῦ ἤκουσεν ὁ σιμωνίδης, εἶπεν·
ἔοικεν, ἔφη, ὦ ἱέρων, μέγα τι εἶναι ἡ τιμή, ἧς ὀρεγόμενοι
οἱ ἄνθρωποι, πάντα μὲν πόνον ὑποδύονται, πάντα
δὲ κίνδυνον ὑπομένουσι. καὶ ὑμεῖς ὡς ἔοικε, τοσαῦτα
πράγματα ἐχούσης, ὁπόσα λέγεις τῆς τυραννίδος, ὅ
μως προπετῶς φέρεσθε εἰς αὐτήν, ὅπως τιμᾶσθε. καὶ ὑ
πηρετοῦσι μὲν ὑμῖν πάντες πάντα τὰ προσταττόμενα
ἀπροφασίστως. περιβλέπουσι δὲ πάντες. ὑπανιστᾶν
ται δ' ἀπὸ τῶν θάκων, ὁδῶν τε παραχωροῦσι, γεραίρου
σι δὲ καὶ λόγοις καὶ ἔργοις πάντες οἱ παρόντες ἀεὶ ὑμᾶς.
τοιαῦτα

tur argumenta animi terroribus attoniti perculsiq;? Porrò non solùm ipse metus cùm insedit animo, molesta res est: sed dum nusquā non adest ac circūfertur, fit omniū iucundarū rerū corruptela. Quòd si tu quoq; Simonides nō inexpertus es rei bellicæ, et aliquādo ad uersus hostilē phalangē in acie stetisti, recordare qualem cibū sumpseris id tēporis, aut quē somnū dormieris. Quales igitur tū tibi erant molestiæ, tales sunt tyrannorum, & his etiam grauiores. Nō enim ex aduer-
10 so tantū, sed undequaq; se putāt hostes aspicere tyranni. Hæc cùm audisset Simonides, excipiēs sermonē ita loquutus est: Nōnulla mihi uideris optimè dicere. Nā bellū sanè formidabilis res est. Attamē nos, Hierō, cùm essemus in militia, prius delectis qui excubias agerēt, securè tum cœnā, tum somnū capiebamus. Ad hæc Hieron: Sic habet per Iouē, ô Simonides. Nam illorū protectrices sunt leges, itaq; & pro sese metuunt & pro uobis. Tyranni uerò mercede conductos habēt satellites, non aliter quā messores. At opus quidē esset, ut cu-
20 stodes nihil æquè præstare ualeāt, quàm ut sint fideles. Cæterùm multò difficilius est unū fidelē inuenire corporis custodem, quàm uehementer multos operarios cuiuscunq; uelis opificij, præsertim si pecuniæ causa adsint satellites, si liceat illis exiguo temporis spacio multò maius accipere præmiū occiso tyranno, quàm accipiunt ab ipso ob diutinā custodiam. Alius uerò nos suspicit hoc nomine, quasi summa nobis facultas sit bene merendi de amicis, contrà omnium maximè ualeamus inimicos lædere. Atqui ne id quidē uerum est. Quì
30 nanq; possis inducere animum, ut amicis benefacias, cum certò sciat, quòd ubi quis plurimum beneficiorū abs te receperit, libentissimè sese ut primùm licuerit, subducet ab oculis tuis? Siquidem ex his quæ data sunt à tyranno, nemo quicquam suum esse putat, priusquam illius potestatem exierit. Quo pacto autem dicere possis tyranno summam esse potestatem inimicis nocendi, cum certò sciat omnes sibi hostes esse quoscunque tyranide subditos habet, quos omnes nec interficere, nec in uincula conijcere potest, alioqui quibus deinde im-
40 peraturus sit? Verùm cùm sciat illos esse hostes, simul & ab illis sibi caueat oportet, & eosdem familiares habere cogitur. Quin & illud probè nosti Simonides, quòd tyranni ciues quos metuunt ægre conspiciunt uiuentes, rursus ægrè interficiunt. Quemadmodum si quis equum habeat egregium quidem, sed tamen formidabilem, & unde periculum sit ne quod malum det immedicabile, ut grauatè occidit illum ob uirtutem, ita ægrè potest illo uti, obseruans ac solicitus ne quod in periculis afferat exitile malum. Itidem et reliquæ pos-
50 sessiones quæ sic periculosæ sunt ut sint utiles, molestiā afferunt possidenti, rursum molestiā afferūt abijcienti. Hæc ubi ex eo audisset Simonides, Videtur, inquit, Hieron præclara quædā esse res honor, cuius amore mortales & laboris quiduis subeunt, et quoduis adeunt periculū. At cùm ista tā multa cōiuncta sint tyrānidi mala quæ tu cōmemoras, tamē uos, ut apparet, propensis animis tēditis ad illam obtinendā, quò sitis in honore: atq; inseruiunt uobis oēs citra excusationē ad imperate qualibet. Quin & suspiciūt uos cūcti, assurgūt omnes è sedibus, cedūt uobis de uia, deniq; uenerātur uos qui uobis semper ad sunt, omnes, tum dictis, tum factis.

Hæc sanè faciunt tyrannis qui sunt sub illius ditione, aut si quem alium forte semper honore prosequuntur. Nam mihi quidem Hieron, hoc distare uidetur homo à brutis, quòd honoris est appetens: cùm cibo, potu, somno & Venere, cuncta animantia similiter gaudere uideãtur. Honorum uerò cupiditas nec brutis animantibus insita est, nec omnibus inest hominibus. At quibuscunq; insita est honoris & laudis auiditas, hi demum sunt qui plurimum absunt à pecudibus, pro uiris, ac iam non pro hominibus solùm habendi. Quapropter mihi quidem non abs re ista omnia sustinere uidemini, quæ fertis in tyrannide, propterea quòd supra cæteros homines honoramini. Nec enim ulla uoluptas humana propius ad Dei naturam uidetur accedere, quàm honore gaudere. Ad hæc Hieron: Atqui honores, inquit, ô Simonides tyrannorum tales mihi uidentur esse, quales ego tibi uenereas illorum uoluptates esse iam exposui. Neque enim obsequia ab his qui non amant mutuò, beneficia nobis esse uidebantur, neq; iucunda Venus quæ ui extorqueretur apparebat: consimiliter igitur obsequia quæ deferuntur ab his qui nos metuunt, honores non sunt. Quonam enim pacto dixerimus, uel eos qui coacti assurgunt de sedibus, hoc animo assurgere, ut honorent eos à quibus afficiuntur iniuria? uel eos qui decedunt de uia potentioribus, eò decedere, ut honorent lædentes? Ac pleriq; sanè munera quoq; dant his quos oderunt, idq; tum cùm metuũt maxime, ne quid mali ab illis patiantur. At ista magis arbitror seruilia facta esse iudicanda, cùm honores, mea quidem sententia, ex his rebus oriantur, quæ cum odio metuq; seruili pugnant. Etenim cùm homines sic affecti sunt ut existiment uirum idoneũ qui possit benefacere, rati se illius frui bonis, postea hunc in ore habent uehentes laudibus, eumq; spectant non aliter quàm si suum quisq; bonum intueretur, ac sponte decedunt de uia, sponte assurgunt, amantes, non metuentes, coronantq; ob uirtutẽ ac benefacta erga rempublicam muneribusq; honorare cupiunt: hi demum, hi mihi uidentur eum & honorare uerè, quicunque talia præstant officia, & qui his se dignũ reddidit, reuera uidetur honorari. Equidem eum qui sic honoratur, felicem arbitror: sciens illum non insidijs appeti, sed alijs potius esse curæ, ne quid illi accidat: eoq; sine metu, sine inuidia, sine periculis, ac planè feliciter uitam agere. Contrà tyrannus, uelut ab omnibus ob iniurias condemnatus, ac morte dignus habeatur, ita mihi crede Simonides, noctesq; diesq; uitã degit. Hæc omnia cùm Simonides audisset illũ cõmemorantem, Et quî fit, inquit, Hieron ut si adeò misera res est tyrannidem gerere, idq; te non fugit, non abijcias tam ingens malum? Neq; tu, neq; alius quisquã unquam lubens tyrannidẽ deposuit, ubi semel nactus est. Quoniam, inquit, ô Simonides, isto nomine miserrima est tyrannis, quòd ab ea non licet discedere. Quomodo enim quisquã tyrannus unquam suffecerit ad pecuniam rependendã ijs quos spoliauit? aut quomodo uincula repẽset his quos detrusit in uincula? aut quomodo restituet tot animas extinctas his quos occidit? Sed si cuiquã alteri ô Simonides, expedit laqueo finire uitã, scito, inquit, me compertũ habere, ut id faciat nulli magis expedire q̃ tyrãno, quãdoquidem huic uni mala nec retinere nec deponere expedit.

Ad

ταῦτα γὰρ δὴ ποιοῦσι τοῖς τυράννοις οἱ ἀρχόμενοι, καὶ ἄλλον ὅντινα ἀεὶ τιμῶντες τυγχάνουσι. καὶ γάρ μοι δοκεῖ, ὦ ἱέρων, τούτῳ διαφέρειν ἀνὴρ τῶν ἄλλων ζώων, τῷ τιμῆς ὀρέγεσθαι. ἐπεὶ σιτίοις τε καὶ ποτοῖς, καὶ ὕπνοις, καὶ ἀφροδισίοις, πάντα ὁμοίως ἥδεσθαι ἔοικε τὰ ζῷα. ἡ δὲ φιλοτιμία οὔτ' ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἐμφύεται, οὔτ' ἐν ἅπασιν ἀνθρώποις. οἷς δ' ἂν ἐμφυῇ τιμῆς τε καὶ ἐπαίνου ἔρως, οὗτοί εἰσιν ἤδη οἱ πλεῖστον μὲν τῶν βοσκημάτων διαφέροντες, ἄνδρες δὲ καὶ οὐκέτι ἄνθρωποι μόνον νομιζόμενοι. ὥστ' ἐμοὶ μὲν εἰκότως δοκεῖτε ταῦτα πάντα ὑπομένειν, ἃ φέρετε ἐν τυραννίδι, ἐπείπερ τιμᾶσθε διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. καὶ γὰρ οὐδεμία ἀνθρωπίνη ἡδονὴ τοῦ θείου ἐγγυτέρω δοκεῖ εἶναι, ἢ ἡ περὶ τὰς τιμὰς εὐφροσύνη. πρὸς ταῦτα δὴ εἶπεν ὁ ἱέρων· ἀλλ', ὦ σιμωνίδη, καὶ αἱ τιμαὶ τῶν τυράννων ὅμοιαι ἐμοὶ δοκοῦσιν εἶναι, οἷάπερ ἐγώ σοι τὰ ἀφροδίσια ὄντα αὐτῶν ἀπέδειξα. οὔτε γὰρ αἱ μὴ ἐξ ἀντιφιλούντων ὑπουργίαι, χάριτες ἡμῖν ἐδόκουν εἶναι, ὅτι τὰ ἀφροδίσια τὰ βίαια ἡδέα ἐφαίνετο. ὡσαύτως τοίνυν οὐδὲ αἱ ὑπουργίαι ὑπὸ τῶν φοβουμένων τιμαί εἰσι. πῶς γὰρ ἂν φαίημεν, ἢ τοὺς βίᾳ ἐξανισταμένους θάκων, διὰ τὸ τιμᾶν τοὺς ἀδικοῦντας ἐξανίστασθαι; ἢ τοὺς ὁδοῦ παραχωροῦντας τοῖς κρείττοσι, διὰ τὸ τιμᾶν τοὺς ἀδικοῦντας παραχωρεῖν; καὶ δῶρά γε διδόασιν οἱ πολλοὶ τούτοις οὓς μισοῦσι, καὶ ταῦτα ὅταν μάλιστα φοβῶνται, μή τι κακὸν ὑπ' αὐτῶν πάθωσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἶμαι δουλείας ἔργα εἰκότως ἂν νομίζοιτο. αἱ δὲ τιμαὶ ἔμοιγε δοκοῦσιν ἐκ τῶν ἐναντίων τούτοις γίγνεσθαι. ὅταν γὰρ ἄνθρωποι, ἄνδρα ἡγησάμενοι εὐεργετεῖν ἱκανὸν εἶναι, καὶ ἀπολαύειν αὐτοῦ ἀγαθὰ νομίσαντες, ἔπειτα τοῦτον ἀνὰ στόμα τε ἔχωσιν ἐπαινοῦντες, θεῶνταί τ' αὐτὸν ὡς οἰκεῖον ἕκαστος ἀγαθόν, ἑκόντες τε παραχωρῶσι τούτῳ ὁδοῦ, καὶ θάκων ὑπανιστῶνται, φιλοῦντές τε καὶ μὴ φοβούμενοι, καὶ στεφανῶσι κοινῆς ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας ἕνεκα, καὶ δωρεῖσθαι ἐθέλωσιν, οἱ αὐτοὶ οὗτοι ἔμοιγε δοκοῦσι, τιμᾶν τε τοῦτον ἀληθῶς, οἳ ἂν τοιαῦτα ὑπουργήσωσι, καὶ ὁ τούτων ἀξιούμενος, τιμᾶσθαι τῷ ὄντι. καὶ ἔγωγε τὸν μὲν οὕτω τιμώμενον μακαρίζω. αἰσθάνομαι γὰρ αὐτὸν, οὐκ ἐπιβουλευόμενον, ἀλλὰ φροντιζόμενον, μή τι πάθῃ, καὶ ἀφόβως, καὶ ἀνεπιφθόνως, καὶ ἀκινδύνως, καὶ εὐδαιμόνως τὸν βίον διάγοντα. ὁ δὲ τύραννος ὡς ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων κατακεκριμένος δι' ἀδικίαν ἀποθνήσκειν, οὕτως, ὦ σιμωνίδη, εὖ ἴσθι, καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν διάγει. ἐπεὶ δὲ ταῦτα πάντα διήκουσεν ὁ σιμωνίδης, καὶ πῶς, ἔφη, ὦ ἱέρων, εἰ οὕτω πονηρόν ἐστι τὸ τυραννεῖν· καὶ τοῦτο σὺ ἔγνωκας, οὐκ ἀπαλλάττῃ οὕτως μεγάλου κακοῦ; ὅτι σύ, οὔτ' ἄλλος μὲν δὴ οὐδεὶς πώποτε ἑκὼν εἶναι τυραννίδος ἀφεῖτο, ὅσπερ ἂν ἅπαξ κτήσαιτο. ὅτι, ἔφη, ὦ σιμωνίδη, ἐν ταύτῃ ἀθλιώτατόν ἐστιν ἡ τυραννίς· οὐδὲ γὰρ ἀπαλλαγῆναι δυνατὸν αὐτῆς ἐστι. πῶς γὰρ ἄν τίς ποτε ἐξαρκέσειε τύραννος, ἢ χρήματα ἐκτίνων ὅσους ἀφείλετο, ἢ δεσμοὺς ἀντιπάσχοι, ὅσους δὴ ἐδέσμευσεν, ἢ ὅσους κατέκτανε, πῶς ἂν ἱκανὰς ψυχὰς ἀντιπαράσχοιτο ἀποθανουμένας; ἀλλ' εἴπερ τῳ ἄλλῳ, ὦ σιμωνίδη, λυσιτελεῖ ἀπάγξασθαι, ἴσθι, ἔφη, ὅτι τυράννῳ ἔγωγε εὑρίσκω μάλιστα τοῦτο λυσιτελοῦν ποιῆσαι. μόνῳ γὰρ αὐτῷ οὔτε ἔχειν οὔτε καταθέσθαι τὰ κακὰ λυσιτελεῖ.

καὶ

καὶ ὁ σιμωνίδης ὑπολαβὼν εἶπεν· ἀλλὰ τὸ μὲν νῦν, ὦ ἱέ-
ρων, ἀθύμως ἔχειν σὲ πρὸς τὴν τυραννίδα, οὐ θαυμάζω,
ἐπείπερ ἐπιθυμῶν φιλεῖσθαι ὑπ' ἀνθρώπων, ἐμποδὼν
σοι τούτου νομίζεις αὐτὴν εἶναι. ἐγὼ μέντοι μοι ἔχειν δο-
κῶ διδάξαι σε, ὡς τὸ ἄρχειν οὐδὲν ἀποκωλύει τοῦ φι-
λεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ πλεονεκτεῖν γε τῆς ἰδιωτείας. ἐπισκο-
ποῦντες δὲ αὐτὸ, εἰ οὕτως ἔχει, μήπω ἐκεῖνο σκοπῶμεν
εἰ διὰ τὸ μεῖζον δύνασθαι ὁ ἄρχων, καὶ χαρίζεσθαι πλείω
δύναιτ' ἄν. ἀλλ' ἂν τὰ ὅμοια ποιῶσιν, ὅ, τε ἰδιώτης 10
καὶ ὁ τύραννος, ἐννόει πότερος μείζω ἀπὸ τῶν ἴσων
κτᾶται χάριν. ἄρξομαι δέ σοι ἀπὸ τῶν μικροτάτων πα-
ραδειγμάτων. ἰδὼν γὰρ πρῶτον, προσειπάτω τινὰ φι-
λικῶς, ὅ, τε ἄρχων καὶ ὁ ἰδιώτης. ἐν τούτῳ τὴν ποτέρου
πρόσρησιν μᾶλλον εὐφραίνειν τὸν ἀκούσαντα νομίζεις;
ἴθι δὴ ἐπαινεσάντων ἀμφοτέρων τὸν αὐτὸν, τὸν ποτέ-
ρου δοκεῖς ἔπαινον, ἐξικνεῖσθαι μᾶλλον εἰς εὐφροσύνην;
θύσας δὲ τιμησάτω ἑκάτερος, τὴν παρ' ὁποτέρου τι-
μὴν, μείζονος ἂν χάριτος δοκεῖς ἐντυγχάνειν; κάμνοντα 20
θεραπευσάτωσαν ὁμοίως. οὐκοῦν τοῦτο σαφὲς, ὅτι
αἱ ἀπὸ τῶν δυνατωτάτων θεραπεῖαι καὶ χαρὰν ἐμποιοῦ-
σι μεγίστην. δότωσαν δὴ τὰ ἴσα, οὐ καὶ ἐν τούτῳ σα-
φὲς, ὅτι αἱ ἀπὸ τῶν δυνατωτάτων ἡμίσειαι χάριτες, πλέ-
ον ἢ ὅλον τὸ παρὰ τοῦ ἰδιώτου δώρημα δύνανται; ἀλλ'
ἔμοιγε δοκεῖ καὶ ἐκ θεῶν τιμή τις καὶ χάρις συμπαρέπε-
σθαι ἀνδρὶ ἄρχοντι. μὴ γὰρ ὅτι καλλίονα ποιεῖ ἄνδρα,
ἀλλὰ καὶ τὸν αὐτὸν τοῦτον θεώμεθά τε ἥδιον ὅταν ἄρχῃ, ἢ
ὅταν ἰδιωτεύῃ. διαλεγόμενοί τε ἀγαλλόμεθα, τοῖς προ- 30
τετιμημένοις μᾶλλον, ἢ τοῖς ἐκ τοῦ ἴσου ἡμῖν οὖσι. καὶ
μὴν παιδικά γε, ἐν οἷς δὴ καὶ σὺ μάλιστα κατεμέμψω
τὴν τυραννίδα, ἥκιστα μὲν γῆρας ἄρχοντος δυσχεραί-
νει, ἥκιστα δ' ἂν αἶσχος πρὸς ὃν ἂν τυγχάνοι ὁμιλῶν τοῦτο
ὑπολογίζεται. αὐτὸ γὰρ τὸ τετιμῆσθαι μάλιστα συνεπικοσ-
μεῖ. ὥστε τὰ μὲν δυσχερῆ ἀφανίζειν, τὰ δὲ καλὰ λαμπρό-
τερα ἀναφαίνειν. ὁπότε γε μὴν ἐκ τῶν ἴσων ὑπουργημά-
των, μειζόνων χαρίτων ὑμεῖς τυγχάνετε, πῶς οὐκ ἐπει-
δάν γε ὑμεῖς, πολλαπλάσια μὲν διαπράττοντες ὠφελεῖν
δύνησθε, πολλαπλάσια δὲ δωρεῖσθαι ἔχητε, ὑμᾶς καὶ 40
πολὺ μᾶλλον φιλεῖσθαι τῶν ἰδιωτῶν προσήκει; καὶ ὁ ἱέρων
εὐθὺς ὑπολαβὼν, ὅτι νὴ δία, ἔφη, ὦ σιμωνίδη, καὶ ἐξ
ὧν ἀπεχθάνονται οἱ ἄνθρωποι ἡμᾶς, πολὺ πλείω τῶν ἰδιω-
τῶν ἀνάγκη δεῖ πραγματεύεσθαι. πρακτέον μὲν γε χρή-
ματα, εἰ μέλλοιμεν ἕξειν δαπανᾶν εἰς τὰ δέοντα. ἀναγ-
καστέον δὲ φυλάσσειν, ὅσα δεῖται φυλακῆς. κολαστέον δὲ
τοὺς ἀδίκους, κωλυτέον δὲ τοὺς ὑβρίζειν βουλομένους. καὶ
ὅταν γε τάχους καιρὸς παραστῇ, ἢ πεζῇ ἢ κατὰ θάλασσαν
ἐξορμᾶσθαι, οὐκέτι τρεπτέον τοῖς ῥᾳδιουργοῦσιν. ἔτι δὲ μι- 50
σθοφόρων μὲν ἀνδρὶ τυράννῳ δεῖ. τούτου δὲ βαρύτερον
φόρημα οὐδὲν ἐστὶ τοῖς πολίταις. οὐ γὰρ τυράννοις ἰσοτιμίας,
ἀλλὰ πλεονεξίας ἕνεκα νομίζουσι τούτους τρέφεσθαι. πρὸς
ταῦτα δὴ πάλιν ὁ σιμωνίδης· ἀλλ' ὅπως μὲν οὐ πάντων
τούτων ἐπιμελητέον, ὦ ἱέρων, οὐ λέγω. ἐπιμέλειαι μέν-
τοι μοι δοκοῦσιν, αἱ μὲν πάνυ πρὸς ἔχθραν ἄγειν, αἱ δὲ
πάνυ διὰ χαρίτων εἶναι. τὸ μὲν γὰρ διδάσκειν ἃ ἐστὶ
βέλτιστα, καὶ τὸν κάλλιστα ταῦτα ἐργαζόμενον ἐπαινεῖν
καὶ τιμᾶν, αὕτη μὲν ἐπιμέλεια διὰ χαρίτων γίγνεται.
τὸ δὲ τὸν ἐνδεῶς τι ποιοῦντα, λοιδορεῖν τε καὶ ἀναγκάζειν,
καὶ

Ad hæc Simonides: At nunc, ô Hieron, te malè animatū
esse erga tyrannidem nihil miror. Nam cùm amari cu-
pias ab hominibus, tyrannidem tibi putas obstare quò
minus hoc assequaris. Ego tamen uideor mihi posse do-
cere te rationem, qua fiat ut non solùm imperium nihil
officiat quò minus ameris, uerumetiam hic superes sta-
tum uitæ priuatum. Hoc autem considerantes an ita res
habeat, nondum illud consideremus, an quòd princeps
potentior sit, ob id etiam plura largiri possit: sed si in
largiendo paria faciant princeps ac priuatus, hic ex- 10
pende uter paribus beneficijs plus initurus sit gratiæ.
Ordiar autem ab exemplis infimis. Primùm conspectum
salutat obuium amicè, hinc princeps, hinc priuatus: hic
utrius appellationem iucundiorem fore putas salutato?
Iam nosti, si ambo laudarint eundem, utrius laudem
existimes plus attulisse uoluptatis? Sacrificio peracto de
uictima honoret eundem uterque, scis ab utro honor ha-
bitus uideatur gratior? Itidem laborantem æquè curent
ambo. An non igitur perspicuum est, officia quæ præ-
stantur à potentissimis, maximam item afferre uolupta- 20
tem? Iam ponatur officiorum æqualitas, an non hic per-
spicuum est, quod dimidium beneficentiæ à potentissimis
profectum plus ualeat, quàm totū à priuato profectum?
Ad hæc mihi quidem uidetur, etiam à dijs honos quidam
& gratia comes addita uiro principi. Non solum enim
formosiorem reddit uirum principatus, uerumetiam eun-
dem hunc pulchriorem uidemus cùm principatum ge-
rit, quàm cùm agit priuatum. Quin & colloqui gaude-
mus cum his qui honore præcellunt, magis quàm cum
æqualibus nobis. Iam & iuuenum pusiones, quo nomine 30
tu quoq; maximè tyrannidem incusabas, minimè princi-
pis senectutem fastidiunt, minimeq; turpe esse ducunt,
si cum quocūq; habeat familiaritatem. Quin potius hoc
maximo est ornamēto à principe magnifieri. Ita fit ut re-
gnum & quæ molesta sunt auferat, & quæ honesta, ma-
gis illustret. Itaque cùm paribus officijs uos plus ineatis
gratiæ, cumq; uos longè plura præstare ualeatis iuuan-
dis alijs, multoq; plura donandi facultatem habeatis, quo
modo non cōsentaneum est uos magis etiam amari quàm
nos priuatos? Ad hæc protinus Hieron ita respondit: 40
Quoniam, ô Simonides, cogimur etiam magis quàm ho-
mines priuati ad negocia ob quæ nos inuisos habent ho-
mines, exigendæ sunt pecuniæ si uolumus habere quæ
suppetant nobis in sumptus necessarios. Necesse est e-
tiam seruare quæcunque requirit corporis custodia.
Ad hæc plectendi sunt qui lædunt, prohibendi qui uim
parant. Deinde si quando subitò tempus urgens postu-
lat, ut uel terra, uel mari sit expeditio facienda, res non
est committenda temerarijs. Adde his, quòd homini
principatum gerenti, etiam conductitio milite opus est: 50
quæ quidem re non alia est sarcina ciuibus grauior.
Non enim hos putant æquari tyrannis honore, uerùm
rapinæ causa credunt ali. His ita respondit Simonides:
Atenim non dico, ô Hieron, harum omnium rerum
curam non esse habendam, attamen functiones mihi ui-
dentur aliæ prorsus in odium adducere, aliæ rursus
cum gratia beneuolentiaq; peragi. Itaque docere quæ
sunt optima, & eos qui ea pulcherrimè præstant, laudi-
bus & honoribus afficere, hæc quidem functio cum be-
neuolentia coniuncta est. Cæterùm qui secus quàm o-
portet agit quippiam, hunc conuicijs afficere, cogere,

mulctam dicere, punireq́; nam & hæc facere necessitas est, cum odio maleuolentiaq́; coniunctũ est. Censeo itaq́; uiro principi sic agendũ, ut si quis eget coactione, hunc alijs puniendum tradat: cæterùm cùm præmia reddenda sunt his qui rem bene gesserunt, id per seipsum faciat. Quòd autem hæc rectè habent, testatur publica consuetudo. Quoties uolumus nobis musicum certamen exhiberi, præmia quidẽ proponit princeps. Cæterũ eos congregandi negociũ datur choragis: quemadmodũ alijs iniungitur, et docẽdi uimq́; adhibẽdi eis qui minus rectè se gerunt, partes delegantur. Ita fit protinus, ut in his quod gratiosum est per principẽ fit factum: quòd uerò cõtrà, per alios. Quid igitur uetat & alias functiones, quæ ad probibẽdos homines pertinẽt, simili modo peragi? Nam respub. omnes diuisæ sunt, aliæ per tribus, aliæ per classes, aliæ per manipulos: principes aũt singulis partibus præsident. Itaq́; si quis quemadmodũ fit in choris, ita his quoq́; proponat præmia, tum ob egregiã armaturã, tum ob pulchrè seruatũ ordinẽ, tum ob equitãdi peritiã, tum ob uirtutẽ in bello præstantẽ, tũ ob iustitiã in cõuentis, uerisimile est hæc quoq́; cuncta acrius exercẽda si adsit contentio, uincẽdiq́; studiũ. Ac mehercle citius impellun tur quocũq́; opus est, qui honoris sunt auidi citiusq́; conferrẽt pecuniã, si quãdo pecuniã exigat occasio. Et quod est omniũ utilißimũ, id minimè tamen usitatũ est, ut per contentionẽ agatur. Hæc nimirum est agricultura, cui multũ accesserit, si quis per agros ac uicos præmia constituat his qui quamoptimè terrã excoluerint, ijsq́; qui ex ciuibus maximè in hanc rem incubuerint, is multa bona Reipub. præstiterit: quandoquidẽ et crescẽt reipub. prouẽtus, & sobrietas occupatos magis comitabitur, et operi intentis minus orietur scelerũ. Quòd si quid etiam negociatio conducit reipub. bonos habitus et qui hanc potißimũ exercuerit, efficiet ut plures affluant qui merces importent. Iam si et illi honos habeatur, qui Reipub. utilitatem quampiam citra cuiusquam dolorem excogitarit, ne hæc quidẽ cura cessaret. Atq́; ut sermonem in pauca conferam, si cunctis esset perspicuũ, non cariturũ præmio, quisquis boni quippiã inuexerit Reipublicæ, plurimos ea res excitaret ad studium inueniendi quippiam boni. Sanè cùm multis curæ est ciuitatis utilitas, fieri nõ potest quin & plura reperiantur ingenio, & obeantur functione. Quòd si metuis, ô Hieron, ne si multorũ nomine præmia proponantur, multi sumptus existant: cogita nullam mercem esse magis uilem, quàm quæ ab hominibus præmijs emitur. Vides in equestribus ac gymnicis certaminibus, ut exigua præmia ad magnos sumptus, ad magnos labores, multumq́; studium proliciunt homines. Tum Hierõ: Ista quidẽ, inquit, ô Simonides, mihi uideris rectè dicere. Cæterùm habésne quicquã quod dicas de stipendiatis, quò minus habeamur ob illos odio: an dices, principi qui parauit ciuiũ beneuolẽtiam, nihil iam opus fore satellitio? At hercle, inquit Simonides, opus tamen fuerit. Nosti siquidem, quod in equis accidere solet, idẽ usu uenire in quibusdam hominibus, ut quò copiosius ipsis suppetunt necessaria, hoc euadant ferociores. Tales igitur magis reddit sobrios metus, quẽ adferũt satellites. Cæterum honestis ac bonis, nulla ex re mihi uideris tantum utilitatum præstare, quantùm præstas ex satellitio. Nam alis haud dubiè tu quidem illos tibiipsi custodes. At iam heri complures à seruis suis interempti sunt.

καὶ ζημιοῦν, καὶ κολάζειν, ταῦτα δὲ ἀνάγκη, δι᾽ ἀπεχθείας μᾶλλον γίγνεσθαι. ἐγὼ οὖν φημί, ἀνδρὶ ἄρχοντι τὸ μὲν ἀνάγκης δεόμενον, ἄλλοις προστακτέον εἶναι κολάζειν. τὸ δὲ τὰ ἆθλα ἀποδιδόναι, δι᾽ αὐτοῦ ποιητέον. ὡς δὲ ταῦτα καλῶς ἔχει, μαρτυρεῖ τὰ γιγνόμενα. καὶ γὰρ ὅταν χοροὺς ἡμῖν βουλώμεθα ἀγωνίζεσθαι, ἆθλα μὲν ὁ ἄρχων προτίθησιν, ἀθροίζειν δὲ αὐτοὺς προστέτακται χορηγοῖς. καὶ ἄλλοις διδάσκειν, καὶ ἀνάγκην προστιθέναι τοῖς ἐνδεῶς τι ποιοῦσιν. οὐκοῦν εὐθὺς ἐν τούτοις τὸ μὲν ἐπίχαρι, διὰ τοῦ ἄρχοντος ἐγίγνετο. τὰ δ᾽ ἀντίτυπα δι᾽ ἄλλων. τί οὖν κωλύει καὶ τἄλλα τὰ πολιτικὰ οὕτω περαίνεσθαι; διῄρηνται μὲν γὰρ ἅπασαι αἱ πόλεις, αἱ μὲν κατὰ φυλάς, αἱ δὲ κατὰ μοίρας, αἱ δὲ κατὰ λόχους, καὶ ἄρχοντες ἐφ᾽ ἑκάστῳ μέρει ἐφεστήκασιν. οὐκοῦν εἴ τις καὶ τούτοις ὥσπερ τοῖς χοροῖς ἆθλα προτιθείη καὶ εὐοπλίας, καὶ εὐταξίας, καὶ ἱππικῆς, καὶ ἀλκῆς τῆς ἐν πολέμῳ, καὶ δικαιοσύνης τῆς ἐν συμβολαίοις, εἰκὸς καὶ ταῦτα πάντα, διὰ φιλονικίαν εὐτόνως ἀσκεῖσθαι. καὶ ναὶ μὰ Δία ὁρμῷντό γε θᾶττον ὅποι δέοι, τιμῆς ὀρεγόμενοι, καὶ χρήματα θᾶσσον εἰσφέροιεν, ὁπότε τούτου καιρὸς εἴη. καὶ τὸ πάντων γε χρησιμώτατον, ἥκιστα δὲ ἐθισμένον διὰ φιλονικίας πράττεσθαι, ἡ γεωργία αὐτή, ἂν πολὺ ἐπιδοίη, εἴ τις ἆθλα προτιθείη κατ᾽ ἀγροὺς ἢ κατὰ κώμας, τοῖς κάλλιστα τὴν γῆν ἐξεργαζομένοις, καὶ τοῖς εἰς τοῦτο τῶν πολιτῶν ἐρρωμένως τρεπομένοις, πολλὰ ἂν ἀγαθὰ περαίνοιτο. καὶ γὰρ αἱ πρόσοδοι αὔξοιντ᾽ ἄν, καὶ ἡ σωφροσύνη πολὺ μᾶλλον σὺν τῇ ἀσχολίᾳ συμπαρομαρτεῖ. καὶ μὴν κακουργίαι γε ἧττον τοῖς ἐνέργοις ἐμφύονται. εἰ δὲ καὶ ἐμπορία ὠφελεῖ τι πόλιν, τιμώμενος ἂν ὁ πλεῖστα τοῦτο ποιῶν, καὶ ἐμπόρους ἂν πλείους ἀγείροι. εἰ δὲ φανερὸν γένοιτο, ὅτι καὶ ὁ πρόσοδόν τινα ἄλυπον ἐξευρίσκων τῇ πόλει τιμήσεται, οὐδ᾽ αὕτη ἂν ἡ σκέψις ἀργοῖτο. ὡς δὲ συνελόντι εἰπεῖν, εἰ καὶ κατὰ πάντων ἐμφανὲς εἴη, ὅτι ὁ ἀγαθόν τι εἰσηγούμενος, οὐκ ἀτίμητος ἔσται, πολλοὺς ἂν καὶ τοῦτο ἐξορμήσειεν ἔργον ποιεῖσθαι, τὸ σκοπεῖν τι ἀγαθόν. καὶ ὅταν γε πολλοῖς περὶ τῶν ὠφελίμων μέλῃ, ἀνάγκη εὑρίσκεσθαί τε μᾶλλον καὶ ἐπιτελεῖσθαι. εἰ δὲ φοβῇ, ὦ Ἱέρων, μὴ ἐν πολλοῖς ἄθλων προτιθεμένων, πολλαὶ δαπάναι γίγνωνται, ἐννόησον ὅτι οὐκ ἔστιν ἐμπορεύματα λυσιτελέστερα, ἢ ὅσα ἄνθρωποι ἄθλων ὠνοῦνται. ὁρᾷς ἐν ἱππικοῖς καὶ γυμνικοῖς καὶ χορηγικοῖς ἀγῶσιν, ὡς μικρὰ ἆθλα μεγάλας δαπάνας καὶ πολλοὺς πόνους, καὶ πολλὰς ἐπιμελείας ἐξάγεται ἀνθρώπων; καὶ ὁ Ἱέρων εἶπεν· ἀλλὰ ταῦτα μέν, ὦ Σιμωνίδη, καλῶς μοι δοκεῖς λέγειν. περὶ δὲ τῶν μισθοφόρων ἔχεις τι εἰπεῖν, ὡς μὴ μισεῖσθαι δι᾽ αὐτούς; ἢ λέγεις ὡς φιλίαν κτησάμενος ἄρχων, οὐδὲν ἔτι δεήσεται δορυφόρων; ναὶ μὰ Δία, εἶπεν ὁ Σιμωνίδης, δεήσεται μὲν οὖν. οἶδα γὰρ ὅτι ὥσπερ ἐν ἵπποις, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρώποις τισὶν ἐγγίγνεται, ὅσῳ ἂν ἔκπλεω τὰ δέοντα ἔχωσι, τοσούτῳ ὑβριστοτέροις εἶναι. τοὺς μὲν οὖν τοιούτους μᾶλλον ἂν σωφρονίζοι ὁ ἀπὸ τῶν δορυφόρων φόβος. τοῖς δὲ καλοῖς κἀγαθοῖς ἀπ᾽ οὐδενὸς ἄν μοι δοκεῖς τοσαῦτα ὠφελήματα παρέχειν, ὅσα ἀπὸ τῶν μισθοφόρων. τρέφεις μὲν γὰρ δήπου καὶ σὺ αὐτοὺς σαυτῷ φύλακας. ἤδη δὲ πολλοὶ καὶ δεσπόται βίᾳ ὑπὸ τῶν δούλων ἀπέθανον.

Quòd

εἰ οὖν ἐν πρώτον τοῦτ' εἴη τῶν προστεταγμένων τοῖς μισθοφόροις, ὡς πάντων ὄντας δορυφόρους τῶν πολιτῶν βοηθεῖν πᾶσιν, ἄν τι τοιοῦτον αἰσθάνωνται, (γίγνονται δέ που ὡς πάντες ἐπιστάμεθα κακοῦργοι ἐν πόλεσιν) εἰ οὖν καὶ τούτους φυλάττειν εἶεν τεταγμένοι, καὶ τοῦτ' ἂν εἰδεῖεν ὑπ' αὐτῶν ὠφελούμενοι. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τοῖς ἐν τῇ χώρᾳ ἐργάταις καὶ κτήνεσιν, οὗτοι ἂν εἰκότως καὶ θάρσος καὶ ἀσφάλειαν δύναιντο μάλιστα παρέχειν, ὁμοίως μὲν τοῖς σοῖς ἰδίοις, ὁμοίως δὲ τοῖς ἀνὰ τὴν χώραν. ἱκανοί γε μήν εἰσι καὶ σχολὴν παρέχειν τοῖς πολίταις τῶν ἰδίων ἐπιμελεῖσθαι τὰ ἐπίκαιρα φυλάττοντες. πρὸς δὲ τούτοις καὶ πολεμίων ἐφόδους κρυφαίας καὶ ἐξαπιναίας, τίνες ἑτοιμότεροι, ἢ προαισθέσθαι, ἢ κωλῦσαι, τῶν ἀεὶ ἐν ὅπλοις τε ὄντων καὶ συντεταγμένων; ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῇ στρατιᾷ τί ἐστιν ὠφελιμώτερον πολίταις μισθοφόρων; τούτους γὰρ προπονεῖν καὶ προκινδυνεύειν, καὶ προφυλάττειν εἰκὸς ἑτοιμοτάτους εἶναι. τὰς ἀγχιτέρμονας πόλεις, οὐκ ἀνάγκη, διὰ τὸ ἀεὶ ἐν ὅπλοις ὄντας, καὶ εἰρήνης μάλιστα ἐπιθυμεῖν. οἱ γὰρ συντεταγμένοι, καὶ σώζειν τὰ τῶν φίλων μάλιστα, καὶ σφάλλειν τὰ τῶν πολεμίων δύναιντ' ἄν. ὅταν γε μὴν γνῶσιν οἱ πολῖται, ὅτι οὗτοι κακὸν μὲν οὐδὲν ποιοῦσι, τὸν μηδὲν ἀδικοῦντα, τοὺς δὲ κακουργεῖν βουλομένους, κωλύουσι, βοηθοῦσι δὲ τοῖς ἀδικουμένοις, προνοοῦσι δὲ καὶ προκινδυνεύουσι τῶν πολιτῶν, πῶς οὐκ ἀνάγκη καὶ δαπανᾶν εἰς τούτους ἥδιστα; τρέφουσι γοῦν καὶ ἰδίᾳ ἐπὶ μείοσι τούτων φύλακας. χρὴ δὲ, ὦ Ἱέρων, οὐδ' ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων ὀκνεῖν δαπανᾶν εἰς τὸ κοινὸν ἀγαθόν. καὶ γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ τὰ εἰς τὴν πόλιν ἀναλούμενα, μᾶλλον εἰς τὸ δέον τελεῖσθαι, ἢ τὰ εἰς τὸ ἴδιον ἀνδρὶ τυράννῳ. καθ' ἓν δ' ἕκαστον σκοπῶμεν. οἰκίαν πρῶτον ὑπερβαλλούσῃ δαπάνῃ κεκαλλωπισμένην μᾶλλον ἡγῇ κόσμον ἄν σοι παρέχειν, ἢ πᾶσαν τὴν πόλιν τείχεσί τε καὶ ναοῖς, καὶ παστάσι, καὶ ἀγοραῖς, καὶ λιμέσι κατεσκευασμένην; ὅπλοις δὲ πότερον τοῖς ἐκπαγλοτάτοις αὐτὸς κατακεκοσμημένος, δεινότερος ἂν φαίνοιο τοῖς πολεμίοις, ἢ τῆς πόλεως ὅλης εὐόπλου σοι οὔσης; προσόδους δὲ, ποτέρως ἂν δοκεῖς πλείονας γίγνεσθαι, εἰ τὰ σὰ ἴδια μόνον ἐνεργὰ ἔχεις, ἢ εἰ τὰ πάντων τῶν πολιτῶν μεμηχανημένος εἴης ἐνεργὰ εἶναι; τὸ δὲ πάντων κάλλιστον καὶ μεγαλοπρεπέστατον νομιζόμενον εἶναι ἐπιτήδευμα ἁρματοτροφίαν, ποτέρως ἂν δοκεῖς μάλιστα κοσμεῖν, εἰ αὐτὸς πλεῖστα τῶν Ἑλλήνων ἅρματα τρέφοις τε καὶ πέμποις εἰς τὰς πανηγύρεις, ἢ εἰ ἐκ τῆς πόλεως, πλεῖστοι μὲν ἱπποτρόφοι εἶεν, πλεῖστοι δ' ἀγωνίζοιντο. νικᾶν δὲ πότερα δοκεῖς κάλλιον εἶναι, ἅρματος ἀρετῇ, ἢ πόλεως ἧς προστατεύεις εὐδαιμονίᾳ; ἐγὼ μὲν γὰρ, οὐδὲ προσήκειν φημὶ ἀνδρὶ τυράννῳ, πρὸς ἰδιώτας ἀγωνίζεσθαι. νικῶν μὲν γὰρ οὐκ ἂν θαυμάζοιο, ἀλλὰ φθονοῖο, ὡς ἀπὸ πολλῶν οἴκων τὰς δαπάνας ποιούμενος. νικώμενος δ' ἂν πάντων μάλιστα καταγελῷο. ἀλλ' ἐγώ σοί φημι, ὦ Ἱέρων, πρὸς ἄλλους προστάτας πόλεων τὸν ἀγῶνα εἶναι. ὧν ἐὰν σὺ εὐδαιμονεστάτην

Quòd si unum illud in primis praeceptum fuerit satellitibus, ut perinde quasi essent omnium satellites ciuium, ita omnibus essent auxilio, si quid tale sense rint ciues (sunt autem quemadmodū scimus omnes, aliqui facinorosi in ciuitatibus) si igitur fuerit imperatum, ut satellites & illos obseruent, & in hoc ciues intelligent illos sibi esse utiles. Praeterea & his qui in agris operantur, & iumentis, hi nimirum, ut est probabile, tum securitatem, tum fiduciam praestare possent, simul & tuis, & ijs qui in ditione tua sunt operarijs. Nimirum sufficiunt & ad ocium praestandum priuatis ciuibus, & illorum curandis negocijs, si ad omnem occasionem aduigilarint. Ad haec, ad hostium occultas subitasq; insidias uel praesentiendas, uel arcendas, qui paratiores esse possint ijs qui semper armati sunt, & in acie compositi? Iam & in militia quid est ciuibus utilius mercenario milite? Siquidem uerisimile est, hos esse promptissimos ad finitimas ciuitates, tum labore, tum periculis, tum custodiis sua tuendas non coactos, propterea quod cùm sint semper armati, pacem maximè expetunt. Nam qui ad pugnam instructi sunt, & amicorum res tueri, hostium uerò turbare possunt maxime. Ergo simulatq; ciues perspexerint satellites neminem laedere innocentem, sed eos qui male facere conantur cohibere, insuper et his qui per iniuriam laesi sunt opitulari: denum prospicere, ut suo periculo ciues protegant: qui fieri poterit, ut in hos non etiam pecuniam impendant libentissimè, cùm adhibeant ad ea quae minoris quàm haec sunt momenti custodes? Oportet autem, ô Hieron, ne de tuis quidem priuatis facultatibus grauatim impendere commodis reipublicae. Nam mihi quidem uidentur ea quae impenduntur Reipublicae, rectius collocari, quàm quae priuatim insumuntur homini principatum gerēti. Hoc per singulas res consideremus. Vtrum existimas domum immenso sumptu magnificè extructam tibi plus addere ornamenti, an totam ciuitatem, muris, templis, porticibus, foris, portibus instructam? Vtrum autem ipse armis maxime formidabilibus exornatus, terribilior uideteris hostibus, an si tota ciuitas tibi sit pulchre armata? Porrò census utro modo credis uberiores fieri, si tuos duntaxat in opere detineas, an si studio effeceris ut omnes ciues sint in opere? Quandoquidem uerò exercitium omnium pulcherrimū existimamus, studium equos alendi, currusq; parandi, utrum putas tibi maiori futurum ornamento, si ipse quamplurimos currus alas, mittasq; ad publica certamina, an si inter ciues tuos plurimi fuerint qui equos alāt, plurimi qui in certamē eant? Vtrā porro uictoriam pulchriorē esse iudicas, eámne quam ex laude currus, an quā à reipub. cui praesides felicitate? Nā ego sanè ne conuenire quidem arbitror uiro principi, cum priuatis decertare: qui si uicerit, tantùm abest ut sit admirationi, ut magis sibi conflet inuidiam, ut qui ex multorum domibus faciat impendia. Caeterùm si uictus fuerit, omnium maximè derideatur. Verùm haec mea est, ô Hieron, sententia, tibi cum alijs ciuitatum praefectis certamen esse: quos si superaris, tuam ciuitatem cui praesides, quamfelicissimam

simam reddendo, illud certum scias, te in longè pulcherrimo inter homines magnificentissimoq; certamine uictorem fore. Atq; in primis quidem illud effeceris, ut ameris ab his quibus imperas: cuius sanè rei tu percupidus es: tum uerò uictoriæ tuæ non unum habiturus es præconē, sed omnes homines laudabunt uirtutem tuam. Insuper cùm fueris illustris, non à priuatis solùm, sed & à multis ciuitatibus diligeris, nec priuatim modò futurus es admirabilis, sed & publicè apud omnes. Ac tutū tibi erit si quò uoles ad spectaculum proficisci: licebit & hac ipsa in urbe manenti spectaculis frui: semper enim apud te fuerit conuentus eorum qui cupiunt ostentare, si quis quid pulchri boni'ue habeat, & id desiderantibus inseruire. Præterea quisquis adfuerit tibi, tuarum partium erit: rursus qui abest, te uidere concupiscet, ut non solùm diligaris ab omnibus, uerumetiam ameris. Porrò formosos non oportebit abs te tentari, sed ipsi tibi à formosis ambiri, ferendū erit. Metum autem adeò nullum habiturus es, ut alijs potius metum ac solicitudinem iniecturus sis, ne quid tibi accidat quod nolint. Quin et habiturus es tuos ultrò parentes imperatis, uidebisq; illos ex animo tui curam gerere. Quòd si quid inciderit periculi, non solùm uidebis illos pugnæ socios, uerumetiam propugnatores. Multis quidem muneribus honoraberis, neq; uerò tibi deerit cui tibi beneuolenti hæc impertiaris, cùm omnes habiturus sis tibi de tuis bonis gratulātes, omnes item nō aliter pro tuis priuatis commodis, quàm pro suis proprijs decertantes. In tuis itaq; thesauris habes quicquid est opum penes amicos. Agè Hieron dita fidenter amicos, sic enim ditas teipsum. Auge rempublicam, sic enim tibiipsi potentiam adiunges. Para reipublicæ belli socios, puta patriam esse domum tuam, ciues uerò sodales, amicos tuos ipsius liberos, filios uerò non aliter habeas quàm animam tuam, hunc interim adnitens, ut hos omnes beneficentia superes. Etenim si amicos feceris tuos benefaciēdo, haudquaquam tibi poterunt obsistere inimici. Hæc omnia si feceris, illud certum habeto, te tibi paraturum omnium, quæ hominibus potest contingere, pulcherrimam felicissimamq; possessionem, felix enim cum sis, tibi nullus inuidebit.

XENO-

στέφειν τὴν πόλιν, ἧς προστατεύεις παρέχοις, εὖ ἴσθι νικῶν ἂν τῷ καλλίστῳ καὶ μεγαλοπρεπεστάτῳ ἐν ἀνθρώποις ἀγωνίσματι. καὶ πρῶτον μὲν εὐθὺς κατειργασμένος ἂν εἴης τὸ φιλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχομένων, οὗ δὴ σὺ ἐπιθυμῶν τυγχάνεις. ἔπειτα δὲ τὴν σὴν νίκην οὐκ ἂν εἷς εἴη ὁ ἀνακηρύττων, ἀλλὰ πάντες ἄνθρωποι ὑμνοῖεν ἂν τὴν σὴν ἀρετήν. περίβλεπτος δὲ ὢν, οὐχ ὑπὸ ἰδιωτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ πολλῶν πόλεων ἀγαπῷο ἄν. καὶ θαυμαστὸς οὐκ ἰδίᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ παρὰ πᾶσιν ἂν εἴης. καὶ ἐξείη μὲν ἄν σοι ἕνεκεν ἀσφαλείας, ὅποι βούλοιο θεωρήσοντι πορεύεσθαι. ἐξείη δ' ἂν αὐτοῦ μένοντι τοῦτο πράττειν. ἀεὶ γὰρ ἂν παρὰ σοὶ πανήγυρις εἴη τῶν βουλομένων ἐπιδεικνύναι, εἴ τις τι σοφὸν, ἢ καλὸν, ἢ ἀγαθὸν ἔχοι, τῶν δὲ καὶ ἐπιθυμούντων ὑπηρετεῖν. πᾶς δὲ ὁ μὲν παρὼν σύμμαχος ἂν εἴη σοι. ὁ δὲ ἀπὼν, ἐπιθυμοίη ἂν ἰδεῖν σε, ὥστε οὐ μόνον φιλοῖο ἂν, ἀλλὰ καὶ ἐρῷο ὑπ' ἀνθρώπων. καὶ τοὺς καλοὺς οὐ πειρᾶν, ἀλλὰ πειρώμενον ὑπ' αὐτῶν, ἀνέχεσθαι ἄν σε δέοι. φόβον δὲ οὐκ ἂν ἔχοις, ἀλλ' ἄλλοις παρέχοις, μή τι πάθῃς. ἑκόντας δὲ τοὺς πειθομένους ἔχοις ἂν, καὶ ἐθελουσίως σου προνοοῦντας θεῷο ἄν. εἰ δέ τις κίνδυνος εἴη, οὐ συμμάχους μόνον, ἀλλὰ καὶ προμάχους καὶ προθύμους ὁρῴης ἂν, πολλῶν μὲν δωρεῶν ἀξιούμενος, οὐκ ἀπορῶν δὲ ὅτῳ τούτων εὐμενεῖ μεταδώσεις. πάντας μὲν συγχαίροντας ἔχων ἐπὶ τοῖς σοῖς ἀγαθοῖς· πάντας δὲ πρὸ τῶν σῶν ἰδίων, ὥσπερ τῶν ἰδίων μαχομένους. θησαυροὺς γε μὴν ἔχοις πάντας τοὺς παρὰ τοῖς φίλοις πλούτους. ἀλλὰ θαρρῶν, ὦ Ἱέρων, πλούτιζε μὲν τοὺς φίλους· σαυτὸν γὰρ πλουτιεῖς. αὖξε δὲ τὴν πόλιν· σαυτῷ γὰρ δύναμιν περιάψεις. κτῶ δὲ αὐτῇ συμμάχους. νόμιζε δὲ τὴν μὲν πατρίδα, οἶκον· τοὺς δὲ πολίτας, ἑταίρους· τοὺς δὲ φίλους, τέκνα σαυτοῦ· τοὺς δὲ παῖδας, ὅτι περ τὴν σὴν ψυχήν. καὶ τούτους πάντας πειρῶ νικᾶν, εὖ ποιῶν. ἐὰν γὰρ τοὺς φίλους κρατῇς, εὖ ποιῶν, οὐ μή σοι δύνωνται ἀντέχειν οἱ πολέμιοι. κἂν ταῦτα πάντα ποιῇς, εὖ ἴσθι πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις κάλλιστον καὶ μακαριώτατον κτῆμα κεκτήσῃ. εὐδαιμονῶν γὰρ ὁ φθονήσῃ.

XENO-

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΡΗΤΟΡΟΣ ΠΟΡΟΙ, Η ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΟΔΩΝ.

Ἐγὼ τοῦτο μὲν ἀεί ποτε νομίζω, ὁποῖοί τινες ἂν οἱ προστάται ὦσι, τοιαύτας καὶ τὰς πολιτείας γίγνεσθαι. ἐπεὶ δὲ τῶν ἀθήνησι προεστηκότων ἐλέγοντό τινες, ὡς γιγνώσκουσι μὲν τὸ δίκαιον οὐδενὸς ἧττον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, διὰ δὲ τὴν τοῦ πλήθους πενίαν ἀναγκάζεσθαι ἔφασαν ἀδικώτεροι εἶναι περὶ τὰς πόλεις, ἐκ τούτου ἐπεχείρησα σκοπεῖν εἴ πῃ δύναιντ' ἂν οἱ πολῖται τρέφεσθαι ἐκ τῆς ἑαυτῶν, ὅθενπερ καὶ δικαιότατον, νομίζων εἰ τοῦτο γένοιτο ἅμα τῇ τε πενίᾳ αὐτῶν ἐπικεκουρῆσθαι ἂν, καὶ τὸ ἀνυπόπτους τοῖς ἕλλησιν εἶναι. σκοποῦντι δή μοι ἃ ἐπενόησα, τοῦτο μὲν εὐθὺς ἀνεφαίνετο, ὅτι ἡ χώρα πέφυκεν οἵα πλείστας προσόδους παρέχεσθαι. ὅπως δὲ γνωσθῇ ὅτι ἀληθὲς τοῦτο πρῶτον λέγω, διηγήσομαι τὴν φύσιν τῆς ἀττικῆς. οὐκοῦν τὸ μὲν τὰς ὥρας ἐνθάδε πραοτάτας εἶναι, καὶ αὐτὰ τὰ γιγνόμενα μαρτυρεῖ. ἃ γοῦν πολλαχοῦ οὐδὲ βλαστάνειν δύναιντ' ἄν, ἐνθάδε καρποφορεῖ. ὥσπερ δὲ ἡ γῆ, οὕτω καὶ ἡ περὶ τὴν χώραν θάλαττα παμφορωτάτη ἐστί. καὶ μὴν ὅσα περ οἱ θεοὶ ἐν ταῖς ὥραις ἀγαθὰ παρέχουσι, καὶ ταῦτα πάντα ἐνταῦθα πρωιαίτατα μὲν ἄρχεται, ὀψιαίτατα δὲ λήγει. οὐ μόνον δὲ κρατεῖ τοῖς ἐπ' ἐνιαυτὸν θάλλουσί τε καὶ γηράσκουσιν, ἀλλὰ καὶ ἀΐδια ἀγαθὰ ἔχει ἡ χώρα. πέφυκε μὲν γὰρ λίθος ἐν αὐτῇ ἄφθονος, ἐξ οὗ κάλλιστοι μὲν ναοί, κάλλιστοι δὲ βωμοὶ γίγνονται, εὐπρεπέστατα δὲ θεοῖς ἀγάλματα. πολλοὶ δ' αὐτοῦ καὶ ἕλληνες καὶ βάρβαροι προσδέονται. ἔστι δὲ καὶ γῆ, ἣ σπειρομένη οὐ φέρει καρπόν, ὀρυττομένη δὲ πολλαπλασίους τρέφει, ἢ εἰ σῖτον ἔφερε. καὶ μὴν ὑπάργυρός ἐστι σαφῶς θείᾳ μοίρᾳ. πολλῶν γοῦν πόλεων παροικουσῶν καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, εἰς οὐδεμίαν τούτων οὐδὲ μικρὰ φλὲψ ἀργυρίτιδος διήκει. οὐκ ἂν ἀλόγως δέ τις οἰηθείη τῆς ἑλλάδος, καὶ πάσης δὲ τῆς οἰκουμένης ἀμφὶ τὰ μέσα ᾠκίσθαι τὴν πόλιν. ὅσῳ γὰρ ἄν τινες πλεῖον ἀπέχωσιν αὐτῆς, τοσούτῳ χαλεπωτέροις ἢ ψύχεσιν, ἢ θάλπεσιν ἐντυγχάνουσιν. ὁπόσοι τ' ἂν οὖν βουληθῶσιν, ἀπ' ἐσχάτων τῆς ἑλλάδος ἐπ' ἔσχατα ἀφικέσθαι, πάντες οὗτοι ὥσπερ κύκλου τόρνον τὰς ἀθήνας ἢ παραπλέουσιν ἢ παρέρχονται. καὶ μὴν οὐ περίρρυτός γε οὖσα, ὅμως ὥσπερ νῆσος πᾶσιν ἀνέμοις προσάγεταί τε ὧν δεῖται, καὶ ἀποπέμπεται ἃ βούλεται. ἀμφιθάλαττος γάρ ἐστι. καὶ κατὰ γῆν δὲ πολλὰ δέχεται ἐμπορίᾳ· ἤπειρος γάρ ἐστιν. ἔτι δὲ ταῖς μὲν πλείσταις πόλεσι βάρβαροι προσοικοῦντες πράγματα παρέχουσιν. ἀθηναίοις δὲ γειτονεύουσιν, αἳ καὶ αὐταὶ πλεῖστον ἀπέχουσι τῶν βαρβάρων. τούτων μὲν οὖν ἁπάντων, ὥσπερ εἶπον, νομίζω αὐτὴν τὴν χώραν αἰτίαν εἶναι. εἰ δὲ πρὸς τοῖς αὐτοφυέσιν ἀγαθοῖς, πρῶτον μὲν τῶν μετοίκων ἐπιμέλεια γένοιτο· αὕτη γὰρ ἡ πρόσοδος τῶν καλλίστων ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι, ἐπείπερ αὐτοὺς τρέφοντες, καὶ πολλὰ ὠφελοῦντες τὰς πόλεις, οὐ

XENOPHONTIS PORI, SEV DE VECTIGALIBVS, [illegible] interprete.

Ego semper illud uerum esse putaui, quales essent gubernatores, tales respublicas existere solere. Quoniam autem ex iis qui præsunt reipublicæ Atheniensium, nonnulli esse dicerentur qui ius nossent, ita ut in ea re nullis postponendi uiderentur, sed propter multitudinis paupertatem se in ciuitates iniuriosos esse cogi dicerent, ex eo cœpi deliberare, an ciues se alere possent ex sua regione: quòd esset æquißimum: existimans si id fieret, & eorum paupertati consultum fore, & græcis nullam suspicionem præbituros. Mihi igitur consideranti quæ in mentem uenerant, statim uisa est ipsa regio talis esse, quæ plurimos fructus suppeditare, ac maximum ærarium habere poßit. Atque ut omnes intelligant hoc primùm à me uerè dici, ipsius Atticæ naturam explicabo. Hic igitur anni tempora temperatißima esse, uel ea ipsa quæ gignuntur in hac terra, testimonio sunt: cum præsertim quæ multis in locis ne germinare quidem possunt, hic fructificent optime. Ac ut ipsa terra, sic mare uicinum omnium rerum feracißimum est. Iam quæ dij suis temporibus bona largiuntur, ea omnia & tempestiuißimè nascuntur, & tardißimè deficiunt. Nec uerò solùm ea quæ in annum & florent & senescunt, uerumetiam bona habet æterna. In ea enim nascitur lapis copiosißimè, e quo templa araeq; pulcherrimæ fiunt, & dijs maxime digna simulachra: quod genus lapidis tum Græci, tum Barbari expetunt. Est etiam terra, quæ si seratur, nullum edit fructum: sin fodiatur, multo plures alit, quàm si triticum ferret. Nec dubium est, quin diuino quodam fato subargentosa sit: nam cùm multa sint terra marique oppida uicina, in nullum tamen horum ne exigua quidem argenti uena peruenit: ut non sine ratione credi poßit, in Græciæ, orbisq; totius [illegible] hanc urbem ædificatam esse. Quò enim quique [illegible] longius absunt, hoc in molestioribus [illegible] frigoribus [illegible] uersantur: omnesq; qui ab ultima Græcia in ultimas orbis partes commeare st[illegible]t, hi Athenas tanquam circuli [illegible] uel præternauigant, uel prætergradiuntur. quæ etsi aquis circunfusa non est, tamen quibuslibet uentis quæ requirit, importat, eaq; quæ uult exportat, cùm inter duo maria posita sit: cumque continens sit, in ipsa ora multos capit mercatus. Iam uerò plurimæ sunt ciuitates, quæ à uicinis Barbaris, molestijs afficiuntur: at Athenienses eas habent uicinas, quæ & ipsæ plurimum absunt à Barbaris: atque horum quidem omnium, ut dixi, terram hanc procreatricem esse puto. Quòd si præter illa bona quæ ex seipsa gignit inquilinorum cura geratur in primis, hoc de pulcherrimis uectigalibus mihi unum esse uidetur. Nam cùm præsidia uitæ necessaria præbeant, multisq; partibus reipublicæ prosint,

Athenæ in medio orbis sitæ.

tantum

tantum abest ut præmium ullum accipiant, ut contrà stipendium etiam suo nomine persoluant. Ac cura quidem, quæ mihi satis magna esse uidetur, hæc est, si quæ rempub. [illegible] ignominiam incolis inurere uidentur, detraxerimus: ac hos eo leuauerimus onere, ne armati cum ciuibus militare cogantur. Magnum est enim periculum, absens: magnum etiam est ab artibus & ædibus discedere. Quinetiam utile erit ciuitati, si ciues cum ciuibus coniuncti militēt, magis quàm si cum illis instruantur: quemadmodũ hoc tempore Lydi, Phryges, Syri, & alij cuiuscunq; generis populi barbari: magna enim ex parte incolis constant. ac præter utilitatem, quæ ex eo quòd ordinari desierint, cum illis consequetur, ciuitati etiam ornamento erit, si in prælijs Athenienses magis sibi quàm alienigenis fidem habere uidebuntur. Et incolis cùm alia, tum equitatũ, sicut æquitas postulat, impertiẽdo, & beneuolentiores illos habituri uidemur, & ciuitatem potentiorem, maioremq; efficiemus. Deinde quoniam multa sunt intra muros urbis domicilia deserta, uacuæq; areæ, si ciuitas concedat eos qui ædificauerint possidere, si modo digni uidebuntur qui id petierint, hisce rebus speró multò plures & probiores incolendi causa Athenas uenturos. Quòd si magistratum creauerimus, qui sit & dicatur incolarũ custos, quemadmodũ à principio fuerunt pupillorum custodes: ijsq; aliquo afficiātur præmio qui quamplurimos in urbem incolas adduxerint, id & beneuolentiores reddet incolas, &, ut par est, omnes qui ciuitate carebunt, Athenas expetent incolẽdi causa, atq; ita uectigalia maiora & auctiora reddent. Iam qua ratione mercaturam ciuitas facilitare & iucundissimè et quæstuosissimè possit, deinceps exponam. Primũ enim naues ornatissimas, et stationes tutissimas habet: ubi quidem in portum appulsis, licet per tempestates iucundè conquiescere & refici. Cùm uerò plurimæ sint urbes, in quibus mercatores uicissim onus accipere, & exportare cogantur, quòd nũmis inutilibus extra suā ditionē ciuitas illa utatur. at Athenis plurima quidem quib. homines indigēt, exportare licet uicissim: sed si nolint mercib. illorũ suas naues uicissim onerare, sed argentũ acceperint, quæstuosissimam mercaturā fecerint: ubicũq; enim illud uendiderint, [illegible]o amplius sorte recipient. Quò[illegible] mercatu[illegible] qui summa æquitate & cō[illegible] gant, præmiũ aliquod p[illegible], nec qui [illegible] uitus quo uellet nauigare p[illegible]tur, fieret hoc pacto ut & plures & libentius mercatu[illegible]rent. Vtile & honestũ est, ut mercatores & [illegible]rij honoribus afficiantur. Nonnunquā etiam ad hospitiũ inuitandi sunt, qui magnis & copiosis nauibus & mercibus ciuitatē iuuare uideantur: talibus cum honoribus affecti, nō solùm lucri, uerumetiam honoris causa ad amicos festinabunt. Quantò autem plures ad habitandum uenerint, tantò plura & importabũtur et exportabũtur, emittētur & uendētur, et plus mercedis ac stipendij auferetur. Atq; ut hæc augeātur uectigalia, nullis omnino opus erit impensis, sed decretis humanitatis & curæ plenis. Nā alia uectigalia quæcũq; comparari possunt, sumptus requirere arbitror. Nec dubito, quin ciues sint ad hæc alacriter contributuri:

memo-

οὐ λαμβάνουσι μισθόν, ἀλλὰ μετοίκιον προσφέρουσιν. ἐπιμέλεια γε μὴν ἥδ' ἂν ἀρκεῖν μοι δοκεῖ, εἰ ἀφέλοιμεν μὲν, ὅσα μηδὲν ὠφελοῦντα τὴν πόλιν ἀτιμίας δοκεῖ τοῖς μετοίκοις παρέχειν. ἀφέλοιμεν δὲ καὶ τὸ συστρατεύεσθαι ὁπλίτας μετοίκους τοῖς ἀστοῖς. μέγας μὲν γὰρ ὁ κίνδυνος αὐτῶν. μέγα δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν οἰκιῶν ἀπιέναι. ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ πόλις γ' ἂν ὠφεληθείη, εἰ οἱ πολῖται μετ' ἀλλήλων στρατεύοιντο μᾶλλον, ἢ εἰ συντάττοιντο αὐτοῖς, ὥσπερ νῦν Λυδοί, καὶ Φρύγες, καὶ Σύροι, καὶ ἄλλοι παντοδαποὶ βάρβαροι. πολλοὶ γὰρ τοιοῦτοι τῶν μετοίκων. πρὸς δὲ τῷ ἀγαθῷ τῷ τούτους ἐκ τοῦ συντάττεσθαι ἀφεθῆναι, καὶ κόσμος ἂν τῇ πόλει εἴη, εἰ δοκοῖεν Ἀθηναῖοι εἰς τὰς μάχας αὐτοῖς μᾶλλον πιστεύειν ἢ ἀλλοδαποῖς. καὶ μεταδιδόντες δ' ἄν μοι δοκοῦμεν τοῖς μετοίκοις τῶν ἄλλων ὧν καλὸν μεταδιδόναι καὶ τοῦ ἱππικοῦ, εὐνουστέρους ἂν ποιεῖσθαι, καὶ ἅμα ἰσχυροτέραν ἄν, καὶ μείζω τὴν πόλιν ἀποδεικνύναι. εἶτα ἐπειδὴ καὶ πολλὰ οἰκιῶν ἐρημά ἐστιν ἐντὸς τῶν τειχῶν, καὶ οἰκόπεδα, καὶ ἡ πόλις διδοίη οἰκοδομησαμένοις ἐγκεκτῆσθαι, οἳ ἂν αἰτούμενοι ἄξιοι δοκοῦσιν εἶναι, πολὺ ἂν οἴομαι καὶ διὰ ταῦτα πλείους τε καὶ βελτίους ὀρέγεσθαι τῆς Ἀθήνησιν οἰκήσεως. καὶ εἰ μετοικοφύλακάς γε ὥσπερ ὀρφανοφύλακας ἀρχὴν καθισταῖμεν, καὶ τούτοις τιμή τις ἐπείη, οἵτινες πλείους μετοίκους ἀποδείξειαν, καὶ τοῦτο εὐνουστέρους ἂν τοὺς μετοίκους ποιοίη, καὶ ὡς τὸ εἰκὸς πάντες ἂν οἱ ἀπόλιδες τῆς Ἀθήνηθεν μετοικίας ὀρέγοιντο, καὶ τὰς προσόδους ἂν αὔξοιεν. ὡς γε μὴν ἐμπορεύεσθαι ἡδίστη τε καὶ κερδαλεωτάτη ἡ πόλις, νῦν ταῦτα λέξω. πρῶτον μὲν γὰρ δήπου ναῦς καλλίστας καὶ ἀσφαλεστάτας ὑποδοχὰς ἔχει, ὅπου γε ἔστιν, εἰς ὁρμισθέντας ἡδέως ἕνεκα χειμῶνος ἀναπαύεσθαι. ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς ἐμπόροις ἐν μὲν ταῖς πλείσταις τῶν πόλεων ἀντιφορτίζεσθαί τι ἀνάγκη. νομίσμασι γὰρ οὐ χρησίμοις ἔξω χρῶνται. ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις πλεῖστα μὲν ἔστιν ἀντεξάγειν, ὧν ἂν δέωνται ἄνθρωποι. ἢν δὲ μὴ βούλωνται ἀντιφορτίζεσθαι, καὶ ἀργύριον ἐξάγοντες, καλὴν ἐμπορίαν ἐξάγουσιν. ὅπου γὰρ ἂν πωλῶσιν αὐτό, πανταχοῦ πλεῖον τοῦ ἀρχαίου λαμβάνουσιν. εἰ δὲ καὶ τῇ τοῦ ἐμπορίου ἀρχῇ ἆθλα προτιθείη τις, ὅστις δικαιότατα καὶ τάχιστα διαιροίη τὰ ἀμφίλογα, ὡς μὴ ἀποκωλύεσθαι ἀποπλεῖν τὸν βουλόμενον, πολὺ ἂν καὶ διὰ ταῦτα πλείους τε καὶ ἥδιον ἐμπορεύοιντο. ἀγαθὸν δὲ καὶ καλὸν καὶ προεδρίαις τιμᾶσθαι ἐμπόρους καὶ ναυκλήρους, καὶ ἐπὶ ξένιά γ' ἔστιν ὅτε καλεῖσθαι, οἳ ἂν δοκῶσιν ἀξιολόγοις καὶ πλοίοις καὶ ἐμπορεύμασιν ὠφελεῖν τὴν πόλιν. ταῦτα γὰρ τιμώμενοι, οὐ μόνον τοῦ κέρδους, ἀλλὰ καὶ τῆς τιμῆς ἕνεκεν πρὸς φίλους ἐπισπεύδοιεν ἄν. ὅσῳ γε μὴν πλείονες εἰσοικίζοιντό τε καὶ ἀφικνοῖντο, δῆλον ὅτι τοσούτῳ ἂν πλεῖον καὶ εἰσάγοιτο καὶ ἐξάγοιτο, καὶ ἐκπέμποιτο, καὶ πωλοῖτο, καὶ μισθοφοροῖτο, καὶ τελεσφοροίη. εἰς μὲν οὖν τὰς τοιαύτας αὐξήσεις τῶν προσόδων, οὐδὲ προδαπανῆσαι δεῖ οὐδέν. ἀλλὰ ψηφίσματά τε φιλάνθρωπα καὶ ἐπιμελείας. ὅσαι δ' ἂν ἄλλαι δοκοῦσί μοι πρόσοδοι γίγνεσθαι, γιγνώσκω ὅτι ἀφορμῆς δεήσει εἰς αὐτάς. οὐ μέντοι δύσελπίς εἰμι τὸ μὴ οὐχὶ προθύμως ἂν τοὺς πολίτας εἰς τὰ τοιαῦτα εἰσφέρειν

γῖν-

ἐνθυμούμενος ὡς πολλὰ μὲν εἰσήνεγκεν ἡ πόλις, ὅτε ἀρ-
κάσιν ἐβοήθει ἐπὶ Λυσιστράτου ἡγουμένου, πολλὰ δὲ ἐπὶ ἀ-
γησιλάου. ἐπίσταμαι δὲ καὶ τριήρεις πολλάκις ἐκπεμπομέ-
νας σὺν πολλῇ δαπάνῃ, καὶ ταύτας γενομένας, τούτου μὲν
ἀδήλου ὄντος εἴτε βέλτιον εἴτε κάκιον ἔσται. τούτου δὲ
δήλου ὅτι οὐδέποτε ἀπολήψονται ἃ ἂν εἰσενέγκωσιν, οὐδὲ
μεθέξουσιν ὧν ἂν εἰσενέγκωσιν. κτῆσιν δὲ ἀπ' οὐδενὸς ἂν
οὕτω καλὴν κτήσαιντο, ὡς εἴπερ ἀφ' οὗ ἂν προτελέσωσιν
εἰς τὴν ἀφορμήν. ᾧ μὲν γὰρ ἂν δέκα μναῖ εἰσφορὰ γένηται,
ὥσπερ ναυτικὸν σχεδὸν ἐπίπεμπτον αὐτῷ γίγνεται, τριώ-
βολον τῆς ἡμέρας λαμβάνοντι. ᾧ δέ γ' ἂν πέντε μναῖ, πλεῖ-
ον ἢ ἐπίτριτον. οἱ δέ γε πλεῖστοι ἀθηναίων πλείονα λή-
ψονται κατ' ἐνιαυτόν, ἢ ὅσα ἂν εἰσενέγκωσιν. οἱ γὰρ μναῖ
προτελέσαντες ἐγγὺς δυοῖν μναῖν πρόσοδον ἕξουσι· καὶ
ταῦτα ἐν πόλει, ὃ δοκεῖ τῶν ἀνθρωπίνων ἀσφαλέστατόν τε
καὶ πολυχρονιώτατον εἶναι. οἶμαι δὲ ἔγωγε εἰ μέλλοιεν ἀνα-
γράφεσθαι εὐεργέται εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον, καὶ ξένους ἂν
πολλοὺς εἰσενεγκεῖν. εἶσι δ' αἳ ἂν καὶ πόλεις τῆς ἀναγρα-
φῆς ὀρεγόμεναι. ἐλπίζω δὲ καὶ βασιλέας ἄν τινας καὶ τυ-
ράννους καὶ σατράπας ἐπιθυμῆσαι μετασχεῖν ταύτης τῆς χά-
ριτος. ὁπότε γε μὴν ἀφορμὴ ὑπάρχοι, καλὸν μὲν καὶ
ἀγαθὸν ναυκλήροις οἰκοδομεῖν καταγώγια περὶ λιμένας
πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι. καλὸν δὲ καὶ ἐμπόροις ἐπὶ προσή-
κοντας τόπους ὠνῇ τε καὶ πράσει. καὶ τοῖς εἰσαφικνουμένοις
δὲ δημόσια καταγώγια. εἰ δὲ καὶ τοῖς ἀγοραίοις οἰκήσεις
τε καὶ πωλητήρια κατασκευασθείη καὶ ἐν Πειραιεῖ καὶ ἐν
τῷ ἄστει, ἅμα τ' ἂν κόσμος εἴη τῇ πόλει, καὶ πολλαὶ ἂν ἀπὸ
τούτων πρόσοδοι γίγνοιντο. ἀγαθὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι πει-
ραθῆναι, εἰ καὶ ὥσπερ τριήρεις δημοσίας ἡ πόλις κέκτηται,
οὕτω καὶ ὁλκάδας δημοσίας δυνατὸν ἂν γένοιτο κτήσασθαι
καὶ ταύτας ἐκμισθοῦν ἐπ' ἐγγυητῶν, ὥσπερ καὶ τἄλλα δη-
μόσια. εἰ γὰρ καὶ τοῦτο οἷόν τε ὂν φανείη, πολλὴ ἂν καὶ ἀπὸ τού-
των πρόσοδος γίγνοιτο. τά γε μὴν ἀργύρεια εἰ κατα-
σκευασθείη ὡς δεῖ, πάμπολλα ἂν νομίζω χρήματα ἐξ
αὐτῶν καὶ ἄνευ τῶν ἄλλων προσόδων προσιέναι. βούλομαι δὲ
καὶ τοῖς μὴ εἰδόσι τὴν τούτων δύναμιν δηλῶσαι. ταύ-
την γὰρ γνόντες καὶ ὅπως χρῆσθαι δεῖ αὐτοῖς, ἄμεινον ἂν
βουλεύοισθε. οὐκοῦν ὅτι μὲν πάλαι ἐνεργά ἐστι, πᾶσι σα-
φές. οὐδεὶς γοῦν οὐδὲ πειρᾶται λέγειν ἀπὸ ποίου χρόνου ἐπε-
χειρήθη. οὕτω δὲ πάλαι ὀρυττομένης τε καὶ ἐκφορουμένης
τῆς ἀργυρίτιδος, κατανοήσατε τί μέρος οἱ ἐκβεβλημέ-
νοι σωροὶ τῶν αὐτοφυῶν τε καὶ ὑπαργύρων λόφων. οὐδὲ
μὴν ὁ ἀργυρώδης τόπος εἰς μεῖόν τι συστελλόμενος, ἀλλ'
ἀεὶ ἐπὶ πλεῖον ἐκτεινόμενος φανερός ἐστιν. ἐν ᾧ γε μὴν
χρόνῳ οἱ πλεῖστοι ἄνθρωποι ἐγένοντο ἐν αὐτοῖς, οὐδεὶς πώ-
ποτε ἔργου ἠπόρησεν. ἀλλ' ἀεὶ τὰ ἔργα τῶν ἐργαζομέ-
νων περιῆν. καὶ νῦν δὲ οἱ κεκτημένοι ἐν τοῖς μετάλλοις
ἀνδράποδα, οὐδεὶς τοῦ πλήθους ἀφαιρεῖ, ἀλλ' ἀεὶ προσ-
κτᾶται ὁπόσα ἂν πλεῖστα δύνηται. καὶ γὰρ δὴ ὅταν μὲν
ὀλίγοι ὀρύττωσι καὶ ζητῶσιν, ὀλίγα οἶμαι καὶ τὰ χρή-
ματα εὑρίσκεται. ὅταν δὲ πολλοί, πολλαπλασία ἡ ἀρ-
γυρῖτις ἀναφαίνεται, ὥστε ἐν μόνῳ τούτῳ ὧν ἐγὼ οἶδα
ἔργων οὐδὲ φθονεῖ οὐδεὶς τοῖς ἐπισκευαζομένοις. ἔτι δὲ
οἱ μὲν ἀγροὺς κεκτημένοι, πάντες ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν, ὁ-
πόσα ζεύγη ἀρκεῖ εἰς τὸ χωρίον, καὶ ὁπόσοι ἐργάται. ἂν
δ' ἐπὶ πλέον τῶν ἱκανῶν ἐμβάλλῃ τις, ζημίαν λογίζονται.
ἐν

memoria repetens, q̃ multa nostra ciuitas, cū auxiliū
ferret Arcadibus, imperatore Lysistrato, contulerit:
q̃ multa item duce Agesilao. Nec ignoro, multas sæpe
triremes sumptuosissimas emissas esse, easq; ædificatas,
cū adhuc esset incertū, utrū plus utilitatis an calamita
tis ea res esset allatura. Illud uerò satis perspicuū esset,
ea nunquā se recuperaturos, ac ne participes quidē eo
rum futuros, quæ ipsi contribuissent. Possessionē autē
nulla alia re tā honestā cōparare licet, q̃ si ad reipub.
tēpora et opportunitates cōtribuatur. Qui enim decē
minarū tributū pependerint, quale est nauticū, et exigen
ti triobolū propè in die reficitur. Qui aūt quinq; mi
narū, plusquā sesquitertiū. Plurimi aūt Atheniensium
plus in singulos annos recipiūt, q̃ cōtulerint. Qui enim
repræsentarint, duas propè minas uectigalis nomine
recepturi sunt: & id quidē in urbe, quod uidetur in re
bus humanis & tutissimū & diuturnissimū esse. Equidē
existimo, si in beneficorū numerū ac benemeritorū in
omne tempus perscriberētur peregrini, multos etiam
ex illis collaturos esse. Sunt & ciuitates, quæ hoc bene
ficium appetituræ sunt, cùm in hunc ordinē ascribi cu
piant. Spero & nōnullos etiā reges, & tyrānos, & sa
trapas fore, qui hoc beneficiū cupidè appetituri sint.
Cùm uerò sumptus suppeteret, honestū & utile foret,
nauicularijs in portibus ad merces exponēdas & co
pias, naualia ædificare. Vtile etiā erit, mercatoribus in
locis uenditioni et emptioni opportunis, diuersoria &
tabernas esse publicas, & omnibus illuc cōmeantibus.
Quòd si mercatū frequentātibus domus et tabernæ in
quibus merces exponāt uenales ædificarētur, tū in Pi
ræo, tum in ipsa urbe, hæc simul et essent ciuitati orna
mento, et multū uectigalia augerēt. Illud quoq; mihi ui
detur esse cōmodum, ut tētemus, an ut ciuitas triremes
publicas cōparauit, sic etiā naues onerarias cōparare
possit: easq; prædibus acceptis, quemadmodū in cæte
ris publicis, locare. Si enim id etiā fieri posse uideatur,
multū ex hac re uectigalis accedet. Iam ex argētifodi
nis, si, ut res postulat, instituātur, permultū pecuniæ, e
tiamsi nulla alia essent uectigalia, in ærariū inuectū iri
arbitror. Sed ijs qui illarū cōmoditates ignorāt, expla
nare decreui: hac enim cognita, facilius qua ratione il
lis ipsis utendū sit, cōsulendo uidere possitis. Quondam
igitur fuisse in illis operarios, omnib. notū est, cū præ
sertim nemo sit, qui quo tēpore cœptæ sint, se scire pro
fiteri audeat. Cùm aūt sic olim fossa sit, & egesta mate
ria argēti, cōsiderate nec aliquam partē eiecti acerui
sponte nascentiū glebarū & argentosarū; nec ipsum
argentosum locū quicquā diminutū et contractū esse,
sed magis ac magis protendi ac dilatari uidetur. Quo
autē tempore plurimi homines uersati sunt, nullus un
quam opus sibi deesse dixit, sed semper operā ipsa ope
rariorum numerū uincebāt. Et nūc quoq; qui ad metal
la habent sua mancipia, nullus eorū multitudine fatiga
tur, sed semper quàm potest plurima cōparat mācipia.
Etenim cùm pauci fodiūt et quærūt, paucæ etiā, ut opi
nor, pecuniæ reperiūtur: cùm aūt multi, multiplex ar
gēti spuma, quæ ἀργυρῖτις dicitur, existit. Itaq; in hoc so
lo opere, quod quidē sciā, magnificè apparatis inuidet
nemo. Iam uerò agrorū domini, quot iuga satis sint a
gro colēdo, et quot opus sit operarijs, possunt dicere:
ac si quis plures, q̃ par sit, immiserit, in damno ponunt:

At in argentarijs operibus operarijs opus esse fatentur omnes: etenim non ut cùm multi ærarij fabri, quos χαλκοτύπους Græci uocant, iam perfectis æreis operibus cessant, itéq; ferrarij. & cùm abundanter frumentum aut uinum prouenerit, cum satis multi sint fructus, inutilis existit agricultura, adeò ut multi relictis agris, ad mercaturam & cauponariam & fœnora se conuertant. At argyritis quantò copiosior extiterit, & argenti plus cusum fuerit, tantò plures ad illud opus se conferre solent. Et enim supellectili familiæ necessaria cōparata, non multùm ultrà coëmi solet: at argenti nemo adhuc tam multum habuit, ut nihil amplius requireret: sed si qui permultum habuerint, id quod redundat defodiunt, quo non minus delectantur, quàm si eo uterentur. Quinetiam ciuitates cùm secunda utuntur fortuna, tum ciuibus maximè argento opus est: uiri enim in arma splendida, et generosos equos, in ædes & substructiones magnificas pecuniā profundunt: mulieres uerò ad cultum preciosum, et mundum aureum conuertuntur. Rursus cùm ciuitates caritate annonæ laborant, aut bello ingruente, quæ terra nullo cultu adhibito inutilis fit, tum ad necessaria comparanda, tum ad auxiliares retinendos, multò magis nummis opus est. Quòd si quis dixerit, et aurum nihilominus utile esse quàm argentū, huic non magnopere repugnabo: illud tamen scio, cùm aurū copiosum esse uel mediocriter uisum fuerit, ipsum illud fit uilius, argētum uero redditur preciosius. Atq; hæc idcirco à me explicata sunt, ut pariter quamplurimos homines in argentaria opera mittamus, atque illic substruamus non dubitanter: cùm neque argentifodina ipsa defectura sit, neque futurum sit ut argentum aliquando uilescat. Videtur autem mihi & ciuitas ipsa prior me hæc decreuisse: concedit enim idem ius quod ciuibus, peregrinis, qui in metallis opus facere uoluerint. Vt autem etiam apertius de cibarijs dicam, nunc exponam qua ratione institutæ argentifodinæ ciuitati possint esse utilissimæ: nec ex ijs quæ dicturus sum ullam quæro gloriam admirabilem, quasi aliquid inuenerim difficile inuentu: nam ea quæ dicturus sum, partim etiam nunc omnes uidemus: partim uerò præterita, ut est rerum omnium conditio, audire possumus. Illud tamen dignum admiratione est, quod ciuitas cùm uideat & sentiat multos priuatos ex ea esse locupletatos, tales non imitetur: iampridem enim de his, quibus ea res curæ fuit audiuimus, Niciam Niceratı filium in argentifodinis mille homines habuisse, quos Sosiæ Thraci locarit, qui obolum immunem pro singulis in die persolueret: numerum autem semper æqualiter exhibebat. Fuerunt & Hipponico sexcenta mancipia eodem isto modo dedita, quæ in die minam afferebant immunem, & Philemonidi trecentas seminimas, & alijs ut cuique facultates suppetebant. Sed quid necesse est uetera commemorare, cùm & hoc tempore multi sint homines in argentarijs ista ratione addictis. Perfectis autem ijs, quæ à me dicuntur, illud tantum noui fiat, si ut priuati comparatis mancipijs uectigalia sibi instituēre perpetua: sic ciuitas publica

ἐν δὲ τοῖς ἀργυρείοις ἔργοις πάντας δή φασιν ἐνδεῖσθαι ἐργατῶν. καὶ γὰρ οὐχ ὥσπερ ὅταν οἱ πολλοὶ χαλκοτύποι γένωνται, ἀξίων γιγνομένων τῶν χαλκευτικῶν ἔργων, καταλύονται οἱ χαλκοτύποι, καὶ οἱ σιδηρεῖς γε ὡσαύτως. καὶ ὅταν γε πολὺς σῖτος καὶ οἶνος γένηται, ἀξίων ὄντων τῶν καρπῶν, ἀλυσιτελεῖς αἱ γεωργίαι γίγνονται, ὥστε πολλοὶ ἀφιέμενοι τοῦ τὴν γῆν ἐργάζεσθαι, ἐπ' ἐμπορίας καὶ καπηλείας καὶ τοκισμοὺς τρέπονται. ἀργυρῖτις δὲ ὅσῳ ἂν πλείων φαίνηται, καὶ ἀργύριον πλεῖον γίγνηται, τοσούτῳ πλείονες ἐπὶ τὸ ἔργον τοῦτο ἔρχονται. καὶ γὰρ δὴ ἔπιπλα μὲν ἐπειδὰν ἱκανά τις κτήσηται τῇ οἰκίᾳ, οὐ μάλα ἔτι προσωνοῦνται. ἀργύριον δὲ οὐδείς πω οὕτω πολὺ ἐκτήσατο, ὥστε μὴ ἔτι προσδεῖσθαι. ἀλλ' ἤν τισι γένηται παμπληθές, τὸ περιττεῦον κατορύττοντες, οὐδὲν ἧττον ἥδονται ἢ χρώμενοι αὐτῷ. καὶ μὴν ὅταν γε εὖ πράττωσιν αἱ πόλεις, ἰσχυρῶς οἱ ἄνθρωποι ἀργυρίου δέονται. οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες ἀμφὶ ὅπλα τε καλὰ καὶ ἵππους ἀγαθούς τε καὶ οἰκίας καὶ κατασκευὰς μεγαλοπρεπεῖς βούλονται δαπανᾶν. αἱ δὲ γυναῖκες εἰς ἐσθῆτα πολυτελῆ καὶ χρυσοῦν κόσμον τρέπονται. ὅταν τε αὖ νοσῶσι πόλεις ἢ ἀφορίαις καρπῶν ἢ πολέμῳ, ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον ἀργοῦ τῆς γῆς γιγνομένης, καὶ εἰς ἐπιτήδεια καὶ εἰς ἐπικούρους νομίσματος δέονται. εἰ δέ τις φήσει καὶ χρυσίον μηδὲν ἧσσον χρήσιμον εἶναι, ἢ ἀργύριον, τοῦτο μὲν οὐκ ἀντιλέγω. ἐκεῖνο μέντοι οἶδα ὅτι καὶ χρυσίον ὅταν πολὺ παραφανῇ, αὐτὸ μὲν ἀτιμότερον γίγνεται, τὸ δὲ ἀργύριον τιμιώτερον ποιεῖ. ταῦτα μὲν οὖν ἐδήλωσα τούτου ἕνεκα, ὅπως θαρροῦντες μὲν ὅτι πλείστους ἀνθρώπους ἐπὶ τὰ ἀργύρεια ἄγωμεν. θαρροῦντες δὲ κατασκευαζώμεθα ἐν αὐτοῖς, ὡς οὔτε ἐπιλειψούσης ποτὲ ἀργυρίτιδος, οὔτε τοῦ ἀργυρίου ἀτίμου ποτὲ ἐσομένου. δοκεῖ δέ μοι καὶ ἡ πόλις προτέρα ἐμοῦ ταῦτα ἐγνωκέναι. παρέχει γοῦν ἐπὶ ἰσοτελείᾳ καὶ τῶν ξένων βουλομένων ἐργάζεσθαι ἐν τοῖς μετάλλοις. ἵνα δὲ καὶ σαφέστερον περὶ τῆς τροφῆς εἴπω, νῦν διηγήσομαι ὡς κατασκευασθέντα τὰ ἀργύρεια ὠφελιμώτατ' ἂν εἴη τῇ πόλει. ἀπ' αὐτῶν μὲν οὖν ἔγωγε, ἀφ' ὧν μέλλω λέγειν, οὐδέν τι ἀξιῶ θαυμάζεσθαι ὡς δυσεύρετόν τι ἐξευρηκώς. τὰ μὲν γὰρ ὧν λέξω, καὶ νῦν ἔτι πάντες ὁρῶμεν· τὰ δὲ παροιχόμενα πραγμάτων κατὰ ταῦτα ἂν ἀκούομεν. τῆς μέντοι πόλεως πάνυ ἄξιον θαυμάσαι, τὸ αἰσθανομένην πολλοὺς πλουτιζομένους ἐξ αὐτῆς ἰδιώτας μὴ μιμεῖσθαι τούτους. πάλαι μὲν γὰρ δή που οἷς μεμέληκεν ἀκηκόαμεν ὅτι Νικίας ποτὲ ὁ Νικηράτου ἐκτήσατο ἐν τοῖς ἀργυρείοις χιλίους ἀνθρώπους, οὓς ἐκεῖνος Σωσίᾳ τῷ Θρᾳκὶ ἐξεμίσθωσεν, ἐφ' ᾧ ὀβολὸν μὲν ἀτελῆ ἑκάστου τῆς ἡμέρας ἀποδιδόναι, τὸν δ' ἀριθμὸν ἴσους ἀεὶ παρεῖχεν. ἐγένετο δὲ καὶ Ἱππονίκῳ ἑξακόσια ἀνδράποδα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον ἐκδεδομένα, ἃ προσέφερε μνᾶν ἀτελῆ τῆς ἡμέρας· Φιλημονίδῃ δὲ τριακόσια ἡμιμναῖα· ἄλλοις δέ γε ὡς οἶμαι δύναμις ἑκάστοις ὑπῆρχεν. ἀτὰρ τί τὰ παλαιὰ δεῖ λέγειν. καὶ γὰρ νῦν πολλοί εἰσιν ἐν τοῖς ἀργυρείοις ἄνθρωποι οὕτως ἐκδεδομένοι. περαινομένων γε μὴν ὧν λέγω, τοῦτ' ἂν μόνον καινὸν γένοιτο, εἰ ὥσπερ οἱ ἰδιῶται κτησάμενοι ἀνδράποδα πρόσοδον ἀέναον κατεσκευασμένοι εἰσίν, οὕτω καὶ ἡ πόλις κτῷτο δημόσια

σια ἀνδράποδα, ἕως γίγνοιτο τρία ἑκάστῳ Ἀθηναίων. εἰ δὲ δυνατὰ λέγομεν, καθ᾽ ἓν ἕκαστον αὐτῶν σκοπῶν ὁ βουλόμενος κρινέτω. οὐκοῦν τιμὴν μὲν ἀνθρώπων δῆλον ὅτι μᾶλλον ἂν τὸ δημόσιον δύναιτο, ἢ οἱ ἰδιῶται παρασκευάσασθαι; τῇ γε μὴν βουλῇ ῥᾴδιον καὶ κηρύξαι ἄγειν τὸν βουλόμενον ἀνδράποδα, καὶ τὰ προσαχθέντα πρίασθαι. ἐπειδὰν δὲ ὠνηθῇ, τί ἂν ἧττον μισθοῖτό τις παρὰ τοῦ δημοσίου ἢ παρὰ τοῦ ἰδιώτου, ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς μέλλων ἕξειν. μισθοῦνται γοῦν καὶ τεμένη, καὶ ἱερὰ, καὶ οἰκίας, καὶ τέλη ὠνοῦνται παρὰ τῆς πόλεως. ὅπως γε μὴν τὰ ὠνηθέντα σῴζηται, τῷ δημοσίῳ ἔστι λαμβάνειν ἐγγύους παρὰ τῶν μισθουμένων, ὥσπερ καὶ παρὰ τῶν ὠνουμένων τὰ τέλη. ἀλλὰ μὴν καὶ ἀδικῆσαί γε ῥᾷον τῷ τέλος πριαμένῳ ἢ τῷ ἀνδράποδα μισθουμένῳ. ἀργύριον μὲν γάρ πως καὶ φωράσειεν ἄν τις τὸ δημόσιον ἐξαγόμενον, ὁμοίου τοῦ ἰδίου ὄντος αὐτῷ. ἀνδράποδα δὲ σεσημασμένα τῷ δημοσίῳ σημάντρῳ, καὶ προσκειμένης ζημίας τῷ τε πωλοῦντι καὶ ἐξάγοντι, πῶς ἄν τις ταῦτα κλέψειεν; οὐκοῦν μέχρι μὲν τούτου δυνατὸν φανείη τῇ πόλει εἶναί τε ἀνθρώπους καὶ κτήσασθαι καὶ φυλάξαι. εἰ δ᾽ αὖ τις τοῦτ᾽ ἐνθυμεῖται, ὡς ἐπειδὰν πολλοὶ ἐργάται γένωνται, πολλοὶ φανοῦνται καὶ οἱ μισθωσόμενοι, ἐκεῖνο κατανοήσας θαρρείτω, ὅτι πολλοὶ μὲν τῶν κατεσκευασμένων προσμισθώσονται τοὺς δημοσίους. πολλὰ γάρ ἐστι τὰ ὑπάρχοντα. πολλοὶ δ᾽ εἰσὶ καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς ἔργοις γηρασκόντων, πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι Ἀθηναῖοί τε καὶ ξένοι, οἳ τῷ σώματι μὲν οὔτε βούλοιντ᾽ ἂν, οὔτε δύναιντ᾽ ἂν ἐργάζεσθαι, τῇ δὲ γνώμῃ ἐπιμελούμενοι, ἡδέως ἂν τὰ ἐπιτήδεια πορίζοιντο. ἢν γε μέντοι τὸ πρῶτον συστῇ διακόσια καὶ χίλια ἀνδράποδα, εἰκὸς ἤδη ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς προσόδου ἐν ἔτεσι πέντε, ἢ ἓξ μὴ μεῖον αὐτὰ ἑξακισχιλίων γενέσθαι. ἀπό γε μὴν τούτου τοῦ ἀριθμοῦ ἢν ὀβολὸν ἕκαστος ἀτελῆ τῆς ἡμέρας φέρῃ, ἡ μὲν πρόσοδος ἑξήκοντα τάλαντα τοῦ ἐνιαυτοῦ. ἀπὸ δὲ τούτων ἢν εἰς ἄλλα ἀνδράποδα τίθηται εἴκοσι, τοῖς τεσσαράκοντα ἤδη ἐξέσται τῇ πόλει χρῆσθαι εἰς ἄλλο ὅ, τι ἂν δέῃ. ὅταν δέ γε μύρια ἀναπληρωθῇ, ἑκατὸν τάλαντα ἡ πρόσοδος ἔσται. ὅτι δὲ δέξεται πολλαπλάσια τούτων, μαρτυρήσαιεν ἄν μοι εἴ τινες ἔτι εἰσὶ τῶν μεμνημένων ὅσον τὸ τέλος εὕρισκε τῶν ἀνδραπόδων πρὸ τῶν ἐν Δεκελείᾳ. μαρτυρεῖ δὲ κἀκεῖνο, ὅτι εἰργασμένων ἀνθρώπων ἐν τοῖς ἀργυρείοις ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ ἀναριθμήτων, νῦν οὐδὲν διαφέρει τὰ ἀργύρεια, ἢ οἷα οἱ πρόγονοι ἡμῶν ὄντα ἐμνημόνευον αὐτά. καὶ τὰ νῦν δὲ γιγνόμενα πάντα μαρτυρεῖ, ὅτι οὐκ ἄν ποτε πλείω ἀνδράποδ᾽ ἐκεῖ γένοιτο, ἢ ὅσων ἂν τὰ ἔργα δέηται. οὔτε γὰρ βάθους πέρας, οὔτε ὑπονόμων οἱ ὀρύσσοντες εὑρίσκουσι. καὶ μὴν καινοτομεῖν γε οὐδὲν ἧττον ἔξεστι νῦν ἢ πρότερον. οὐ τοίνυν οὐδ᾽ εἰπεῖν ἂν ἔχοι εἰδὼς οὐδεὶς πότερον ἐν τοῖς κατατετμημένοις πλείων ἀργυρῖτις, ἢ ἐν τοῖς ἀτμήτοις ἐστί. τί δῆτα φαίη ἄν τις, οὐ καὶ νῦν ὥσπερ ἔμπροσθεν πολλοὶ καινοτομοῦσιν; ὅτι πενέστεροι μέν εἰσιν οἱ περὶ τὰ μέταλλα (νεωστὶ γὰρ πάλιν κατασκευάζονται) κίνδυνος δὲ μέγας τῷ καινοτομοῦντι. ὁ μὲν γὰρ εὑρὼν ἀγαθὴν ἐργασίαν πλούσιος γίγνεται. ὁ δὲ μὴ εὑρὼν, πάντα ἀπόλλυσιν ὅσα ἂν δαπανήσῃ. εἰς τοῦτον οὖν τὸν κίνδυνον οὐ μάλα πως ἐθέλουσιν οἱ νῦν ἰέναι. ἐγὼ

blica coemat mancipia, donec unusquisq; Atheniensiū ternа poßidere uideatur. An hæc autem quæ à me dicuntur fieri poßint, secū quisq; reputans iudicabit. An non planè perspicuum est, rempublicam facilius posse, quàm priuatos, precium hominū statuere? Senatui quidem certè facilè est, ut uoce præconis proclamari iubeat, ut qui uolet, sua proferat mancipia, atq; ita quæ oblata fuerint, precio comparare. Posteaquàm autem habuerit, quid est cur quis coempta minus uelit à publico conducere, quàm à priuato, cùm iisdem conditionibus obtēturus sit? cōducunt enim de repub. lucos, templa, domos, ac ab eadem uectigalia redimunt. Atq; ut empta tueri, seruareq; poßitis, Reipub. licet prædes à conductoribus accipere, quemadmodū & à uēdentib. corpora. Imò uerò publicano facilius est fraudare, quàm ei qui mācipia cōduxerit: pecuniā enim potest quis aliquo modo publicā furari & auertere, cùm priuatā aliquā similē publicæ habeat. Qui antē fieri potest, ut quis mācipia nota publica notata, cùm mulcta & ei qui emerit, & ei qui eduxerit, cōstituta sit, furetur? Atq; hactenus de eo, an ciuitas & cōparare homines, & tueri posse uideatur. Si quis rursus cogitet, existentibus multis operarijs, extituros etiam multos qui mancipia locare uelint: illud animaduertat & cōfidat fore, ut multi ex ijs qui opus faciendum locāt, publicos homines cōducant, præsertim cùm multæ sint opum facultates: multi item ex ijs qui in opere uersantur, senescant: multi præterea & alij tū Athenienses tū peregrini, qui corpore quidē opus facere neq; uelint neq; poßint, sed cùm cōsilio res suas gerāt & curēt, libēter necessaria suppeditabūt. Itaq; si primū constituātur mille & ducēta mācipia, iam conijci potest intra quinq; annos aut sex, ex ipso hoc uectigali nō minus sex millibus rempublicā habiturā. Iam ex hoc numero si obolū unusquisq; in die immunē afferat, sexaginta talentorū uectigal in anno ciuitas auferet. Ex ijs autem si uiginti in alia mācipia impendantur, reliqua quadraginta, ut res postulabit, in alium aliquem usum licebit transferre. Cumq; decem millia confecta erunt, iam centum talentorum existet uectigal. Testes mihi esse possunt, si qui sunt adhuc, qui quantū uectigal seruorū ante res apud Deceliā gestas inuentū sit, meminerint. Illud quoq; testimonio est, quòd cū innumerabiles omni tēpore in argentifodinis opera fecerint, nihil tamen ab illis hoc tēpore differant, quas maiores nostri descripserūt. Et ea quidem quæ nūc fiūt omnia testātur, nunquā plura mancipia illic esse posse, quàm ipsa requirerēt opera: cùm præsertim neq; profunditatis fundū, neq; cuniculos ullos fossores inueniant. Atqui hoc tēpore nihilominus nouos cuniculos licet facere quàm ante: neq; tamē quisquam certò poßit dicere, quasi id antea uiderit, utrum in cæsis partibus, an in non cæsis, argentiæ materia quæ ἀργυρῖτις dicitur, copiosior sit. Cur ita tandem? dicat aliquis: an non nunc etiam sicut antea multi cædunt, quoniam pauperiores sunt, qui in metallis uersantur, cùm recens opus faciendum iterum locarint, periculum quoq; magnum ei imminet, qui nouos cuniculos uelit ducere. Nam qui inuenerit materiam operi commodam, diues efficitur: qui autem minus inuenerit, ea omnia quæ impenderit, perdit. Itaq; tale periculum non admodum cupiunt homines iam subire.

Mihi tamen uideor habere quod dem etiam in hac re consilium, quomodo nouos cuniculos instituendi ratio posit esse tutissima. Athenis enim decem sunt tribus, quarum cuique si ciuitas parem mancipiorum numerum daret, ipsæ autem coniunctis fortunis nouos cuniculos instituerent, hoc pacto, si aliqua inueniret, omnibus indicaret utilitatē: sin duæ, aut treis, aut quatuor, aut etiā pars tribuum dimidia inueniret, profectò ex illis operibus maiores caperentur utilitates: nam uniuersas falli nulla rerum præteritarum coniectura uerisimile uideri posit. Possent etiam & priuati eadem ratione coniuncti & consociati, tutius periculum adire. Neq; uerò metuendum est, ut respublica ita constituta in priuatorum currat offensionem, aut contrà priuati in Reipublicæ, sed ut armorum ac belli socij, quò plures coniuncti fuerint, hoc se mutuò firmiores & potentiores reddunt, sic in argentifodinis quantò plures erunt qui operentur, tanto plus bonorum et reperient & reportabunt. Explicaui igitur, qua ratione constituta Republica Atheniensibus omnibus de publico necessaria ad uictum suppeditari posse arbitrer. Quòd si qui sunt, qui existiment ad hæc conficienda permultos sumptus esse necessarios, nec unquā satis magnam pecuniam colligi posse, ne sic quidem animum despondere debēt. Nō enim res ita habet, ut aut simul omnia fieri, aut ex ipsis nullam utilitatem capi necesse sit, sed simul ut quæque primùm ædificata fuerint uel ædes, uel naues, uel empta mancipia, ea ipsa utilitatem præbebunt. Quinetiam utilius erit hæc uicissim, quàm simul omnia fieri. Nam si simul multi ædificarent, sumptuosius & ornatius quàm si diuisi faciendum suscepissent, absoluerent. Mancipiorum autem permagnum quærentes numerum, & deteriora, & charius emere cogemur. Sed si pro ratione facultatum operabimur, quæ erunt rectè instituta ea deinceps persequi licebit. Sin autem quid peccatum fuerit, ab eo abstineamus. Iam uerò si omnia simul fierent, omnia simul à nobis suppeditari opus esset. At si alia perficiantur, alia pendeant & differantur, superius iam confectum uectigal, quæ erunt necessaria suppeditabit. Illud fortasse uideri posit ualde metuendum, ne si ciuitas nimium multa compararit mancipia, nimium multis opera ipsa compleantur: sed hoc metu liberati erimus, si non plures homines quàm ipsa requirūt opera, in singulos annos mittemus. Sic mihi quidē uidetur quod facillimum est in hac re, id factu esse optimū. Quòd si rursus propter tributa hoc bello exacta existimatis ne tantulum quidē cōtribui posse: nos uerò quantū pecuniæ ante pacem pēsitabatur ex uectigalibus, tantū in gubernatione reipub. impēdite insequentē annū. Quas uero supra illā summā cōparaueritis, tū quia pax tum quia incolæ & mercatores colētur,, & multis cōmeantibus plurima et importabūtur et exportabūtur, et ad portū mercatus erunt frequentiores, hæc recipiētes ut quàmmaxima sint uectigalia efficere debetis. At si qs est, qui uereatur, ne si bellū ingruat, hoc sit inane institutū: is cogitare debebit, reb. nostris ita cōstitutis, bellū fore formidolosius hostib. ipsis q inferēt, quàm nostræ ciuitati. Quid.n. ad belli usum hominū multitudine utilius? multi.n. naues implere publicas, multi terrestri prælio infestare poterūt hostes, si qs eos obsequio retinere uelit.

Equidem

ἐγὼ μέντοι ἔχειν μοι δοκῶ καὶ περὶ τούτου συμβουλεῦσαι, ὡς ἂν ἀσφαλέστατα καινοτομοῖτο. εἰσὶ μὲν γὰρ δήπου Ἀθηναίων δέκα φυλαί, εἰ δ' ἡ πόλις δοίη ἑκάστῃ αὐτῶν ἴσα ἀνδράποδα, αἱ δὲ κοινωσάμεναι τὴν τύχην καινοτομοῖεν, οὕτως ἄν, εἰ μία εὕροι, πάσαις ἂν λυσιτελὲς ἀποδείξειεν, εἰ δὲ δύο, ἢ τρεῖς, ἢ τέτταρες, ἢ αἱ ἡμίσειαι εὕροιεν, δῆλον ὅτι λυσιτελέστερα ἂν τὰ ἔργα ταῦτα γίγνοιτο. τό γε μὴν πάσας ἀποτυχεῖν, οὐδὲν τῶν παρεληλυθότων ἐοικὸς οἷόν τε δή. οὕτως οὖν καὶ ἰδιώτας συνισταμένους καὶ κοινουμένους τὴν τύχην ἀσφαλέστερον κινδυνεύειν. μηδὲν μέντοι τοῦτο φοβεῖσθε, ὡς ἢ τὸ δημόσιον οὕτω κατασκευαζόμενον παραλυπήσει τοὺς ἰδιώτας, ἢ οἱ ἰδιῶται τὸ δημόσιον. ἀλλ' ὥσπερ σύμμαχοι ὅσῳ ἂν πλείους συνιῶσιν ἰσχυροτέρους ἀλλήλους ποιοῦσιν, οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἀργυρείοις ὅσῳ περ ἂν πλείους ἐργάζωνται, τόσῳ πλείονα τἀγαθὰ εὑρήσουσί τε καὶ φορήσουσι. καὶ ἐμοὶ μὲν δὴ εἴρηται ὡς ἂν ἡγοῦμαι κατασκευασθείσης τῆς πόλεως ἱκανὴν ἂν πᾶσιν Ἀθηναίοις τροφὴν ἀπὸ κοινοῦ γενέσθαι. εἰ δέ τινες λογιζόμενοι παμπόλλης ἂν δεῖν ἀφορμῆς εἰς ταῦτα πάντα οὐχ ἡγοῦνται ἱκανὰ ἄν ποτε χρήματα εἰσενεχθῆναι, μηδ' οὕτως ἀθυμούντων. οὐ γὰρ οὕτως ἔχει ὡς ἀνάγκη ἅμα πάντα ταῦτα γίγνεσθαι, ἢ μηδὲν ὄφελος αὐτῶν εἶναι· ἀλλ' ὁπόσα ἂν ἢ οἰκοδομηθῇ, ἢ ναυπηγηθῇ, ἢ ἀνδράποδα ὠνηθῇ, εὐθὺς ταῦτα ἐν ὠφελείᾳ ἔσται. ἀλλὰ μὴν καὶ τῇδέ γε συμφορώτερον τὸ κατὰ μέρος, ἢ τὸ ἅμα πάντα πράττεσθαι. οἰκοδομοῦντές τε γὰρ ἀθρόοι, πολυτελέστερον ἂν καὶ κάλλιον ἢ κατὰ μέρος ἀποτελοῖμεν. ἀνδράποδα δὲ παμπληθῆ ζητοῦντες, ἀναγκαζοίμεθ' ἂν καὶ χείρω, καὶ τιμιώτερα ὠνεῖσθαι. κατά γε μὴν τὸ δυνατὸν περαίνοντες τὰ μὲν καλῶς γνωσθέντα καὶ αὖθις ἂν ἀνύοιμεν. εἰ δέ τι ἁμαρτηθείη, ἀπεχοίμεθα ἂν αὐτοῦ. ἔτι δὲ πάντων ἅμα γιγνομένων ἡμᾶς ἂν ἅπαντα δέοι ἐκπορίζεσθαι· εἰ δὲ τὰ μὲν περαίνοιτο, τὰ δὲ μέλλοι, ἡ ὑπάρξουσα πρόσοδος τὸ ἐπιτήδειον συγκατασκευάζοι ἄν. ὃ δὲ ἴσως φοβερώτατον δοκεῖ πᾶσιν εἶναι, μὴ εἰ ἄγαν πολλὰ κτήσαιτο ἡ πόλις ἀνδράποδα, ὑπεργεμισθείη ἂν τὰ ἔργα, καὶ τούτου τοῦ φόβου ἀπηλλαγμένοι εἴημεν, εἰ μὴ πλείονας ἀνθρώπους ἢ ὅσους αὐτὰ τὰ ἔργα προσαιτοίη κατ' ἐνιαυτὸν ἐμβάλοιμεν. οὕτως ἔμοιγε δοκεῖ ἥπερ ῥᾷστον ταύτῃ καὶ ἄριστον εἶναι ταῦτα πράττειν. εἰ δ' αὖ διὰ τὰς ἐν τῷ νῦν πολέμῳ γεγενημένας εἰσφορὰς νομίζετ' ἂν μηδ' ὁτιοῦν δύνασθαι εἰσενεγκεῖν, ὑμεῖς δὲ ὅσα μὲν πρὸ τῆς εἰρήνης χρήματα εὑρίσκετε, τὰ τέλη ἀπὸ τοσούτων καὶ τὸ λοιπὸν ἔτος διοικεῖτε τὴν πόλιν. ὅσα δ' ἂν ὑφευρίσκητε διά τε τὸ εἰρήνην εἶναι, καὶ διὰ τὸ θεραπεύεσθαι μετοίκους καὶ ἐμπόρους, καὶ διὰ τὸ πλειόνων συναγειρομένων ἀνθρώπων πλείω εἰσάγεσθαι καὶ ἐξάγεσθαι. καὶ διὰ τὸ ἐν λιμένι καὶ τὰς ἀγορὰς αὐξάνεσθαι, ταῦτα λαμβάνοντες κατασκευάσασθε ὡς ἂν πλεῖσται πρόσοδοι γίγνοιντο. εἰ δέ τινες αὖ φοβοῦνται μὴ ματαία ἂν γένοιτο αὕτη ἡ κατασκευὴ εἰ πόλεμος ἐγερθείη, ἐννοησάτωσαν ὅτι τούτων γιγνομένων πολὺ φοβερώτερος ὁ πόλεμος τοῖς ἐπιφέρουσιν ἢ τῇ πόλει. τί γὰρ δὴ εἰς πόλεμον κτῆμα χρησιμώτερον ἀνθρώπων; πολλὰς μὲν γὰρ ναῦς πληροῦν ἱκανοὶ ἂν εἶεν ἐν δημοσίᾳ. πολλοὶ δ' ἂν καὶ πεζοὶ δημοσίᾳ δύναιντ' ἂν βαρεῖς εἶναι τοῖς πολεμίοις, εἴ τις αὐτοὺς θεραπεύοι.

λογί-

λογίζομαι δ' ἔγωγε καὶ πολέμου γιγνομένου οἷόν τ' εἶναι μὴ ἐκλείπεσθαι τὰ ἀργύρεια. ἔστι μὲν γὰρ δήπου περὶ τὰ μέταλλα ἐν τῇ πρὸς μεσημβρίαν θαλάττῃ τεῖχος ἐν Ἀναφλύστῳ. ἔστι δ' ἐν τῇ πρὸς ἄρκτον τεῖχος ἐν Θορικῷ. ἀπέχει δὲ ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων ἀμφὶ τὰ ἑξήκοντα στάδια. εἰ οὖν καὶ ἐν μέσῳ τούτων γένοιτο ἐπὶ τῷ ὑψηλοτάτῳ Βήσης τρίτον ἔρυμα, συνήκοιτ' ἂν τὰ ἔργα εἰς ἓν ἐξ ἁπάντων τῶν τειχῶν, καὶ εἴ τι αἰσθάνοιτο πολεμικόν, βραχὺ ἂν εἴη ἑκάστῳ εἰς τὸ ἀσφαλὲς ἀποχωρῆσαι. εἰ δὲ καὶ ἔλθοιεν πλείους πολέμιοι, δηλονότι εἰ μὲν σῖτον, ἢ οἶνον, ἢ πρόβατα ἔξω εὕροιεν, ἀφέλοιντ' ἂν ταῦτα. ἀργυρίτιδος δὲ κρατήσαντες, τί ἂν μᾶλλον ἢ λίθοις ἔχοιεν χρῆσθαι; πῶς δὲ καὶ ὁρμήσειάν ποτε πολέμιοι πρὸς τὰ μέταλλα; ἀπέχει μὲν γὰρ δήπου τῶν ἀργυρείων ἐγγύτατα πόλις Μέγαρα. πολὺ πλεῖον τῶν πεντακοσίων σταδίων. ἀπέχει δὲ ἡ μετὰ ταῦτα πλησιαιτάτη Θῆβαι, πολὺ πλεῖον τῶν ἑξακοσίων. ἢν οὖν πορεύωνται ἐντεῦθέν ποθεν ἐπὶ τὰ ἀργύρεια, παριέναι αὐτοὺς δεήσει τὴν πόλιν, καὶ ἢν μὲν ὦσιν ὀλίγοι, εἰκὸς αὐτοὺς ἀπόλλυσθαι καὶ ὑπὸ ἱππέων, καὶ ὑπὸ περιπόλων. πολλῇ γε μὴν δυνάμει πορεύεσθαι ἐξερημοῦντας τὰ ἑαυτῶν χαλεπόν. πολὺ γὰρ ἐγγύτερον ἂν εἴη ταῖς πόλεσιν αὐτῶν τὸ τῶν Ἀθηναίων ἄστυ, ἢ αὐτοὶ οἱ πρὸς τοῖς μετάλλοις ὄντες. εἰ δὲ καὶ ἔλθοιεν, πῶς ἂν καὶ δύναιντο μένειν μὴ ἔχοντες τὰ ἐπιτήδεια; ἐπισιτίζεσθαί γε μὴν, μέρει μὲν κίνδυνος, καὶ περὶ τῶν μετιόντων καὶ περὶ ὧν ἀγωνίζονται. πάντες δὲ ἀεὶ μετιόντες πολιορκοῖντ' ἂν μᾶλλον ἢ πολιορκοῖεν. οὐ τοίνυν μόνον ἡ ἀπὸ τῶν ἀνδραπόδων ἀποφορὰ τὴν διατροφὴν τῇ πόλει αὔξοι ἄν, ἀλλὰ πολυανθρωπίας περὶ τὰ μέταλλα ἀθροιζομένης καὶ ἀπ' ἀγορᾶς τῆς ἐκείνου αὖ καὶ ἀπ' οἰκιῶν περὶ τἀργύρεια δημοσίων καὶ ἀπὸ καμίνων, καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων, πρόσοδοι ἂν πολλαὶ γίγνοιντο. ἰσχυρὰ γὰρ καὶ αὕτη πολυάνθρωπος γένοιτο πόλις, εἰ οὕτω κατασκευάζοιτο. καὶ οἵ γε χῶροι οὐδ' ἐν ἂν εἶεν μείονος ἄξιοι τοῖς κεκτημένοις ἐνταῦθα ἢ τοῖς περὶ τὸ ἄστυ. πραχθέντων γε μὴν ὧν εἴρηκα, σύμφημι ἐγὼ οὐ μόνον ἂν χρήμασιν εὐπορωτέραν τὴν πόλιν εἶναι, ἀλλὰ καὶ εὐπειθεστέραν καὶ εὐτακτοτέραν, καὶ εὐπολεμωτέραν γενέσθαι. οἵ τε γὰρ ταχθέντες γυμνάζεσθαι, πολὺ ἂν ἐπιμελέστερον πράττοιεν ἐν τοῖς γυμνασίοις τὴν τροφὴν ἀπολαμβάνοντες πλείω ἢ ἐν ταῖς λαμπάσι γυμνασιαρχούμενοι. οἵ τε φρουρεῖν ἐν τοῖς φρουρίοις, οἵ τε πελτάζειν καὶ περιπολεῖν τὴν χώραν. πάντα ταῦτα μᾶλλον ἂν πράσσοιεν ἐφ' ἑκάστοις τῶν ἔργων τῆς τροφῆς ἀποδιδομένης. εἰ δὲ σαφὲς δοκεῖ εἶναι, ὡς εἰ μέλλουσι πᾶσαι αἱ πρόσοδοι ἐκ πόλεως προσιέναι, ὅτι εἰρήνην δεῖ ὑπάρχειν, ἆρ' οὐκ ἄξιον καὶ εἰρηνοφύλακας καθιστάναι; πολὺ γὰρ ἂν καὶ αὕτη αἱρεθεῖσα ἡ ἀρχὴ προσφιλεστέραν καὶ πυκνοτέραν εἰσαφικνεῖσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις ποιήσειε τὴν πόλιν. εἰ δέ τινες οὕτω γιγνώσκουσιν ὡς ἐὰν ἡ πόλις εἰρήνην ἄγουσα διατελῇ, ἀδυνατωτέρα τε καὶ ἀδοξοτέρα καὶ ἧττον ὀνομαστὴ ἐν τῇ Ἑλλάδι ἔσται, καὶ οὗτοί γε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, παρὰ ἀγνώμονα σκοποῦσιν. εὐδαιμονέσταται μὲν γὰρ δήπου πόλεις λέγονται, αἳ ἂν πλεῖστον χρόνον ἐν εἰρήνῃ διατελῶσι. πασῶν δὲ πόλεων Ἀθῆναι μάλιστα πεφύκασιν ἐν εἰρήνῃ αὔξεσθαι. τίνες γὰρ ἡσυχίαν ἀγούσης

τῆς

Equidem existimo belli etiam tempore fieri posse ut metallariorum opera non intermittãtur, præsertim cùm ad mare quod meridiem uersus extenditur, una sit munitio, qui locus Anaphastus dicitur, altera uerò in loco qui Thoricos uocatur ad mare Aquilonare: quæ loca ab alter altero stadia circiter sexaginta distãt. Si igitur inter hæc duo tertiũ aliquod propugnaculum in editissimo montis loco excitetur, in unũ locũ ex uniuersis munitionibus ad opera facienda licebit uenire: ac si quid tumultus bellici senserint, cito in munitũ & tutũ secedere & cõfugere licebit. Sin plurimi hostes uenerint, si frumentũ, aut uinũ, aut pecudes inuenerint extra munitiones, ea nimirum secũ auferẽt. At si argentarijs metallis potiti fuerint, quid aliud habituri sunt quo utantur, nisi saxa? Sed quo tandem modo in metalla hostes irruptionem facere possint? abest enim à metallis proximè urbs Megara paulò amplius quinquaginta stadijs: absunt etiã proximè Thebæ multò amplius sexaginta. Itaq; si illinc alicũde ad argẽtaria metalla uenerint, ut ipsam urbẽ prætereãt necesse est. Quòd si pauci fuerint, ab equitibus & circunstãtibus peditibus cõciduntur. Vt uerò desertis suis, cũ magnis copijs e suis finib. exeãt, nõ facile est, propterea quòd Athenæ ipsæ propiores essent oppidis istorũ, quàm ipsi illi quãdiu quidẽ in metallis hærerent. Quòd si uenirent, qui possint illic durare, commeatu & cibarijs carentes? Frumentari autẽ si pars quidẽ uelit, periculosum est, tum ijs qui inuadunt, tũ ijs pro quibus certãt: sin uerò uniuersi uadãt, magis obsideri possint quàm obsidere. Nec uerò solùm quod ex mancipijs exigitur tributum annonã augebit, uerumetiã ea hominum multitudo quæ in metallis uersatur, & mercatus qui illic institutus fuerit, ædificia publica argentariorum, causa metallorum facta, fornaces item & cætera omnia, auctiora reddent uectigalia: erit enim hæc ciuitas admodum celebris, si isto pacto fuerit instituta: nec loca ibi minoris erunt dominis suis, quàm ea quæ sunt ad urbem. Itaq; si quæ dixi facta fuerint, non solùm pecuniæ abundantiorem, uerumetiam & parentiorem legum, & moderatiorem, et bellicosiorem ciuitatem nostram fore confirmo: siquidem præfecti gymnasiorum maiorem adhibebunt diligentiam & curam, si stipendium acceperint maius, quàm qui in gymnasijs ad lampades præsunt: similiterq; præsidiarij & lancearij, quibus incumbit obire regionem, hæc omnia, si in suo quisq; officio dimensum acceperit, accuratius diligẽtiusq; curabunt. Quòd si perspicuum est fore ut summa pace fruamur, si cuncta uectigalia e republica constituantur, an non æquum est, ut pacis custodes creentur: cùm præsertim talis magistratus ciuitatẽ multò gratiorem & frequentiorem, ut omnes in eam undiq; confluere uelint, effecturus esse uideatur. Si qui autem sunt qui nostram ciuitatem, si pace fruatur, imbecilliorem, ignobilioremq; in Græcia, atque minus celebrem fore arbitrentur, ij, ut mea fert sententia, non rite perpendũt. Hæ enim dicũtur beatissimæ respub. quæ plurimo tempore in pace uixerunt. Athenæ autem omnium ciuitatum maximè uidentur in pace augeri posse: quis est enim omnium qui hanc

δοκεῖ ἀπὸ τρόπου

 urbem,

urbem si quieta fuerit, non desideret? Atq; ut à nauicularijs & mercatoribus ordiamur, an non frumento, uino, oleo pecudibus abundantes, item qui consilio & re, sua possunt augere? Iam uerò opifices, Sophistæ, Philosophi, Poetæ, quiq; istorū opera tractant, itemq; sacrorum publicorumq; spectatu & auditu dignorum cupidi, præterea si qui multa citò uendere aut emere uelint, ubi facilius quod cupiunt assequentur, quàm Athenis? Quòd si contra hæc nihil dicitur, sed nonnulli principatum ciuitati recuperare dum cupiunt, bello magis quàm pace id effici posse arbitrantur, recordari debent primùm Medicum bellum, utrum tandem uiolentia, an nostra erga Græcos beneficentia maris principatum & Græciæ quæsturam adepti sumus. Iam uerò cùm crudeliter nimium uideretur ciuitas imperare, imperioq; esset priuata, nonne tum quoque cùm ab iniurijs abstinuimus, ultro ab insulanis classi maritimæ iterum præpositi sumus? Quid? an non & Thebani beneficijs nostris prouocati, imperium suum Atheniensibus concesserunt? Præterea Lacedæmonij non uiolati à nobis, sed beneficijs affecti, Atheniensibus quod uellent de imperio ut constituerent, permiserunt. Nunc uerò propter Græciæ perturbationem illud ciuitati nostræ accidisse mihi uidetur, ut absque labore, sine periculo, sine sumptibus, Græcos sibi conciliare posit. Licet enim operam dare, ut ciuitates eas, quæ inter se bella gerunt, reconciliemus: licet etiam, si qui in illis seditionibus dissideant, consociare. Si conspicuum erit uos procurasse ut Delphi suis legibus, sicut antea, utantur, idq; efficiatis non bellando, sed per Græcas ciuitates legationes dimittendo, nihil erit mirum, si omnes Græcos concordes, coniuratos, sociosq; recipietis, aduersus illos qui Delphicum templum à Phocensibus desertum occupare conabantur. Itemque si intelligent uos dare operam ut terra marique omnia pacificentur, equidem existimo cunctos uotis expetituros Athenas secundum suam patriam maximè saluas esse. Quòd si rursus quisquam est qui existimet, bellum quàm pacem utilius esse ad rem, pecuniamq; augendam, non uideo qua ratione iudicari possit, quàm si quis res antea gestas consideret, earumq; euentus qui fuerint nostræ ciuitati, secum reputet: reperiet enim quondam in pace permultum pecuniæ in ærarium inuectum, quæ omnis pecunia bello consumpta est. intelligi poterit, si considerare uelimus, & hoc quoque tempore, bello multa uectigalia defecisse, & ea quæ superessent, in res admodum uarias exhausta esse: at iam pacato mari, eadem & aucta esse, & ijs uti licere ciuibus suo arbitratu. Quòd si quis me roget, an etiam si quis in ciuitatem iniuriosus fuerit, censeam cum eo pacem conciliandam? equidem illud nolim: sed hoc affirmo, nos hostes facilius ulcisci posse, si nostra ciuitas iniuriosum habuerit neminem: illi enim nullos habebunt armorum belliq; socios. Atqui si nihil est eorum quæ à me dicta sunt, quod non fieri posit, & quidem facile, quibusq; factis gratiores futuri sumus Græ-

πλοι στρατιῶται γίγνονται, μείονα μὲν χρόνον οἱ ὁπλῖ-
ται, πλείονα δὲ οἱ ἱππεῖς. σκοποῖς μέντοι καὶ προφυ-
λακαῖς, οὐδέποτε δὴ παύεσθαι ἐπιβουλεύοντα. οὗτοι
γὰρ αὖ ὀλίγοι μὲν ἀεὶ καθίστανται, πολὺ δὲ τοῦ ἰσχυροῦ
ἐνίοτε ἀποστατοῦσιν. ὅταν δὲ τὰ τοιαῦτα ἤδη καλῶς φυ-
λάττωνται οἱ πολέμιοι, καλόν ἐστι σὺν θεῷ λαθόντα
ἐλθεῖν εἰς τὴν πολεμίαν μεμεληκότας, οἵ τε ἑκα-
σταχοῦ καὶ ποῦ τῆς χώρας προφυλάττουσιν. οὐδεμία
γὰρ ὧδε καλὴ λεία ὡς αἱ φυλακαὶ ἢν κρατηθῶσι καὶ

α-

* ἀνδὲ ἐ-
πιμελείας
† γ' ἀταξία

ma est: nã & equites meliores erunt, Deo iuuante, si quis eorum talem curam gerat, qualem decet. & grauis armaturæ milites non erunt inferiores, aut pauciores, nec corporibus deterioribus, & animis bonorũ appetẽtioribus, si modo recta exercitatione fuerint instituti. Nec uerò Athenienses minorẽ causam de maioribus gloriandi quàm Bœoti habẽt. Sin ciuitas ad nauales copias se conuertat, eiq; satis sit hostem mœnibus probibere: ut cùm Lacedæmonij cũ uniuersis Græcis irruptionẽ fecerũt: equites autẽ dignos cẽseat, qui, quæ sunt extra munitiões, omnia tueantur, soliq; illi periculis se offerant cõtra hostes, tum demum pro socijs fortißimis primùm dij sunt optandi: deinde Hipparchum decet uirum esse perfectum, & usum militarem habere: magna enim opus est prudentia aduersus eos qui longè numero plures sunt, et audaciores, si id tempus requirat. Debet etiam, ut mihi uidetur, ad perferendos labores idoneus esse. Nam aduersus talem exercitum periculum adiens, cui ne tota quidem ciuitas poßit resistere, profectò patietur quicquid illi à superioribus impositum fuerit, nihil autem in illos statuere poßit. Quòd si ea quæ sunt extra munitiones tuebitur, id eo numero effici poßit, qui & hostes obseruare, & in tutũ, quoties res postulabit, se recipere tempestiuißimè poßit. Possunt etiam nihilo minus prouidere pauci, quàm multi, ac custodire, rebusq; amicorum receptum dare non intempestiue, qui neq; sibi, neq; equis fidunt: optimus enim est custos metus. Qui igitur ex his custodes effecerit, fortaßis rectè consulat. Ex his autem qui custodiæ adhibiti non fuerint, si quis exercitum se habere putabit, exiguus ipsi uidebitur: integro enim & perfecto destitutus exercitu, aperte se in periculum conie cturus est: At si quasi latronibus uti uelit, satis magnam ad id efficiendum manum, ut uerisimile est, habebit. Debet etiam, ut mihi quidem uidetur, equitum magister paratos semper milites habere, quasi aliquid faciat, & in occulto se tenere, ut si quid exercitus hostilis peccet, obseruare poßit. Solent enim milites, quantò plures fuerint, tantò plus peccare: aut enim ad necessaria quærenda studio dispergũtur milites, aut dum progrediuntur inordinata sunt omnia, alijs præcedentibus, alijs à tergo diutius quàm conuenit subsistentibus. Atq; huiusmodi delicta impunè non sunt prætermittenda. Sin secus, tota regio complebitur exercitu militum. Illud summè prouidendum est, ut si quid facere ante occuparit, in tutũ prius se recipiat, quàm aliquod superueniat maius auxilium. Sæpe autem cùm progreditur exercitus, accidit ut in eius generis uias incidat, ubi non plus poßint plurimi quàm paucißimi. Cùm autem hostes traducunt flumina, si diligenter obserues, & cautè sequaris, id consequi poßis, ut cum quantolibet hostium numero confligas. Est etiam aliquoties utile adoriri & castrametantes, prandentes, cœnantes, cubitu surgentes, quòd in his omnibus milites arma ponere soleant, pedites quidem ad breue tempus, equites ad longius spacium. Exploratoribus quidem & primis excubitoribus continenter insidiæ struendæ sunt, cùm & pauci esse soleant, & aliquoties à munitionibus procul abesse. Cùm uerò hæc hostes diligenter custodiunt, utile est Deo placato & approbante, clàm in hosticum proficisci: sed summa adhibita diligentia, ut qui ubicunq;, & in qua regionis parte primi excubias agunt, cognoscas. Nulla est enim tam gloriosa præda, atque excubiarum & uigiliarum, si deprehensæ teneantur.

Et satè opportuni sunt fallacijs custodes: persequuntur enim minima quæq;, quòd id sibi imperatum esse arbitrantur. Considerare tamen debemus, quò possimus receptum habere, ne sit è regione eorum, qui nobis succurrere debebunt. Porrò qui fortissimum exercitum tutò & sine calamitate sua maleficio aliquo afficere possunt, eos necesse est sic excellere, ut exercitati in rebus bellicis, hostes autem cum his comparati, idiotæ omninoq; imperiti esse uideantur. Primum autem illud adesse debet, ut prædaturi sint exercitati in transuectionibus & decursionibus quò labores possint perferre militares. nam harum rerum imperiti seu equi seu milites, iure optimo quasi mulieres cum uiris decertare uidebuntur. At instituti & assuefacti transiliendis fossis, & munitionibus superandis, locis præruptis scandendis, quiq; ex altis & præruptis se demittere & liberare assuefacti sunt, & per decliuia celeriter uectari, hi uerò tantò præstant inexercitatis, & horum imperitis, quantùm aeria & pennigera animantia terrestribus. Rursus autem qui pedibus sunt exercitatis, tantum eis antecellunt qui sunt ad asperitates uiarum inexercitati, quantum claudis integri. Ac locorum periti tantùm in progressione & regressione præstant imperitis, quantùm cæcis, qui aspectu utuntur commodè. Ne illud quidem equestris disciplinæ peritum fugere debet, equos bene habitos, non autem saginatos ad suffocationem usq;, laboribus sustinendis utilissimos esse. Et quoniam frena & ephippia è loro suspensa utilia sunt, magistro equitum curandum est, ut illis nunquam careat, cum præsertim parua impensa eos qui illis careant, utiles & ad prælium habiles efficere possit. Si quis autem est qui multum inesse negocij existimet, si ista ratione ars equestris sit exercenda, is cogitare debebit, qui ad gymnicos ludos exercentur, eos multò pluribus & molestioribus urgeri molestijs, quàm qui summa diligentia equestrem exercent disciplinam: illi enim se plurimũ cũ sudore ad gymnasticen exercẽt. In equestri autem exercitatione plurima sunt plena uoluptatis. Nam si quis optaret uolucer fieri, nullũ est ex humanis operibus, quod uolatui magis, quàm equitatus, simile esse uideatur. Iam uerò potiri uictoria in bello, gloriosius est multò quàm in pugilatu: quod istius gloriæ respub. particeps fieri soleat. Adeò uerò sæpe in belli uictoria dij ciuitates etiam ipsas beatitate coronãt, ut haud sciam an quicquã aliud utilius sit, quàm rei militaris disciplinã artemq; exerceri. Etiam cogitare debemus, piratas laboribus exercitatos, posse uel à multo superioribus & præstantioribus uictũ sibi parare. Cõuenit et ijs qui in terra sua ipsi percipiunt, sed cibarijs carent, prædari: aut enim opus faciendũ, aut ab elaboratis & opere confectis alimenta sumenda: aliter uerò nõ facile est neq; uitã ducere, neq; pacem habere. Illud etiam meminisse debet, ut nunquam in eos impetũ faciendũ putet, quos superiores euasuros arbitretur, maximè si erit à tergo locus equis transitu difficilis, cũ non sit idẽ erratũ fugientis et persequentis. Iam uerò illud monendũ puto, ut illud quoq; caueatur: sunt enim quidam qui cùm in eos impetum facturi sint, quibus se superiores fore putãt omnino, parua manu inuadũt, ut sæpe illis acciderint, quæ ipsi in alios se illaturos confidebant. Cùm uerò in eos quibus se certo sciunt inferiores esse, quicquid copiarum habuerint, educũt. Ego uerò contrà omnino fieri oportere arbitror: ac cùm te uictoria potiturũ existimabis, copijs quas habeas parcere nõ debes:

nam

κλωπικώτατοι δ' εἰσὶν οἱ φύλακες. διώκουσι γὰρ ὅτι ἂν ὀλίγους ἴδωσι, νομίζοντες σφίσι ταῦτα προστετάχθαι. τὰς μέντοι ἀποχωρήσεις σκοπεῖν δεῖ, ὅπως μὴ ἀντίαι τοῖς βοηθοῦσιν ἔσονται. τοὺς μέντοι μέλλοντας δυνήσεσθαι ἀσφαλῶς τὸ πολὺ κρεῖττον στράτευμα κακουργεῖν, σαφῶς δεῖ τοσοῦτον διαφέρειν, ὥστε τοὺς μὲν ἀσκητὰς φαίνεσθαι τῶν πολεμικῶν ἐν ἱππικῇ ἔργων, τοὺς δὲ πολεμίους ἰδιώτας. τοῦτο δ' ἂν εἴη πρῶτον μὲν εἰ οἱ λῄζεσθαι μέλλοντες ἐκπεπονημένοι εἶεν τῇ ἐλάσει, ὥστε δύνασθαι στρατιωτικοὺς πόνους ὑποφέρειν. οἱ γὰρ πρὸς ταῦτα ἀμελῶς ἔχοντες, καὶ ἵπποι καὶ ἄνδρες, εἰκότως ἂν ὥσπερ γυναῖκες πρὸς ἄνδρας ἀγωνίζοιντο. οἱ δέ γε δεδιδαγμένοι τε καὶ εἰθισμένοι, τάφρους τε ὑπεράλλεσθαι καὶ τειχία ὑπεραίρειν, καὶ ἐπ' ὄχθους ἀνάλλεσθαι, καὶ ἀφ' ὑψηλῶν ἀσφαλῶς καθιέναι, καὶ τὰ κατάντη ταχὺ ἐλαύνεσθαι, οὗτοι δ' αὖ τοσοῦτο διαφέροιεν ἂν τῶν ἀμελετήτων ταῦτα, ὅσονπερ πτηνοὶ πεζῶν. οἱ δέ γε αὖ τοὺς πόδας ἐκπεπονημένοι, τῶν ἀτριβάστων πρὸς τραχέα, ὅσονπερ ὑγιεῖς χωλῶν. καὶ οἵ γε τῶν τόπων ἔμπειροι πρὸς τοὺς ἀπείρους, τοσοῦτον ἐν ταῖς προελάσεσι καὶ ἀποχωρήσεσι διαφέροιεν ἄν, ὅσονπερ οἱ ὁρῶντες τῶν τυφλῶν. καὶ τοῦτο δὲ χρὴ εἰδέναι, ὅτι οἱ εὐωχούμενοι ἵπποι, μὴ ἐκπεπονημένοι δέ, ὥστε ἀπνίγεσθαι ἐν τοῖς πόνοις, δυνατώτεροι εἰσί. καὶ ἐπείπερ χαλινοὶ καὶ ἐφίππια ἐξ ἱμάντων ἠρτημένα ὄντα χρήσιμα, μή ποτε τὸν ἵππαρχον τούτων ἔρημον εἶναι. μικρᾷ γὰρ δαπάνῃ τοὺς ἀποροῦντας χρησίμους ἂν παρέχοιτο. εἰ δέ τις νομίζοι πολλὰ ἕξειν πράγματα, εἰ οὕτω δεήσει ἀσκεῖν τὴν ἱππικήν, ἐνθυμηθήτω ὅτι οἱ εἰς τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας ἀσκοῦντες, πολὺ πλείω πράγματα καὶ χαλεπώτερα ἔχουσιν, ἢ οἱ τὴν ἱππικὴν τὰ μάλιστα μελετῶντες. καὶ γὰρ τῶν μὲν γυμνικῶν ἀσκημάτων τὰ πολλὰ σὺν ἱδρῶτι ἐκπονοῦνται, τῆς δὲ ἱππικῆς τὰ πλεῖστα μεθ' ἡδονῆς. ὅπερ γὰρ εὔξαιτ' ἄν τις πτηνὸς γενέσθαι, οὐκ ἔστιν ὅτι μᾶλλον τῶν ἀνθρωπίνων ἔργων ἔοικεν αὐτῷ. καὶ μὴν τό γ' ἐν πολέμῳ νικᾶν, πολλῷ ἐνδοξότερον, ἢ πυγμῇ. μετέχει μὲν γάρ τι καὶ ἡ πόλις ταύτης τῆς δόξης. ὡς δὲ τὰ πολλὰ ἐπὶ τῇ τοῦ πολέμου νίκῃ, καὶ εὐδαιμονίᾳ οἱ θεοὶ τὰς πόλεις τε στεφανοῦσιν. ὥστ' οὐκ οἶδ' ἔγωγε τινὰ προσήκει ἄλλ' ἄττα μᾶλλον ἀσκεῖσθαι, ἢ τὰ πολεμικά. ἐννοεῖν δὲ χρή, ὅτι καὶ οἱ κατὰ θάλατταν λησταί, διὰ τὸ πονεῖν ἀσκηκέναι, δύνανται ζῆν καὶ ἀπὸ τῶν πολὺ κρειττόνων. προσήκει γε μὴν καὶ κατὰ γῆν αὐτοῖς καρπουμένοις τὰ ἑαυτῶν, ἀλλὰ τοῖς στερισκομένοις τῆς τροφῆς λῄζεσθαι. ἢ γὰρ ἐργαστέον ἢ ἀπὸ τῶν εἰργασμένων θρεπτέον. ἄλλως δ' οὐ ῥᾴδιον οὔτε βιοτεύειν, οὔτε εἰρήνης τυχεῖν. μεμνῆσθαι δὲ χρὴ κἀκεῖνο, μή ποτε ἐπὶ τοὺς κρείττους ἐλαύνειν, ὄπισθεν ἵππῳ δύσβατα ποιούμενον. οὐ γὰρ ὅμοιον φεύγοντι καὶ διώκοντι σφαλῆναι. ἔτι δὲ βούλομαι ὑπομνῆσαι καὶ τόδε φυλάττεσθαι. εἰσὶ γάρ τινες οἳ ὅταν μὲν ἴωσιν ἐπὶ τούτους, ὧν ἂν οἴονται κρείττους εἶναι, παντάπασιν ἀσθενεῖ δυνάμει ἔρχονται, ὥστε πολλάκις ἔπαθον ἃ ᾤοντο ποιήσειν. ὅταν δ' ἐπὶ τούτους ὧν ἂν σαφῶς ἐπίστωνται ἥττους ὄντες, πᾶσαν ὅσην ἂν ἔχωσι δύναμιν ἄγουσιν. ἐγὼ δὲ φημὶ χρῆναι τἀναντία τούτων ποιεῖν. ὅταν μὲν κρατήσειν οἰόμενος ἄγῃ, μὴ φείδεσθαι τῆς δυνάμεως ὅσην ἂν ἔχῃ.

οὐ

τὸ γὰρ πολὺ νικᾶν, οὐδενὶ πώποτε μεταμέλειαν παρέσχεν. ὅταν δὲ τοῖς πολὺ κρείττοσιν ἐπιχειρῇ καὶ προγινώσκῃ ὅτι ποιήσαντα ὅτι ἂν δύνωνται φευκτέοι δεῖν, ὡς τὰ τοιαῦτά φημι, πολὺ κρεῖττον εἶναι ὀλίγους ἢ πάντας προσάγειν. τοὺς μέντοι ἀπειλεγμένους καὶ ἵππους καὶ ἄνδρας τοὺς κρατίστους. τοιοῦτοι γὰρ ὄντες καὶ ποιῆσαι ἄν τι καὶ ὑποχωρῆσαι, ἀσφαλέστερον ἂν δύναιντο. ὅταν δὲ πρὸς τοὺς κρείττους πάντας προσαγαγὼν ἀποχωρεῖν βούληται, ἀνάγκη τοὺς μὲν ἐπὶ τῶν βραδυτάτων ἵππων ἁλίσκεσθαι, τοὺς δὲ καὶ δι' ἀφιππείαν πίπτειν. τοὺς δὲ καὶ διὰ δυσχωρίας ἀπολαμβάνεσθαι. καὶ γὰρ πολὺν τόπον χαλεπὸν εὑρεῖν, οἷον ἄν τις εὔξαιτο. ὑπό γε μὴν τοῦ πλήθους καὶ συμπίπτοιεν ἂν, καὶ ἐμποδίζοντες, πολλὰ ἂν ἀλλήλους κακουργοῖεν. οἱ δ' ἀγαθοὶ ἵπποι καὶ ἱππεῖς δυνατοὶ καὶ ἐξ αὐτῶν διαφεύγειν. ἄλλως τε ἂν καὶ μηχανᾶταί τις τοῖς διώκουσι φόβον, ἀπὸ τῶν περιττῶν ἱππέων. σύμφορον δ' εἰς τοῦτο καὶ αἱ ψευδενέδραι. χρήσιμον δὲ κἀκεῖνο τὸ εὑρίσκειν πόθεν ἂν οἱ φίλοι ἐξ ἀσφαλοῦς ἐπιφαινόμενοι, βραδυτέρους τοὺς διώκοντας παρέχοιεν. ἀλλὰ μὴν καὶ τόγε δῆλον ὡς πόνοις, καὶ τάχει οἱ ὀλίγοι τῶν πολλῶν πολὺ μᾶλλον, ἢ οἱ πολλοὶ τῶν ὀλίγων περιγένοιντ' ἄν, καὶ οὐ λέγω ὡς διὰ τὸ ὀλίγοι εἶναι καὶ πονεῖν μᾶλλον δυνήσονται καὶ θάττους ἔσονται. ἀλλ' ὅτι ῥᾷον εὑρεῖν ὀλίγους ἢ πολλοὺς τοὺς καὶ τῶν ἵππων ἐπιμελησομένους ὡς δεῖ, καὶ αὐτοὺς φρονίμως μελετήσοντας τὴν ἱππικήν. ἢν δέ ποτε συμβαίνῃ ἀγωνίζεσθαι πρὸς παραπλησίους ἱππέας, ἐγὼ μὲν οἶμαι οὐκ ἂν χεῖρον εἶναι ἐπὶ δύο τάξεις ἐκ τῆς φυλῆς ποιήσειεν. καὶ τῆς μὲν ὁ φύλαρχος ἡγοῖτο, τῆς δὲ ἄλλος ὅστις ἄριστος δοκοίη εἶναι. οὗτος δὲ τέως μὲν ἕποιτο κατ' οὐρὰν τῆς μετὰ τοῦ φυλάρχου τάξεως. ἐπεὶ δ' ἐγγὺς ἤδη εἶεν οἱ ἀντίπαλοι, ἀπὸ παραγγέλσεως παρελαύνοι ἐπὶ τοὺς πολεμίους. οὕτω γὰρ οἶμαι καὶ ἐκπληκτικωτέρους τοῖς ἐχθροῖς ἂν εἶναι, καὶ δυσμαχωτέρους. εἰ δὲ πεζοὺς ἔχοιεν ἑκάτεροι, καὶ οὗτοι ἀποκεκρυμμένοι ὄπισθεν τῶν ἱππέων. ἐξαπίνης δὲ παραφαινόμενοι καὶ ὁμόσε ἰόντες, δοκοῦσι ἄν μοι τὴν νίκην πολὺ μᾶλλον κατεργάζεσθαι. ὁρῶ γὰρ τὰ παράδοξα, ἢν μὲν ἀγαθὰ ᾖ, μᾶλλον εὐφραίνοντα τοὺς ἀνθρώπους. ἢν δὲ δεινά, μᾶλλον ἐκπλήττοντα. ταῦτα δὲ γνοίη ἄν τις μάλιστα ἐνθυμούμενος, ὡς οἵ τε ἐνέδραις ἐμπίπτοντες ἐκπλήττονται, καὶ ἐὰν πολὺ πλείους ὦσι. καὶ ὅταν πολέμιοι ἀλλήλοις ἀντικάθωνται ὡς πολὺ ταῖς πρώταις ἡμέραις φοβερώτατα ἔχουσιν. ἀλλὰ τὸ μὲν διατάξαι ταῦτα οὐ χαλεπόν. τὸ δ' εὑρεῖν τοὺς φρονίμως καὶ πιστῶς καὶ προθύμως καὶ εὐψύχως παρελῶντας ἐπὶ τοὺς πολεμίους, τοῦτ' ἤδη ἀγαθοῦ ἱππάρχου. δεῖ γὰρ καὶ λέγειν αὐτὸν ἱκανὸν εἶναι, καὶ ποιεῖν τοιαῦτα ἀφ' ὧν οἱ ἀρχόμενοι γνώσονται ἀγαθὸν εἶναι, τό, τε πείθεσθαι καὶ τὸ ἕπεσθαι, καὶ τὸ ὁμόσε ἐλαύνειν τοῖς πολεμίοις, καὶ ἐπιθυμήσουσι τοῦ καλόν τι ἀκούειν, καὶ δυνήσονται ἃ ἂν γνῶσιν ἐγκαρτερεῖν. ἐὰν δέ ποτε ἢ φαλάγγων ἀντιτεταγμένων, ἢ χωρίων ἑκατέροις ὑπαρχόντων ἐν τῷ μέσῳ, τοῖς ἱππεῦσιν ἀναστροφαί τε καὶ διώξεις καὶ ἀποχωρήσεις γίγνονται, εἰώθασι μὲν ὡς τὰ πολλὰ ἐκ τῶν τοιούτων, ὁρμᾶν μὲν ἐκ τῶν ἀναστροφῶν βραδέως ἀμφότεροι. τὸ δ' ἐν μέσῳ τάχιστα ἐλαύνειν. ἢν δέ τις οὕτω προδείξας, ἔπειτα δ' ἐκ τῆς ἀναστροφῆς ταχέως

non multis partibus uicisse, neminem unquam pœnituit. Cùm uerò cum multò superioribus congrediendum est, et præsentias, etiã si omnia quæ possis feceris, tamen fugiendum esse, in his melius esse paucos, quàm omnes educi iudico: strenuissimis tamen tum uiris, tum equis ad id exequendum delectis: qui si tales erunt, & inuadere & retrocedere tutius poterunt. Quòd si in fortiorem exercitum omnes copias eduxerit hipparchus, & retrocedere uoluerit, qui in tardissimis equis sederint, ut capiantur necesse est: alij quòd equitandi peritiã non habeãt, de equis cadent, alij propter locorũ angustias intercipiẽtur: non enim facile est ex animi uoto satis locorũ reperire: præ multitudine autẽ & concident, & inuicẽ impedientes alij alios lædent multis modis. At generosi equi equitesq; possunt ex illis aufugere, præsertim si quis persequẽtibus moliatur terrorem inferre equitũ simulatorũ multitudine. Prosunt hic etiam simulatæ insidiæ. Vtile & illud inuenire, unde amici & socij ex tuto & munito se proferẽtes, efficiãt ut qui nostros insequẽtur, tardiores reddãtur. Quinetiam illud perspicuum est, facilius à paucis multos, quàm à multis paucos tũ laboribus, tũ celeritatibus superatũ iri. Nec illud dico, quia pauci sint, ideo posse tũ magis laborare, tũ celeriores esse: sed quia facilius est inuenire paucos, quàm multos, qui et equos ut decet curẽt, & se in arte equestri prudenter gerant. Sin interdũ cõtingat ut cũ equitib. cominus decertandũ sit, equidẽ arbitror optimũ fore, si ex una tribu cõstituantur ordines duo, quorũ alteri præsit tribunus, alteri uerò ut quisq; ei muneri uisus fuerit aptissimus, qui quidẽ interea à tergo eius agminis, cui præsit tribunus, sequetur. Cũ uerò hostes appropinquarint, ex imperio occulto irruet in illos. sic enim arbitror nostros hostibus uisum iri & terribiliores, & debellatu difficiliores. Quòd si pedites utriq; habuerint, hiq; qui post equites occultati fuerint si de improuiso sese ostendãt, & simul adoriantur, uidẽtur facilè uictoriã obtinere posse: uideo enĩ homines rebus inexspectatis, si bonæ & iucũdæ fuerint, uehemẽtius delectari: sin malæ et incommodæ, multò magis perterreri. Hæc aũt cognoscere licebit ei, q secũ reputarit, q̃ obstupescãt et perterreantur q in insidias incidũt, etiã si numero insidiatores lõge uincãt: et cùm hostes sibi ex aduerso cõsident, quãtò magis à primo alijs terrori sint. Sed hæc describere nõ est admodũ difficile: inuenire aũt q prudenter, fideliter, alacriter, et animose in hostes irruptionem faciãt, hoc demũ [illegible] equitũ præfecti officiũ: oportet enim eũ dicendi facultate ualere, ac ea agere, ex quib. hi quibus præsit, intelligant sibi ipsis utile esse, & parère, & comitari, & simul in hostes impetũ facere, cõcupiscantq; aliquid honestum audire, quæq; cognorint, ea ut patiẽter perferre possint. Si quãdo autem uel phalangibus instructis, uel agris inter utrosq; equites intermissis, equitib. potestas fit ut leuibus prælijs inter se confligant, tum persequentes, tum se receptui dantes solẽt plurimum in tali rerum statu tardè incitari utrinq;, locum autem medium celerrimè decurrere. Si quis autem cùm sic præmonstrarit et facturũ significarit, postea tamen celeri-

celeriter persequatur, simulq; in tutū se recipiat le/
ui prælio facto, maxima hostibus inferret detrimēta:
& ut opinor, istud tutißimè consequetur, cū celeri
tate persequēs, interea dū prope suorū munitionem
fuerit: ac eadē utens celeritate, dum hostiū munitio/
nem uitat. Quòd si fieri posset ut clàm cuiusq; agmi
nis strenuißimi uiri, & equi uel quatuor uel quinq;
relinquerentur, cupidißimè in hostes reuertentes ir
ruerent. Hæc autē uel rarò legere satis est, faciendū
autem semper ut se illi occasio obtulerit: & conside
ratis iis, quæ sunt ante oculos, in utili elaborandum.
Nam mandare literis, quæ facienda sunt omnia, non
magis facile est quàm omnia futura scire. Omniū au
tem præceptorū illud mihi quidē uidetur præclaris/
simū, ut quæ noris utilia esse, ea cures etiā conficien
da. Quæ autem rectè iudicantur, neq; in agricultu/
ra, neq; in arte nauicularia, neq; in magistratu ge/
rendo fructum afferūt ullū, nisi quis ut ea perfician
tur curet. Existimo autem hæc diis iuuātibus, & to
tum equitatū citius expletū iri ad mille equites: mul
toq; ciuibus fore facilius, si ex peregrinis ducentos
ad equū ascribant, equitesq; conficiant. Videntur
enim illi adiuncti et fideliorē equitatū omnē effectu
ri, et laudis uirtutis bellicæ inter se cupidiorem. Ac
apud Lacedæmonios quidem equitatū tum demū ce
lebrari cœpisse scio, cùm peregrinos equites adiun/
xissent. Et in aliis ciuitatibus ubiq; peregrinos ui/
deo probari, magnamq; laudē cōsequi: necessitas e/
nim maximā affert alacritatē. Ad coemēdos equos
pecunias suppeditatū iri arbitror ab iis qui magno/
pere ab equitando abstinent: quando & hi quibus
equitandi munus conuenit & aßignatur, pecuniam
solent pendere ut eo munere liberētur. A diuitibus
quidem illis, sed corpore imbecillis, suppeditabūtur:
à pupillis etiam, opinor, qui potētes habent familias.
Extituros præterea puto incolas, qui in ordinem e/
questrem cooptari expetant. Video enim & aliarū
rerum magnarum & honestarum, quas impertiunt
illis ciues, cupidè nonnullos curationem administra
re solere, imperataq; facere. Peditatus uerò cum e/
quis coniunctus uidetur multa efficere posse, si ex
iis cōstituatur, qui hostibus maximè sint infensi. At/
que hæc omnia diis approbantibus fieri debebunt.
Quòd si quis miratur sæpe à me illud scriptum esse,
Fauente Deo agendum: is sciat, si in periculis sæpe
uersabitur, se minus hoc miraturum: ac si secum re/
putabit, hostes tempore belli sibi alios aliis insidias
ponere, rarò autem ubi lateant & abstrusæ sint, sci
ri posse. Atqui in istis nemo sic consilio ualet, ut quo
modo consulendū sit sciat, exceptis diis, qui omnia
sciunt, & præsignificant tum hostiis, tum auguriis,
tum rumoribus, tum somniis. Credibile est autē deos
hac in re magis consulturos iis, qui non solùm cùm
ipsi egent, oracula petunt, ut quid sit faciendum
sciant, sed etiam rebus prosperis eos ue/
nerantur & colunt.

ταχέως τε διώκῃ καὶ ταχέως ἀποχωρῇ, βλάψειαν τ᾽ ἂν
μάλιστα τοὺς πολεμίους δύναιτο, καὶ ὡς τὸ εἰκὸς ἀσφαλέ-
στατ᾽ ἂν διάγοι. ταχὺ μὲν διώκων, ἐν ᾧ ἂν ἐγγὺς ᾖ τῆς ἑαυ-
τοῦ ἰσχυροῦ. ταχὺ δὲ ἀποχωρῶν ἀπὸ τῆς τοῖς πολεμίοις ἰσχυ-
ρῶν. εἰ δὲ καὶ λαθεῖν δύναιτο ἀπὸ τῆς τάξεως ἑκάστης κατα-
λιπὼν ἢ τέτταρας ἢ πέντε τῶν κρατίστων ἵππων τε καὶ ἀν-
δρῶν, πολὺ ἂν προέχοιεν εἰς τὸ ἐπαναστρεφομένοις τοῖς
πολεμίοις ἐμπίπτειν. ταῦτα δὲ ἀναγιγνώσκειν μὲν καὶ
ὀλιγάκις ἀρκεῖ. ποιεῖν δὲ τὸ παρατυγχάνον αὐτὸν ἀεὶ
δεῖ, καὶ πρὸς τὸ παριστάμενον σκοποῦντα, τὸ συμφέρον ἐκ-
πονεῖν. γράψαι δὲ πάντα ὁπόσα δεῖ ποιεῖν, οὐδὲν μᾶλ-
λον οἷόν τέ ἐστιν, ἢ τὰ μέλλοντα πάντα εἰδέναι. πάντων
δὲ τῶν ὑπομνημάτων ἔμοιγε δοκεῖ κράτιστον εἶναι, τὸ ὅσα
ἂν γνῷ ἀγαθὰ εἶναι, ἐπιμελεῖσθαι ὡς ἂν πραχθῇ. ὀρθῶς δὲ γε
γιγνωσκόμενα οὐ φέρει καρπόν, οὔτε ἐν γεωργίᾳ, οὔτ᾽ ἐν ναυ-
κληρίᾳ, οὔτε ἐν ἀρχῇ, ἢν μή τις ἐπιμελῆται, ὡς ἂν ταῦτα
περαίνηται. φημὶ δ᾽ ἐγὼ ταῦτα σὺν τοῖς θεοῖς καὶ τὸ πᾶν
ἱππικὸν ὧδ᾽ ἂν πολὺ θᾶσσον ἐκπληρωθῆναι εἰς τοὺς χι-
λίους ἱππέας, καὶ πολὺ ῥᾷον τοῖς πολίταις, εἰ διακοσίους
ἱππέας ξένους καταστήσαιντο. δοκοῦσι δ᾽ ἄν μοι οὗτοι προσ-
γενόμενοι, καὶ εὐπειστότερον ἂν πᾶν τὸ ἱππικὸν ποιῆσαι
καὶ φιλοτιμότερον πρὸς ἀλλήλους περὶ ἀνδραγαθίας. οἶ-
δα δ᾽ ἔγωγε καὶ Λακεδαιμονίοις ἱππικὸν ἀρξάμενον εὐ-
δοκιμεῖν, ἐπεὶ ξένους ἱππέας προσέλαβον. καὶ ἐν ταῖς ἄλ-
λαις δὲ πόλεσι πανταχοῦ τὰ ξενικὰ ὁρῶ εὐδοκιμοῦν-
τα. ἡ γὰρ χρεία μεγάλην προθυμίαν συμβάλλεται. εἰς δὲ τὰ
μὲν τῶν ἵππων νομίζω ἂν αὐτοῖς χρήματα ὑπάρξαι· καὶ
παρὰ τῶν σφόδρα ἀπεχομένων μὴ ἱππεύειν, ὅτι καὶ οἷς
καθίστησι τὸ ἱππικόν, ἐθέλουσι τελεῖν ἀργύριον ὡς μὴ
ἱππεύειν παρὰ πλουσίων γε, ἀδυνάτων δὲ τοῖς σώμασιν.
οἴομαι δὲ καὶ παρ᾽ ὀρφανῶν τῶν δυνατοὺς οἴκους ἐχόντων.
νομίζω δὲ καὶ μετοίκων φιλοτιμεῖσθαι ἄν τινας εἰς ἱππι-
κὴν καθισταμένους. ὁρῶ γὰρ καὶ τῶν ἄλλων ὁπόσων ἂν καλῶν
ὄντων μεταδιδῶσιν αὐτοῖς οἱ πολῖται φιλοτίμως ἐνίους
ἐθέλοντας τὸ προσταχθὲν διαπράττεσθαι. δοκεῖ δ᾽ ἄν μοι
καὶ πεζὸν σὺν τοῖς ἵπποις ἐνεργότατον εἶναι, εἰ συσταθείη ἐξ
ἀνδρῶν τῶν ἐναντιωτάτων τοῖς πολεμίοις. ταῦτα δὲ πάν-
τα θεῶν συνεθελόντων γένοιτ᾽ ἄν. εἰ δέ τις τοῦτο θαυμά-
ζει ὅτι πολλάκις γέγραπται τὸ σὺν θεῷ πράττειν, εὖ ἴστω
ὅτι ἢν πολλάκις κινδυνεύῃ, ἧττον τοῦτο θαυμάσεται. καὶ ἢν
γε κατανοῇ, ὅτι ὅταν πόλεμος ᾖ, ἐπιβουλεύουσι μὲν ἀλλή-
λοις οἱ ἐναντίοι, ὀλιγάκις δὲ ἴσασι, πῶς ἔχει τὰ ἐπιβου-
λευόμενα. τὰ οὖν τοιαῦτα οὐδ᾽ ὅτῳ συμβουλεύσαιτό τις
οἷόν τε εὑρεῖν, πλὴν θεῶν. οὗτοι δὲ πάντα ἴσασι. καὶ προση-
μαίνουσιν ᾧ ἂν ἐθέλωσι, καὶ ἐν ἱεροῖς καὶ ἐν οἰωνοῖς, καὶ ἐν
φήμαις, καὶ ἐν ὀνείρασιν. εἰκὸς δὲ μᾶλλον ἐθέλειν αὐτοὺς
συμβουλεύειν τούτοις, οἳ ἂν μὴ μόνον ὅταν δέωνται ἐπε-
ρωτῶσι τί χρὴ ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς εὐτυ-
χίαις θεραπεύωσιν, ὅ,τι ἂν δύ-
νωνται τοὺς θεούς.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. IOANNI VVOCESTRE, COMITI VICORNIENSI, OMNIBONVS LEONICENUS S. P. D.

NVPER legebam, princeps illustris, Xenophontis de Venatione libellum, in quo magnus ille tum rhetor, tum philosophus, probare contendit uenandi studium plus ad uirtutem habere momenti, quam cuiuis credibile uideatur. Quam ad rem multis rationibus utitur, sed illa nimirum potissima, quod apud Chironem huius instituti magistrum, heroes ferme omnes cum alias artes ingenijs maioribus dignas, tum uerò præ cæteris uenationem meditati, facile omnibus quos ætas illa melior tulit, non laude solum, sed admiratione etiam præstiterunt, cum fortissimi idem fuerint, ac religiosissimi uiri. Id ex eo cognosci potest, quod sibi patriæque suæ præsidio & ornamento fuerunt, quod dijs charissimi omnes, deorum etiam honores plerique meruerunt. Itaque magna me libelli cupido cepit latinæ linguæ tradendi. Hæc enim eludant cæteri licet, quæ de talibus uiris memoriæ produntur, & ea dicant fabulis similiora esse quàm ueris. Ego cum te, uitæque institutionem considero, dubitare non possum id optima ratione factum, ut hanc uenandi meditationem, quæ te in primis delectat, magni uiri nihil ab honestioribus studijs alienam esse putauerint. Nihil enim tibi deest ad laudis & gloriæ cumulum, quem non ut cæteros uirtutibus præditos uidemus singuli fere singulos, fide Fabritium, pietate Regulum, continentia Catonem, iustitia Camillum, magnificentia Lucullum, humanitate Marcellum: sed omnibus pariter bonis ornatum uidemus, quæ hominibus uel natura tribuere potest, uel industria comparare. Quocirca libellum hunc latinum facere, tuoque ipsum nomini, Princeps illustris, deuouere constitui opus, ut arbitror, aggressus, nec tibi iniucundum. Cuius enim rei exercitatione lætaris, eiusdem profectò lectione gaudebis. Nec cæteris inutile. Nam quæ Xenophon docet, tu cum ea facias, hanc autoritate ducti iuuenes, hanc exemplo, hinc denique uerum laborem uanis uoluptatibus anteponere incipient. Vale.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΡΗΤΟΡΟΣ ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΟΣ.

ΤΟ ΜΕΝ εὕρημα θεῶν καὶ ἀπόλλωνος καὶ ἀρτέμιδος, ἄγραι καὶ κύνες. ἔδοσαν δὲ καὶ ἐτίμησαν τούτῳ χείρωνα διὰ δικαιότητα. ὁ δὲ λαβὼν ἐχάρη τῷ δώρῳ, καὶ ἐχρῆτο. καὶ ἐγένοντο αὐτῷ μαθηταὶ κυνηγεσίων τε καὶ ἑτέρων καλῶν, κέφαλος, ἀσκληπιὸς, μιλανίων, νέστωρ, ἀμφιάραος, πηλεὺς, τελαμὼν, μελέαγρος, θησεὺς, ἱππόλυτος, παλαμήδης, ὀδυσσεὺς, μενεσθεὺς, διομήδης, κάστωρ, πολυδεύκης, μαχάων, ποδαλείριος, ἀντίλοχος, αἰνείας, ἀχιλλεὺς, ὧν κατὰ χρόνον ἕκαστος ὑπὸ θεῶν ἐτιμήθη. θαυμαζέτω δὲ μηδεὶς, ὅτι οἱ πολλοὶ αὐτῶν ἀρέσκοντες θεοῖς, ὅμως ἐτελεύτησαν. τοῦτο μὲν γὰρ ἡ φύσις. ἀλλ' οἱ ἔπαινοι αὐτῶν μεγάλοι ἐγένοντο. μηδ' ὅτι οὐ καὶ αἱ αὐταὶ ἡλικίαι. ὁ γὰρ χείρωνος βίος πᾶσιν ἐξήρκει. ζεὺς γὰρ καὶ χείρων ἀδελφοὶ, πατρὸς μὲν τοῦ αὐτοῦ, μητρὸς δὲ ὁ μὲν ῥέας, ὁ δὲ ναΐδος νύμφης. ὥστε ἐγεγόνει μὲν πρότερος τούτων, ἐτελεύτησε δὲ ὕστερον, ἢ ὡς ἀχιλλέα ἐπαίδευσεν. ἐκ δὲ τῆς ἐπιμελείας τῆς ἐκ τῶν κυνῶν καὶ κυνηγεσίων, καὶ τῆς ἄλλης παιδείας πολὺ διενέγκοντες, κατὰ τὴν ἀρετὴν ἐθαυμάσθησαν. κέφαλος μὲν καὶ ὑπὸ θεᾶς ἡρπάσθη. ἀσκληπιὸς δὲ μειζόνων ἔτυχεν. ἀνιστάναι μὲν τεθνεῶτας, νοσοῦντας δὲ ἰᾶσθαι. διὰ δὲ ταῦτα θεὸς ὢν, παρ' ἀνθρώποις ἀείμνηστον κλέος ἔχει. μιλανίων δὲ τοσοῦτον ὑπερέσχε φιλοπονίας, ὥστε ὧν αὐτῷ ἀντερασταὶ ἐγένοντο, οἱ τότε ἄριστοι τῶν τότε μεγίστων γάμων, μόνος ἔτυχεν ἀταλάντης. νέστορος δὲ προδιελήλυθεν ἡ ἀρετὴ τῶν ἑλλήνων τὰς ἀκοὰς, ὥστε εἰδόσιν ἂν λέγοιμι. ἀμφιάραος δὲ ὅτε ἐπὶ θήβας ἐστράτευσε, πλεῖστον κτησάμενος ἔπαινον, ἔτυχε παρὰ θεῶν ἀεὶ ζῶν τιμᾶσθαι. πηλεὺς δὲ ἐπιθυμίαν παρέσχε καὶ θεοῖς δοῦναί τε θέτιν αὐτῷ, καὶ τὸν γάμον παρὰ χείρωνι ὑμνῆσαι. τελαμὼν δὲ τοσοῦτος ἐγένετο, ὥστε ἐκ μὲν πόλεως τῆς μεγίστης, ἣν αὐτὸς ἐβούλετο γῆμαι περίβοιαν τὴν ἀλκάθου. ὅτε δὲ ὁ πρῶτος τῶν ἑλλήνων ἐδίδου τὰ ἀριστεῖα ἡρακλῆς ὁ διὸς ἑλὼν τροίαν,

XENOPHONTIS DE VENATIONE LIBELLVS OMNIBONO LEONICENO INTERPRETE.

VENATIO & canes, deorum inuentio fuit Apollinis atque Dianæ. Hac uerò propter iustitiam donarunt, ornaruntque Chironem: quo ille accepto dono lætus utebatur. Hinc & uenationis & bonarum aliusmodi artium discipuli fuere Cephalus, Aesculapius, Melanion, Nestor, Theseus, Hippolytus, Palamedes, Vlysses, Menestheus, Diomedes, Castor, Pollux, Machaon, Podalirius, Antilochus, Aeneas, Achilles, qui per id tempus dijs chari fuere. Nemo autem miretur quòd plerique eorum, tametsi dijs placerent, tamen mortui sunt; hoc enim naturæ est: sed laudes ipsorum magnæ fuerunt. Neque quod non omnium fuerunt eædem ætates: omnibus enim Chironis uita suffecit. Iupiter enim, Chironque fratres ex eodem patre, sed ille Rhea, hic Naiade nympha matre: itaque natus est ante illos, mortuus uero postquam erudijt Achillem: sed canum uenationisque, & aliarum artium studio, cùm multùm uirtute præstarent, admirabiles fuerunt. Et Cephalus quidem à dea raptus est. Aesculapius maiora consecutus, ut mortuos suscitaret, ægrotos sanaret: quapropter deus cùm sit, perpetuam gloriam obtinet. Melanion tantum studio laboris excelluit, ut ex riualibus suis qui ad maxima connubia digniores erant, Atalantæ nuptias solus consecutus fuerit, quarũ spectatissimos ætatis illius uiros æmulos habuit. Nestoris uirtus Græcorũ aures ita occupauit, ut nõ apud ignaros loquar. Amphiaraus cùm aduersus Thebas militasset, plurimam laudem adeptus, deorũ honores immortalis obtinuit. Peleus effecit ut sibi Thetim dij desponsare cuperent, & nuptias apud Chironem celebrarent. Telamon tantus euasit, ut ex urbe maxima sibi quam uolebat Alcathoi filiam Periboeam uxorem duxerit: & cùm Græcorum princeps capta

Troia Iouis Hercules militaria dona tribueret, Hesionem ipsi habendam tradiderit. Meleager quos honores cepit, planum est: patris autem qui oblitus est, in senectute deam infortunium habuit. Theseus Græciæ totius hostes solus perdidit, auctaque patria nunc etiam admirandus perhibetur. Hippolytus Dianæ charus, modestia & pietate inter beatos habitus oppetijt. Palamedes, dum uixit, omnes ætatis suæ uiros plurimum sapientia præstitit: postquam uero iniustè fuisset occisus, talis ei à dijs uindicatio, qualis nulli hominum obtigit. Occisus est autem non unde arbitrantur nonnulli: neque enim fuisset hic propè optimus, ille bono similis, sed improbi facinus perpetrarunt. Menestheus præ industria uenandi tantum laborando præualuit, ut huic bellicis rebus Græcorum primi cedere fateantur, excepto Nestore, qui nec ipse quidem superior, sed par esse censetur. Vlysses & Diomedes per singula clari quidem, sed summa causa fuerunt ut Troia caperetur. Castor & Pollux his quæ à Chirone didicerāt, tantū in Græcia claruerūt, ut propter eorum opinionē immortales fuerint. Machaon & Podalirius his itidem omnibus eruditi, & arte, & oratione, & bello præstantes euasere. Antiochus pro patre moriens tantum gloriæ consequutus est, ut apud Græcos solus prædicetur patris amator. Aeneas dijs penatibus seruatis, seruato & ipso patre, gloriam pietatis emeruit: huic & hostes uni ex omnibus quos ad Troiam ceperant, ius belli abstinuere. Achilles in hac disciplina educatus, documēta de se adeò pulchra & magna dedit, ut de illo nec dicendo quisquam, nec audiendo satietur. Hi tales Chironis diligentia fuerunt, quam nunc etiam & boni admirantur, & mali detrectant. Itaque in Græcia si cui uel ciuitati, uel regi calamitates uenere, liberatores ipsi fuerunt. Si uerò uniuersæ Græciæ cum barbaris certamen uel bellum fuit, per eos Græci uictoriam obtinuerunt. Eo factum est ut Græciam ipsi inuictam reddiderint. Quocirca iuuenes admoneo, ut uenationis disciplinam, si quam aliam, minimè contemnant: hinc etenim bello strenui, cæterisque rebus euadunt, ut bene & dicere & facere cogantur. Cum igitur è pueris excesserint, primum uenādi studium obire oportet: deinde aliarum artium. Ac considerandæ sunt opes, ut is qui possideat, ijs commodè utatur, qui non possideat, studium quidem præstet, ut nihil quantum in se erit, omittat. At uerò quot quibusq; rebus instructus ad hoc se conferre debeat, expediam, & res ipsas, & rerū cuiusq; scientiā, ut cū eas perceperit, opus aggrediatur. Nec sit qui hæc contēnenda putet: nam sine his agi nihil posset. Oportet rei uenatoriæ studiosum lingua Græcū esse, ætate annorū circiter uiginti, statura sane agilem & ualidā, animo uerò patientē, ut laboris uictor re ipsa lætetur. Sagenæ uerò tenuissimo lino Phasiano uel Carthaginensi, necnō cas-

De persona uenatoris.

τροίαν, ἡσσόνων αὐτῷ ἔδωκεν. μελέαγρος δὲ τὰς μὲν τιμὰς ἃς ἔλαβεν φανεραί. πατρὸς δ' ἐν γήρᾳ ἐπιλανθανομένου τῆς θεοῦ, οὐχ αὐτοῦ αἰτίαις ἐδυστύχησε. θησεὺς δὲ τοὺς μὲν τῆς ἑλλάδος ἐχθροὺς πάσης, μόνος ἀπώλεσε. τὴν δ' αὐτοῦ πατρίδα πολλῷ μείζω ποιήσας, ἔτι καὶ νῦν θαυμάζεται. ἱππόλυτος δὲ ὑπὸ μὲν τῆς ἀρτέμιδος ἐτιμᾶτο καὶ ἐν λόγοις ἦν, σωφροσύνῃ δὲ καὶ ὁσιότητι μακαρισθεὶς ἐτελεύτησε. παλαμήδης δὲ ἕως μὲν ἦν, πολὺ τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ ὑπερεῖχε σοφίᾳ. ἀποθανὼν δὲ ἀδίκως, τοσαύτης ἔτυχε τιμωρίας ὑπὸ θεῶν, ὅσης οὐδεὶς ἄλλος ἀνθρώπων. ἐτελεύτησε δὲ οὐχ ὑφ' ὧν οἴονταί τινες. οὐ γὰρ ἂν ἦν, ὁ μὲν σχεδόν τι ἄριστος. ὁ δὲ ὅμοιος ἀγαθοῖς, κακοὶ δ' ἐπράξαντο τὸ ἔργον. μενεσθεὺς δὲ ἐκ τῆς ἐπιμελείας τῆς ἐκ τῶν κυνηγεσίων, τοσοῦτον ὑπερέβαλε φιλοπονίᾳ, ὥστε ὁμολογεῖν τοὺς τῶν ἑλλήνων πρώτους, ὑστέρους εἶναι, τὰ εἰς τὸν πόλεμον ἐκείνου, πλὴν νέστορος, καὶ οὗτος οὐ προέχειν λέγεται, ἀλλὰ ἐρίζειν. ὀδυσσεὺς δὲ καὶ διομήδης, λαμπροὶ μὲν καὶ καθ' ἓν ἕκαστον, τὸ δὲ ὅλον αἴτιοι τροίαν ἁλῶναι. κάστωρ δὲ καὶ πολυδεύκης, ὅσα ἐπεδείξαντο ἐν τῇ ἑλλάδι τῶν παρὰ χείρωνος διὰ τὸ ἀξίωμα, τὸ ἐκ τούτων ἀθάνατοί εἰσι. μαχάων δὲ καὶ ποδαλείριος παιδευθέντων τὰ αὐτὰ πάντα, ἐγένοντο καὶ τέχνας καὶ λόγους καὶ πολέμους ἀγαθοί. ἀντίλοχος δὲ τοῦ πατρὸς ὑπεραποθανὼν τοσαύτης ἔτυχεν εὐκλείας, ὥστε μόνος φιλοπάτωρ παρὰ τοῖς ἕλλησιν ἀναγορευθῆναι. αἰνείας δὲ σώσας μὲν τοὺς πατρῴους καὶ μητρῴους θεούς, σώσας δὲ καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα, δόξαν εὐσεβείας ἐξηνέγκατο, ὥστε καὶ οἱ πολέμιοι μόνῳ ἐκείνῳ ὧν ἐκράτησαν ἐν τροίᾳ, ἔδοσαν μὴ συληθῆναι. ἀχιλλεὺς δ' ἐν ταύτῃ τῇ παιδείᾳ τραφείς, οὕτω καλὰ καὶ μεγάλα μνημεῖα παρέδωκεν, ὥστε οὔτε λέγων, οὔτε ἀκούων περὶ ἐκείνου οὐδεὶς ἀπαγορεύει. οὗτοι τοιοῦτοι ἐγένοντο ἐκ τῆς ἐπιμελείας τῆς παρὰ χείρωνος, ὧν οἱ μὲν ἀγαθοί, ἔτι καὶ νῦν ἐρῶσιν, οἱ δὲ κακοὶ φθονοῦσιν. ὥστ' ἐν μὲν τῇ ἑλλάδι, εἴ τῳ συμφοραὶ ἐγίγνοντο, ἢ πόλει, ἢ βασιλεῖ, ἐλύοντο δι' αὐτούς. εἰ δὲ πρὸς τοὺς βαρβάρους πάντας πάσῃ τῇ ἑλλάδι νεῖκος, ἢ πόλεμος, διὰ τούτους οἱ ἕλληνες ἐκράτουν, ὥστε ἀνίκητον τὴν ἑλλάδα παρέχειν. ἐγὼ μὲν οὖν παραινῶ τοῖς νέοις, μὴ καταφρονεῖν κυνηγεσίων, μηδὲ τῆς ἄλλης παιδείας. ἐκ τούτων γὰρ γίγνονται τὰ εἰς τὸν πόλεμον ἀγαθοί, εἴς τε τὰ ἄλλα ἐξ ὧν ἀνάγκη καλῶς νοεῖν καὶ λέγειν καὶ πράττειν. πρῶτον μὲν οὖν χρὴ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἐπιτήδευμα τὸ τῶν κυνηγεσίων, τὸν ἤδη ἐκ παιδὸς ἀλλάττοντα τὴν ἡλικίαν. εἶτα δὲ ἐπὶ τὰ ἄλλα παιδεύματα, τὸν μὲν ἔχοντα σκεψάμενον τὴν οὐσίαν, ᾧ μὲν ἔστιν ἱκανή, ἀξίως τῆς αὐτοῦ ὠφελείας. ᾧ δὲ μή ἐστιν, ἀλλ' οὖν τήν γε προθυμίαν παρεχέσθω, μηδὲν ἐλλείπων τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως. ὅσα δὲ καὶ οἷα δεῖ παρεσκευασμένον ἐλθεῖν ἐπ' αὐτό, φράσω, καὶ αὐτὰ καὶ τὴν ἐπιστήμην ἑκάστου, ἵνα προειδὼς ἐγχειρῇ τῷ ἔργῳ, καὶ μηδεὶς αὐτὰ φαῦλα νομισάτω εἶναι. ἄνευ γὰρ δὴ τούτων, οὐκ ἂν εἴη πρᾶξις. χρὴ δὲ τὸν μὲν ἀρκυωρὸν ἐπιθυμοῦντα τοῦ ἔργου, καὶ τὴν φωνὴν ἕλληνα, τὴν δὲ ἡλικίαν περὶ ἔτη εἴκοσι. τὸ δὲ εἶδος ἐλαφρόν, ἰσχυρόν. ψυχὴν δὲ ἱκανόν, ἵνα τῶν πόνων τούτοις κρατῶν, χαίρῃ τῷ ἔργῳ. τὰς δὲ ἄρκυς, φασιανοῦ ἢ καρχηδονίου, λεπτοῦ λίνου, καὶ τὰ ἐνό-

δια

διὰ καὶ τὰ δίκτυα. ἔστωσαν δὲ αἱ μὲν ἄρκυες ἐννεάλινοι. τὸ δὲ μέγεθος πεντεσπίθαμοι, διπάλαιστοι δὲ τοὺς βρόχους. ὑφάστωσαν δὲ τοὺς περιδρόμους ἀνάμματους, ἵνα εὔτροχοι ὦσι. τὰ δὲ ἐνόδια δωδεκάλινα, τὸ δὲ μέγεθος τῶν μὲν ἐνοδίων διώρυγα, τετρώρυγα, πεντώρυγα. τὰ δὲ δίκτυα δεκώρυγα, εἰκοσώρυγα, τριακοντώρυγα. ἐὰν δὲ ᾖ μείζω δυσμεταχείριστα ἔσται. ἀμφότερα δὲ τριακονθάμματα, καὶ τῶν βρόχων τὸ διάστημα ἴσον ταῖς ἄρκυσιν. ἐν δὲ τοῖς ἀκρολινίοις τὰ μὲν ἐνόδια, ἐχέτω μαστούς, τὰ δὲ δίκτυα, δακτυλίους. τοὺς δὲ περιδρόμους ἐκ στροφείων. αἱ δὲ σχαλίδες μὲν τῶν ἀρκύων, τὸ μῆκος δεκαπαλαιστῶν. ἔστωσαν δὲ καὶ ἐλάττους. αἱ μὲν ἄνισοι αὐτῶν, ἐν τοῖς ἐπικλινέσι τῶν χωρίων, ἵνα τὰ ὕψη ἐξαιρῶσιν. ἐν δὲ τοῖς ὁμαλέσιν αἱ ἴσαι. αὗται δ' εὐαπόσπαστοι τὰ ἄκρα καὶ αὗται λεῖαι. τῶν δὲ ἀρκύων διπλάσιαι. αἱ δὲ τῶν δικτύων, τὸ μὲν μέγεθος πεντεσπίθαμον, δικρᾶ ἔχουσαι μικρά, τὰ ἐντμήματα μὴ βαθέα, εὐπαγεῖς δὲ πᾶσαι, καὶ μὴ ἀσύμμετροι τὰ πάχη πρὸς τὰ μήκη. τῷ δὲ πλήθει τῶν σταλίδων οἷόν τε ἐστι χρῆσθαι πρὸς τὰ δίκτυα πολλῶν καὶ ὀλίγων. ἐλάττοσι μὲν, ἂν σφόδρα τείνηται ἐν τῇ στάσει, πλείοσι δ' ἂν ἀτονῇ. ἔστω δὲ καὶ ἐν ὅτῳ ἔσονται αἱ ἄρκυς καὶ τὰ δίκτυα ἐν ἑκατέροις, κυνοῦχος μόσχειος, καὶ τὰ δρέπανα, ἵνα ᾖ τῆς ὕλης τέμνοντα φράττειν τὰ δεόμενα. τὰ δὲ γένη τῶν κυνῶν ἐστι διττά. αἱ μὲν καστόριαι, αἱ δὲ ἀλωπεκίδες. ἔχουσι δ' αἱ μὲν καστόριαι τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην, ὅτι κάστωρ ἡσθεὶς τῷ ἔργῳ, μάλιστα αὐτὰς διεφύλαξεν. αἱ δ' ἀλωπεκίδες, διότι ἐκ κυνῶν τε καὶ ἀλωπέκων ἐγένοντο. ἐν πολλῷ δὲ χρόνῳ συγκέκραται αὐτῶν ἡ φύσις. χείρους δὲ καὶ πλείους αἱ δὲ αἵδε, μικραί, γρυπαί, χαροποί, μυωποί, αἰσχραί, σκληραί, ἀσθενεῖς, ψιλαί, ὑψηλαί, ἀσύμμετροι, ἄψυχοι, ἄρρινες, οὐκ εὔποδες. αἱ μὲν οὖν μικραὶ πολλάκις ἐκ τῶν κυνηγεσίων ἀποστεροῦνται τῆς ἐργασίας, διὰ τὸ μικρόν. αἱ δὲ γρυπαί, ἄστομοι, καὶ διὰ τοῦτο οὐ κατέχουσι τὸν λαγώ. μυωποὶ δὲ καὶ χαροποί, χείρω τὰ ὄμματα ἔχουσιν. ἄμορφοι δὲ καὶ αἰσχραὶ ὁρᾶσθαι. αἱ δὲ σκληραὶ τὰ εἴδη χαλεπῶς ἐκ τῶν κυνηγεσίων ἀπαλλάττουσι. πονεῖν δὲ ἀδύνατοι αἱ ἀσθενεῖς καὶ αἱ ψιλαί, καὶ ὑψηλαὶ καὶ ἀσύμμετροι ἀσύντακτα ἔχουσαι τὰ σώματα βαρέως διαφοιτῶσιν. αἱ ἄψυχοι δὲ λείπουσι τὰ ἔργα, καὶ ἀφιστᾶσι τὸν ἥλιον ὑπὸ τὰς σκιάς, καὶ κατακλίνονται. αἱ δὲ ἄρρινες, μόλις καὶ ὀλιγάκις αἰσθάνονται τοῦ λαγώ. αἱ δὲ ἄποδες οὐδ' ἐὰν ὦσιν εὔψυχοι, τοὺς πόνους δύνανται ὑπέχεσθαι, ἀλλ' ἀπαγορεύουσι διὰ τὸ ἄλγος τῶν ποδῶν. εἰσὶ δὲ καὶ τῆς ἰχνεύσεως πολλοὶ τρόποι ἐκ τῶν κυνῶν. αἱ μὲν γὰρ ἐπειδὰν λάβωσι τὰ ἴχνη, πορεύονται ἀσήμως, ὥστε μὴ γιγνώσκεσθαι ὅτι ἰχνεύουσιν. αἱ δὲ τὰ ὦτα μόνον διακινοῦσι, τὴν δὲ οὐρὰν ἥσυχον ἔχουσιν. αἱ δὲ τὰ ὦτα μὲν ἀκίνητα ἔχουσιν, ἄκρᾳ δὲ τῇ οὐρᾷ σείουσιν. ἄλλαι δὲ συνάγουσι τὰ ὦτα, καὶ ἐπισκυθρωπάσασαι διὰ τοῦ ἴχνους, χαλάσασαι τὴν οὐράν, καὶ φράξασαι διατρέχουσι. πολλαὶ δὲ τούτων μὲν οὐδὲν ποιοῦσι, μανικῶς δὲ περιφερόμεναι ὑλακτοῦσι περὶ τὰ ἴχνη, ὅτε ἐμπίπτουσιν εἰς αὐτὰ ἀφρόνως καταπατοῦσαι τὰς αἰσθήσεις. εἰσὶ δ' αἳ κύκλοις πολλοῖς χρώμεναι καὶ πλάνοις ὑπολαμβάνουσαι ἐκ τοῦ πρόσθεν τὰ ἴχνη, παραλείπουσι τὸν λαγώ-
γων

δοκοῦς

ses, & retia: et sagenæ quidem filis nouem, magnitudo quanq; spithamarum: laquei ulnis undecim: plagas uerò subijciant enodes, ut labi facile possint. Casses uerò filis duodecim: magnitudo uallos capiat binos, ternos, quaternos, quinos. Retia uerò denos, uigenos, trigenos: nam si maiora fuerint, fient intractabilia: utraque uerò sint macularum triginta. Laqueorum spacium sit sagenis æquale. In fastigio casses trochiscos habeant, retia annulos, plagas autem à spirulis. Et sagenarum quidem hastilia longa sint denas ulnas, & eo breuiores. Et ex his alia in decliuibus locis inæqualia æqualiter surgant, alia in planis. Aequalia uerò supremum circumflexibilia sint, ipsaq; leuia. Cassium uerò bis tantùm. Retium quinos spithamas pedes modicè bifurcata, nec profunde incisa: ualida omnia, ut nihil à longitudine crassitudo dissentiat. Numero hastilium ad retia maiore uti minoreue licet. Sed statuendo pauciora, laboriosius tenduntur, plura ociosius. Vbicunque uero sagenæ & retia fuerint, utrobique sit copula canum: turma sint & falces, ut saltus (sicubi oportet) cæsa sylua claudatur. Iam uerò canum duo sunt genera: hæ castoriæ sunt, illæ uerò uulpinæ. Et castoriæ quidem cognomen habent, quod eas Castor re ipsa delectatus, præcipuè obseruauit. Vulpinæ, quòd ex canibus natæ sint & uulpibus, quarum natura spacio temporis confusa est. Et hæ plures deterioresq; sunt, ut pusillæ et grypæ, ut hilares, ac murinis oculis deformes, strigosæ, infirmæ, tenues, proceræ, inhabiles, pusillanimes, non sagaces, mollipedes. Pusillæ igitur sæpe inter uenandum propter breuitatem operam perdunt. Grypæ sine rostro sunt, & propterea leporem tenere non possunt. Hilares ac murinis oculis hebetiori sunt acie. Deformes uerò sunt ipso uisu turpes. Strigosæ à saltu non facile absistunt, sed laboris impatientes sunt. Infirmæ ac tenues & proceræ, itemque inhabiles, uagis oculis grauiter incedunt. Pusillanimes opera destruunt, & se sub umbras à sole recipiunt ac recubant. Quæ uerò sagaces non sunt, ægrè raroque sentiunt leporem. Mollipedes nec si magnanimæ fuerint, labores pati possunt, sed præ pedum dolore deficiunt. Horum autem ipsorum canum diuersæ sunt etiam indagines. Hæ nanque ubi uestigia deprehenderint, nihil significantes ambulant, ut cognoscere non possis an inuestigent: illæ auribus tantummodo micant, cauda immotæ manent. Aliæ auribus immotis, summum caudæ uibrant: nonnullæ demittunt aures, & contracta fronte per uestigium continentes prementesque caudam discurrunt. Multæ nihil horum faciunt, sed insanientes obambulant, & uestigia circumlatrantes, cùm in ea inciderint, temere signa prætereunt. Sunt quæ ambagibus multis ac erroribus utentes, cùm de proximo uestigia concipiant, leporem derelinquunt:

De uario genere canum.

& quoties uestigia incurrunt, coniecturam faciunt: sed ubi leporē uidēt, trepidāt: nec inuadunt prius quàm illum moueri conspexerint. Quæ uerò indagando & transcurrendo aliorum canum inuenta præoccupant, hæ iugiter intentæ, sibiypsæ non credunt, & audaces sunt: quæ peritas laboris consocias progredi non sinunt, sed peturbantes impediunt. Aliæ falsa amplectuntur, & quicquid nactæ fuerint plaudentes procedunt, suæ sibi fraudis consciæ. Quædam hoc idem faciunt insciæ. Sunt & ignauæ, quæ nusquam à tramite declinant, uestigia recta ignorantes. At quæcunque canes uestigia, si cubilium fuerint, ignorant, si pedum, celeriter discurrunt, non sunt illæ quidem ingenuæ: sed pars ab initio uehementes, præ languore deinde remittuntur: pars non subeunt, & continuò declinant. Quædam in uias stultè incidunt, & ut plurimum contumaces aberrant. Multæ ferarum odio, pleræque hominum desiderio, agitatione omissa, recurrunt. Nonnullæ à uestigijs clangentes fallere tentant, pro ueris falsa simulantes. Sunt quæ hoc nō faciūt, sed intercurrūt: & sicunde clangorem audierint, ad hunc relicto opere ferūtur: hæ nanque transcurrūt incertum. Quam ob rem illæ quòd ualde suspicātur, aliæ quòd opinantur, quedā quòd simulant, sed inuidia laborant: nonnullæ cùm semper unà temerè ferantur, per uestigium se interosculantur: his igitur uitijs quorum plurima naturaliter habent, quædam etiam quòd inscitè ducentur, inutiles euadunt, & hæ quòd canes studiosos etiam uenationis deterrere possunt. Quales autem eiusdē generis esse oporteat, & formas, & alia eiusmodi, dicā. Primum igitur magnas esse oportet, leuia deinde capita, simas, articulosas, sub fronte uenosas, elatos oculos, nigros, præfulgidos, magnas frōtes ac latas: caua discrimina, breues aures ac tenues, posteriora gracilia. Ceruices longas, molles, ac teretes: pectora lata, & ab humeris nō macilēta: humerorū interualla parū distātia. Anteriora crura breuia, recta, teretia, solida: articulos rectos: latera nō ualde caua, sed cōcīna in obliquū: spinā carnosam magnitudine mediocrē. Ilia nec mollia ualde, nec dura, inter magna et parua. Clunes obesas, posterius carnosas, superius uerò, aptas, interius contractas. Inferiora uentris cum ipso uentre inania. Caudas longas, rectas, acutas, femina non dura, suras longas, teretes bene crassas, posteriora crura priorib. multo longiora, sed tamen idonea: pedes rotundos. Et canes si eiusmodi fuerint, fortes erunt, specie agiles, habiles, celeres, alacres, rostroque ualidæ. Sed ita uestigent, ut tramitibus celeriter excedāt, capita terræ admouentes: ad uestigia subrideant, aureseque demittant, faciles oculos per singula uoluant, & caudis blandientes multis in latera orbibus, per uestigia simul omnes progrediantur. Sed ubi ipsi lepori affuerint, tū uero uenatori planum faciant currendo celerius,

De uestigatione.

[illegible]

ὁσάκις δ' ἂν περιτύχωσι, τὰ ἴχνη εἰκάζουσι. προορώμεναι δὲ τὸν λαγῶ, τρέμουσι, καὶ οὐκ ἐπέρχονται, πρὶν ἴδωσιν ὑποκινοῦντα. ὅσαι δὲ τὰ τῶν ἄλλων κυνῶν εὑρήματα ἐν ταῖς ἰχνείαις καὶ μεταδρομαῖς προθέουσαι, θαμινὰ σκοποῦσαι ἑαυτὰς ἀπίστως ἔχουσι. θρασεῖαι δ' αἳ οὐκ ἐῶσι τῶν συνεργῶν τὰς σοφὰς, εἰς τὸ πρόσθεν προϊέναι, ἀλλ' ἀνείργουσι θορυβοῦσαι. αἱ δὲ ἀσπαζόμεναι τὰ ψευδῆ, καὶ ὑπερλαμπρυνόμεναι ἐφ' ὅτῳ ἂν τύχωσι, προάγουσι συνειδυῖαι ἑαυταῖς, ὅτι ἐξαπατῶσιν. αἱ δ' οὐκ εἰδυῖαι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι ταύταις. φαῦλαι δὲ, αἳ οὐκ ἀπαλλαττόμεναι ἐκ τῶν τριμμῶν, τὰ ὀρθὰ οὐ γινώσκουσαι. ὅσαι δὲ τῶν κυνῶν τὰ ἴχνη, τὰ μὲν εὐναῖα ἀγνοοῦσι, τὰ δὲ δρομαῖα ταχὺ διατρέχουσιν, οὐκ εἰσὶ γνήσιαι. διώκουσι δὲ αἱ μὲν ἀρχόμεναι σφόδρα, διὰ δὲ μαλακίαν ἀνιᾶσιν. αἱ δὲ ὑποθέουσιν, εἶτα ἁμαρτάνουσιν. ἕτεραι δὲ ἀνοήτως ἐμπίπτουσαι εἰς τὰς ὁδοὺς ἁμαρτάνουσι, τὸ ἀνήκουστον πολὺ ἔχουσαι. πολλαὶ δὲ τὰ διώγματα ἀφεῖσαι ἐπανέρχονται διὰ τὸ μισόθηρον. πολλαὶ δὲ τὸ φιλάνθρωπον. αἱ δ' ἐκ τῶν ἰχνῶν κεκραγυῖαι, ἐξαπατᾶν πειρῶνται, ἀληθῆ τὰ ψευδῆ ποιούμεναι. εἰσὶ δ' αἳ, τοῦτο μὲν οὐ ποιοῦσι, μεταξὺ δὲ θέουσαι, ἄν ποθεν ἀκούσωσι κραυγῆς, καταλείπουσαι τὰ αὑτῶν ἔργα, ἀπερισκέπτως εὐθὺ τούτου φέρονται. μεταθέουσι γὰρ αἱ μὲν ἀσαφῶς, αἱ δὲ πολὺ ὑπολαμβάνουσαι, δοξάζουσι δὲ ἕτεραι. αἱ δὲ πεπλασμένως φθονερῶς δὲ ἄλλαι ἐκκυνοῦσι παρὰ τὸ ἴχνος διὰ τέλους συμπεριφερόμεναι. τὰ μὲν οὖν πλεῖστα τούτων, φύσει ἔχουσι. τὰ δὲ ἠγμέναι ἀνεπιστημόνως, δύσχρηστοί εἰσιν. αἱ τοιαῦται μὲν οὖν κύνες ἀποτρέψειαν ἂν τοὺς ἐπιθυμοῦντας κυνηγεσίων. οἵας δὲ δεῖ εἶναι τοῦ αὐτοῦ γένους, τά τε εἴδη, καὶ τὰ ἄλλα φράσω. πρῶτον μὲν οὖν χρὴ εἶναι μεγάλας, εἶτα ἐχούσας τὰς κεφαλὰς ἐλαφρὰς, σιμὰς, ἀρθρώδεις, ἰνώδη τὰ κάτωθεν τῶν μετώπων, ὄμματα μετέωρα, μέλανα, λαμπρὰ, μέτωπα μεγάλα καὶ πλατέα, τὰς διακρίσεις βαθείας, ὦτα μικρὰ, λεπτὰ, ψιλὰ ὄπισθεν, τραχήλους μακροὺς, ὑγροὺς, περιφερεῖς, στήθη πλατέα, μὴ ἄσαρκα ἀπὸ τῶν ὤμων. τὰς ὠμοπλάτας διεστώσας μικρόν, σκέλη τὰ πρόσθια μικρὰ, ὀρθὰ, στρογγύλα, στιφρὰ, τοὺς ἀγκῶνας ὀρθοὺς, πλευρὰς μὴ ἐπὶ γῆν βαθείας, ἀλλ' εἰς τὸ πλάγιον παρηκούσας, ὀσφῦς σαρκώδεις, τὰ μεγέθη μεταξὺ μακρῶν βραχειῶν, μήτε ὑγρὰς λίαν, μήτε σκληρὰς, λαγόνας μεταξὺ μεγάλων μικρῶν, ἰσχία στρογγύλα, ὄπισθεν σαρκώδη, ἄνωθεν δὲ μὴ συνδεδεμένα, ἔνδοθεν δὲ προσεσταλμένα, τὰ κάτωθεν τῶν κενεώνων λαγαρὰ, καὶ αὐτοὺς τοὺς κενεῶνας, οὐρὰς μακρὰς ὀρθὰς, λιγυρὰς, μαλακὰς, μὴ σκληράς. ὑποκώλια μακρὰ, περιφερῆ, εὐπαγῆ, σκέλη πολὺ μείζω, τὰ ὄπισθεν τῶν ἔμπροσθεν, καὶ ἐπίκνημα, πόδας περιφερεῖς. καὶ ἐὰν μὲν ὦσι τοιαῦται αἱ κύνες, ἔσονται ἰσχυραὶ, τὰ εἴδη ἐλαφραὶ, σύμμετροι, ποδώκεις, καὶ ἀπὸ τῶν προσώπων φαιδραὶ καὶ εὔστομοι. ἰχνευέτωσαν δὲ ἐκ τῶν τριμμῶν ταχὺ ἀπαλλαττόμεναι, τιθεῖσαι τὰς κεφαλὰς ἐπὶ γῆν πλαγίας, ἐμμειδιῶσαι μὲν πρὸς τὰ ἴχνη. ἐπικαταβάλλουσαι δὲ τὰ ὦτα, τὰ μὲν ὄμματα πυκνὰ διακινοῦσαι, ταῖς δὲ οὐραῖς διασαίνουσαι, κύκλους πολλοὺς πρὸς τὰς πλευρὰς προΐτωσαν ὁμοῦ, διὰ τοῦ ἴχνους ἀπιοῦσαι. ὅταν δὲ περὶ αὐτὸν ὦσι τὸν λαγὼ, δῆλον ποιείτωσαν τῷ κυνηγέτῃ θᾶτ-

τον

De Atheniensium uerò republica, quod eam reipublicæ rationem secuti sunt, ideo non laudo, quòd dum eam sequuntur, illud effecerunt, ut improbi meliore essent conditione, quàm probi. Atq; hac quidem in re non laudo. Sed postquam ita eis uisum est, ostendam eos rectè & rempublicam tueri, & alia administrare, in quibus reliquis Græcis peccare uidentur. Principiò hoc dico, pauperes, & plebem ibi meritò plus posse, quàm nobiles, & diuites, propterea quòd plebs est quæ naues agit, & potentiam ciuitati conciliat: tum gubernatores, & hortatores, & qui sunt præfecti quinquaginta, & proretas, & nauium fabricatores, hi sunt qui potestatem ciuitati pepererunt, multò magis quàm ciues, quàm nobiles, quàm fœneratores. Cùm igitur hæc ita se habeant, uidetur æquum esse, ut omnes magistratus gerant, tum & sortitione, tum a suffragijs, utq; cuiuis ciuium liceat causam orare si uelit. Deinde qui magistratus siue clari, siue obscuri, ad salutem pertinent, aut ad periculum totius populi, horum magistratuum administrationem nihil moratur plebs neque rei militaris præfecturam, neque equitatus sibi conuenire existimat. Intelligit enim magis è re sua esse, si non ipsa his magistratibus præsit, sed potentissimos præesse sinat. Qui autem magistratus mercedem, & rei familiaris utilitatē afferunt, his adipiscēdis studet plebs. Præterea mirantur nonnulli eos ubiq; plus tribuere malis, & egentibus, & plebeijs, quàm bonis: sed in hoc ipso apparebit eos populi potestatem conseruare. Nam pauperes, & plebeii, & deteriores, dum bene cum eis agitur, & multi accedunt, popularem potentiam augent. Quòd si bene rem gerant locupletes, & boni contrariam sibi partem corroborant plebeij. Est autem ubique terrarum optima quæque pars popularis contraria potentiæ. Nam in optimis quibusque minima est incontinentia, & iniuria: plurimaque probitatis diligentia. At in plebe plurima est inscitia, confusio, & peruersitas. Nam & paupertas eos magis impellit ad turpia, & ignorantia, inscitiaq; propter rei indigentiam, inest in nonnullis hominum. Sed dicet quis, non debere eis permitti, ut omnes, sine discrimine, causas orent, aut sententiam dicant, sed tantùm peritissimi, & optimi quique. Ipsi uerò etiam hoc in genere optimè faciunt, ut malos quoque concionari sinant. Nam si boni concionarentur, & sententias dicerent, cum eorum similibus bene ageretur, at cum plebeijs non bene. Nunc autem cùm surgat ad concionandum homo prauus, excogitat quod bonum sit & sibi & sui similibus. Dicet quis: Quid tandem boni cogitet aut sibi, aut plebi, talis homo? At isti intelligunt huius imperitiam & nequitiam cum beneuolentia, magis è re sua esse, quàm boni uiri uirtutem, & sapientiam cum maleuolentia. Quare huiusmodi administrationibus efficitur non ut optima sit ciuitas illa quidem:

sed

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΡΗΤΟΡΟΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ. ΠΟΛΙΤΕΙΑ.

Περὶ δὲ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας, ὅτι μὲν εἵλοντο τοῦτον τὸν τρόπον τῆς πολιτείας, οὐκ ἐπαινῶ διὰ τόδε, ὅτι ταῦθ' ἑλόμενοι, εἵλοντο τοὺς πονηροὺς ἄμεινον πράττειν ἢ τοὺς χρηστούς. διὰ μὲν οὖν τοῦτο οὐκ ἐπαινῶ. ἐπεὶ δὲ ταῦτα οὕτως ἔδοξεν αὐτοῖς, ὡς εὖ διασώζονται τὴν πολιτείαν, καὶ τἄλλα διαπράττονται, ἃ δοκοῦσιν ἁμαρτάνειν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι, τοῦτ' ἀποδείξω. πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο ἐρῶ, ὅτι δικαίως αὐτόθι καὶ οἱ πένητες καὶ ὁ δῆμος πλέον ἔχει τῶν γενναίων καὶ τῶν πλουσίων. διὰ τόδε, ὅτι ὁ δῆμός ἐστιν ὁ ἐλαύνων τὰς ναῦς, καὶ ὁ τὴν δύναμιν περιτιθεὶς τῇ πόλει, καὶ οἱ κυβερνῆται, καὶ οἱ κελευσταί, καὶ οἱ πεντηκόνταρχοι, καὶ οἱ πρωρᾶται, καὶ οἱ ναυπηγοί. οὗτοί εἰσιν οἱ τὴν δύναμιν περιτιθέντες τῇ πόλει, πολὺ μᾶλλον ἢ οἱ πολῖται καὶ οἱ γενναῖοι καὶ οἱ χρηστοί. ἐπειδὴ οὖν ταῦτα οὕτως ἔχει, δοκεῖ δίκαιον εἶναι πᾶσι τῶν ἀρχῶν μετεῖναι, ἔν τε τοῖς κλήροις, καὶ ἐν τῇ χειροτονίᾳ, καὶ λέγειν ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ τῶν πολιτῶν. ἔπειτα ὁπόσαι μὲν σωτηρίαν φέρουσι τῶν ἀρχῶν, χρησταὶ οὖσαι καὶ μὴ χρησταί, ἢ κίνδυνον τῷ δήμῳ ἅπαντι, τούτων μὲν τῶν ἀρχῶν οὐδὲν δεῖται ὁ δῆμος μετεῖναι, οὔτε τῶν στρατηγικῶν κλήρων οἴονται σφίσι χρῆναι μετεῖναι, οὔτε τῶν ἱππαρχιῶν. γιγνώσκει γὰρ ὁ δῆμος ὅτι πλείω ὠφελεῖται ἐν τῷ μὴ αὐτὸς ἄρχειν ταύτας τὰς ἀρχάς, ἀλλ' ἐᾶν τοὺς δυνατωτάτους ἄρχειν. ὁπόσαι δ' εἰσὶν ἀρχαὶ μισθοφορίας ἕνεκα καὶ ὠφελείας εἰς τὸν οἶκον, ταύτας ζητεῖ ὁ δῆμος ἄρχειν. ἔπειτα δέ, ὃ ἔνιοι θαυμάζουσιν, ὅτι πανταχοῦ πλέον νέμουσι τοῖς πονηροῖς καὶ πένησι, καὶ δημοτικοῖς ἢ τοῖς χρηστοῖς, ἐν αὐτῷ τούτῳ φανοῦνται τὴν δημοκρατίαν διασώζοντες. οἱ μὲν γὰρ πένητες καὶ οἱ δημόται καὶ οἱ χείρους, εὖ πράττοντες, καὶ πολλοὶ οἱ τοιοῦτοι γιγνόμενοι, τὴν δημοκρατίαν αὔξουσι. ἐὰν δὲ εὖ πράττωσιν οἱ πλούσιοι καὶ οἱ χρηστοί, ἰσχυρὸν τὸ ἐναντίον σφίσιν αὐτοῖς καθιστᾶσιν οἱ δημοτικοί. ἔστι δὲ πάσῃ γῇ τὸ βέλτιστον ἐναντίον τῇ δημοκρατίᾳ· ἐν γὰρ τοῖς βελτίστοις ἔνι ἀκολασία τε ὀλιγίστη καὶ ἀδικία. ἀκρίβεια δὲ πλείστη εἰς τὰ χρηστά. ἐν δὲ τῷ δήμῳ ἀμαθία τε πλείστη, καὶ ἀταξία, καὶ πονηρία. ἥ τε γὰρ πενία αὐτοὺς μᾶλλον ἄγει ἐπὶ τὰ αἰσχρά, καὶ ἡ ἀπαιδευσία καὶ ἡ ἀμαθία δι' ἔνδειαν χρημάτων ἐνίοις τῶν ἀνθρώπων. εἴποι δ' ἄν τις ὡς ἐχρῆν αὐτοὺς μὴ ἐᾶν λέγειν πάντας ἐξῆς, μηδὲ βουλεύειν, ἀλλὰ τοὺς δεξιωτάτους καὶ ἄνδρας ἀρίστους. οἱ δὲ καὶ ἐν τούτῳ ἄριστα βουλεύονται, ἐῶντες καὶ τοὺς πονηροὺς λέγειν. εἰ μὲν γὰρ οἱ χρηστοὶ ἔλεγον καὶ ἐβούλευον, τοῖς ὁμοίοις σφίσιν αὐτοῖς ἦν ἀγαθά, τοῖς δὲ δημοτικοῖς οὐκ ἀγαθά. νῦν δὲ λέγων ὁ βουλόμενος ἀναστὰς ἄνθρωπος πονηρός, ἐξευρίσκει τὸ ἀγαθὸν αὐτῷ τε καὶ τοῖς ὁμοίοις αὐτῷ. εἴποι τις ἄν· τί ἂν οὖν γνοίη ἀγαθὸν αὐτῷ ἢ τῷ δήμῳ τοιοῦτος ἄνθρωπος; οἱ δὲ γιγνώσκουσιν ὅτι ἡ τούτου ἀμαθία, καὶ πονηρία, καὶ εὔνοια μᾶλλον λυσιτελεῖ, ἢ ἡ τοῦ χρηστοῦ ἀρετή, καὶ σοφία, καὶ κακόνοια. εἴη μὲν οὖν ἂν πόλις οὐκ ἀπὸ τοιούτων διαιτημάτων ἡ βελτίστη,

ἀλλ

ἀλλ' ἡ δημοκρατία μάλιστ' ἂν σώζοιτο οὕτως. ὁ γὰρ δῆμος οὐ βούλεται εὐνομουμένης τῆς πόλεως αὐτὸς δουλεύειν, ἀλλ' ἐλεύθερος εἶναι, καὶ ἄρχειν. τῆς δὲ κακονομίας αὐτῷ ὀλίγον μέλει. ὃ γὰρ σὺ νομίζεις οὐκ εὐνομεῖσθαι, αὐτὸς ἀπὸ τούτου ἰσχύει ὁ δῆμος, καὶ ἐλεύθερός ἐστιν. εἰ δ' εὐνομίαν ζητεῖς, πρῶτα μὲν ὄψει τοὺς δεξιωτάτους αὐτοῖς τοὺς νόμους τιθέντας, ἔπειτα κολάσουσιν οἱ χρηστοὶ τοὺς πονηρούς, καὶ βουλεύσουσιν οἱ χρηστοὶ περὶ τῆς πόλεως, καὶ οὐκ ἐάσουσι μαινομένους ἀνθρώπους βουλεύειν, οὐδὲ λέγειν, οὐδὲ ἐκκλησιάζειν. ἀπὸ τούτων τοίνυν τῶν ἀγαθῶν τάχιστ' ἂν ὁ δῆμος εἰς δουλείαν καταπέσοι. τῶν δούλων δ' αὖ καὶ τῶν μετοίκων πλείστη ἐστὶν ἀθήνησιν ἀκολασία, καὶ οὔτε πατάξαι ἔξεστιν αὐτόθι, οὔτε ὑπεκστήσεταί σοι ὁ δοῦλος. οὗ δ' ἕνεκεν ἐστὶ τοῦτο ἐπιχώριον, ἐγὼ φράσω. εἰ νόμος ἦν τὸν δοῦλον ὑπὸ τοῦ ἐλευθέρου τύπτεσθαι, ἢ τὸν μέτοικον, ἢ τὸν ἀπελεύθερον, πολλάκις ἂν οἰηθεὶς εἶναι τὸν ἀθηναῖον δοῦλον, ἐπάταξεν ἄν. ἐσθῆτά τε γὰρ οὐδὲν βελτίων ὁ δῆμος αὐτόθι, ἢ οἱ δοῦλοι καὶ οἱ μέτοικοι, καὶ τὰ εἴδη οὐδὲν βελτίους εἰσίν. εἰ δέ τις καὶ τοῦτο θαυμάζει ὅτι ἐῶσι τοὺς δούλους τρυφᾶν αὐτόθι, καὶ μεγαλοπρεπῶς διαιτᾶσθαι ἐνίους, καὶ τοῦτο γνώμῃ φανεῖεν ἂν ποιοῦντες. ὅπου γὰρ ναυτικὴ δύναμίς ἐστιν ἀπὸ χρημάτων, ἀνάγκη τοῖς ἀνδραπόδοις δουλεύειν, ἵνα λαμβάνων μὲν πράττῃ τὰς ἀποφοράς, καὶ ἐλευθέρους ἀφιέναι. ὅπου δ' εἰσὶ πλούσιοι δοῦλοι, οὐκ ἔτι ἐνταῦθα λυσιτελεῖ τὸν ἐμὸν δοῦλον σὲ δεδιέναι. ἐν δὲ τῇ Λακεδαίμονι ἐμὸς δοῦλος σὲ δέδοικε. ἂν δὲ δεδίῃ ὁ σὸς δοῦλος ἐμέ, κινδυνεύσει καὶ τὰ χρήματα διδόναι τὰ ἑαυτοῦ, ὥστε μὴ κινδυνεύειν περὶ ἑαυτοῦ. διὰ τοῦτ' οὖν ἰσηγορίαν καὶ τοῖς δούλοις πρὸς τοὺς ἐλευθέρους ἐποιήσαμεν, καὶ τοῖς μετοίκοις πρὸς τοὺς ἀστούς, διότι δεῖται ἡ πόλις μετοίκων, διά τε τὸ πλῆθος τῶν τεχνῶν, καὶ διὰ τὸ ναυτικόν. διὰ τοῦτο οὖν καὶ τοῖς μετοίκοις εἰκότως τὴν ἰσηγορίαν ἐποιήσαμεν. τοὺς δὲ γυμναζομένους αὐτόθι καὶ τὴν μουσικὴν ἐπιτηδεύοντας, καταλέλυκεν ὁ δῆμος, νομίζων τοῦτο οὐ καλὸν εἶναι, γνοὺς ὅτι οὐ δυνατὰ ταῦτά ἐστιν ἐπιτηδεύειν. ἐν ταῖς χορηγίαις αὖ καὶ γυμνασιαρχίαις καὶ τριηραρχίαις γιγνώσκουσιν, ὅτι χορηγοῦσι μὲν οἱ πλούσιοι, χορηγεῖται δὲ ὁ δῆμος, καὶ γυμνασιαρχοῦσιν οἱ πλούσιοι. ὁ δὲ δῆμος τριηραρχεῖται καὶ γυμνασιαρχεῖται. ἀξιοῖ οὖν ἀργύριον λαμβάνειν ὁ δῆμος, καὶ ᾄδων καὶ τρέχων καὶ ὀρχούμενος, καὶ πλέων ἐν ταῖς ναυσίν, ἵνα αὐτός τε ἔχῃ, καὶ οἱ πλούσιοι πενέστεροι γίγνωνται. ἔν τε τοῖς δικαστηρίοις οὐ τοῦ δικαίου αὐτοῖς μέλει μᾶλλον, ἢ τοῦ αὐτοῖς συμφέροντος. περὶ δὲ τῶν συμμάχων, ὅτι ἐκπλέοντες συκοφαντοῦσιν ὡς δοκοῦσι, καὶ μισοῦσι τοὺς χρηστούς, γιγνώσκοντες ὅτι μισεῖσθαι μὲν ἀνάγκη τὸν ἄρχοντα ὑπὸ τοῦ ἀρχομένου. εἰ δὲ ἰσχύσουσιν οἱ πλούσιοι καὶ οἱ ἰσχυροὶ ἐν ταῖς πόλεσιν, ὀλίγιστον χρόνον ἡ ἀρχὴ ἔσται τοῦ δήμου τοῦ ἀθήνησιν. διὰ ταῦτα οὖν τοὺς μὲν χρηστοὺς ἀτιμοῦσι, καὶ χρήματα ἀφαιροῦνται, καὶ ἐξελαύνουσι καὶ ἀποκτείνουσι, τοὺς δὲ πονηροὺς αὔξουσιν. οἱ δὲ χρηστοὶ ἀθηναίων τοὺς χρηστοὺς ἐν ταῖς συμμαχίσι πόλεσι σώζουσι, γιγνώσκοντες ὅτι σφίσιν ἀγαθόν ἐστι τοὺς βελτίστους σώζειν ἀεὶ ἐν ταῖς πόλεσιν. εἴποι δέ τις ἄν, ὅτι ἰσχύς ἐστιν αὕτη ἀθηναίων, ἐὰν οἱ σύμμαχοι δυνατοὶ ὦσι χρήματα εἰσφέρειν. τοῖς δὲ δημοτικοῖς δοκεῖ μεῖζον ἀγαθὸν εἶναι, τὰ

ſed ut popularis poteſtas ita maxime cōſeruetur. Populus enim non uult, bene cōſtituta ciuitate, ſeruire ipſe, ſed liber eſſe, & dominari. Prauam autē conſtitutionem parum curat. Nam quod tu putas non bene conſtitutum, in hoc ipſo ſita eſt plebis potentia & libertas. Quòd ſi bonam conſtitutionem quæris, primum uidebis ſcientiſſimos quoſq; eis leges ferre. Deinde punient boni malos, & conſultabunt boni quoq; de ciuitate, neq; ſinent inſanientes homines cōſultare, neq; dicere, neq; concionari. Ab his igitur bonis quamprimum populus ſit in ſeruitutem delapſurus. Seruorū autem, & peregrinorum maxima eſt Athenis licentia, neq; eos pulſare ibi fas eſt, neq; tibi decedet ſeruus. Cur autem ita ſoleat, ego diſſerā. Si mos eſſet ſeruum à libero pulſari, aut peregrinum, aut libertinum, ſæpe quis Athenienſem pulſaret, ſeruum eſſe ratus. Nam ueſte nihil antecellit populus ille ſeruos, & peregrinos: & ſpecie nihilo eſt præſtantiore. Quòd ſi quis hoc quoque miratur, eos permittere ſeruus apud ſe luxuriari, nonnullis etiam magnifice uiuere, hoc quoque uidebuntur prudenter facere. Siquidem ubi naualis poteſtas pendet à cenſu, neceſſe eſt mancipijs ſeruire, ut hinc ſumant quidem quòd dominis rependant, quo libertatem adipiſcantur. At ubi diuites ſunt ſerui, hic non iam ex uſu eſt ut meus te ſeruus metuat. In Lacedæmone quidem meus te ſeruus metueret: Si uero me tuus ſeruus metuat, periculum erit ne etiam ſuas facultates det, ne ueniat in periculū de ſeipſo. Hanc igitur ob cauſam fecimus ut in uitæ cōmunitate eodem iure uterentur & ſerui cum liberis, & peregrini cum urbanis, quòd eget ciuitas peregrinis, tum propter artium multitudinem, tum propter rem naualem. Hanc ob rem ergo etiam peregrinis par in uitæ communione ius fecimus. Gymnaſijs autem, & muſicæ deditos populus ſuſtulit: exiſtimans hoc non decens eſſe, intelligens his non poſſe operam dari. In cōmeatibus item, & gymnaſiorū, triremiumq; magiſterijs, intelligūt diuites cōmeatum ſuggerere, pauperes aūt accipere: diuites gymnaſijs præeſſe, pauperes et in gymnaſijs, & in triremib. parēre. Cēſet igitur ut argentū accipiat populus, ut qui et cantet, et currat, & ſaltet, et nauiget in nauibus, ut & ipſe abundet, et locupletes fiant pauperiores. In iudicijs quoque non magis æquitatis rationē habent, quàm ſuæ utilitatis. De ſocijs autem, quod dum nauigant, calumniantur, ut uidentur, etiā bonos oderunt, intelligentes neceſſe eſſe, ut is qui dominatur, odio ſit ei qui paret. Quòd ſi pollebunt diuites, & potentes in urbibus, futurum eſſe ut breui amittat potentatum populus Athenienſis. Itaq; hac de cauſa bonos à magiſtratibus repellunt, pecunia mulctāt, expellunt, interficiūt: malos autem augent. Boni autem ex Athenienſibus bonos in ſocijs ciuitatibus conſeruant: intelligētes è re ſua eſſe optimos quoſq; ſemper in ciuitatibus cōſeruare. Dicet fortaſſe quiſpiam, in eo poſitas uires eſſe Athenienſiū, ſi ſocij poſſint pecuniā cōtribuere. At plebeijs uidetur melius eſſe,

ut sociorum pecunias unusquisque Atheniensium habeat: illi autem quantum opus sit ad uictum, & opera, ne possint insidiari. Videtur autem populus Atheniensis in hoc quoque imprudenter agere, quod socios cogunt Athenas ad ius petendum nauigare. Sed opponunt ipsi quae hinc bona populo Atheniensi proueniant. Primum quod à Prytaneis mercedem per totum annum accipiunt. Deinde quod domi sedentes, sine nauigatione, socias ciuitates administrant, & populares seruant, & aduersarios opprimunt in iudicijs. Quod si suae quique domi iurisdictionem haberent, cum sint perosi Athenienses, eos ex suis euerterent, qui populo Atheniensi maxime essent amici. Accedit ad haec, quod populus Atheniensis haec lucratur, dum ius Athenis petunt socij. Primum centesima urbi maior est in Pireo. Deinde si cui cenaculum, aut mancipium meritorium est. Praeterea praecones melius rem gerunt, propter sociorum peregrinationes. Adhaec nisi ad iurisdictionem uenirent socij, eos solos Atheniensium honorarent, qui ad ipsos nauigarent, imperatores, triremium praefectos, legatos. Nunc cogitur sociorum unusquisque populum colere Atheniensem, intelligens sibi esse Athenas eundum ad experiendum, & causam dicendam, non apud alios, quam apud populum, qui sanè Athenis lex est. Itaque cogitur in iudicijs orare: & si quis intrat, manum prehensare. Propter hanc causam socij magis serui efficiuntur populi Atheniensis. Adde quod propter possessiones, & principatus, a suis finibus remotos, discunt obiter remigare tum ipsi, tum comites. Necesse est enim ut qui saepe nauigat, remum prehendat & ipse, & famulus, discatque naualis instrumenti nomina: fiuntque boni gubernatores tum experientia nauigiorum, tum meditatione. Meditantur autem alij nauigium gubernando, alij nauem onerariam: nonnulli hinc ad triremes transeunt. Plerique protinus naues ingressi, remigant, quippe qui possint, utpote per omnem uitam praemeditati. Armorum autem (quae minimè bene habere uidentur Athenis) haec est ratio. Hostibus quidem & inferiores se esse, & superiores existimant. Sociorum autem tributariorum, & in terra praestantissimi sunt, & se putant armis dominari, si socijs sunt superiores. Praeterea huiusmodi quiddam eis fortuna accidit. Qui in terra subditi sunt imperio, his licet ex paruis oppidis coire, & collatis uiribus pugnare. At qui in mari parent, quotquot insulares sunt, his oppida eodem conferre non licet: interiacet enim mare, cuius imperium est penes eos, qui dominantur. Quod si liceret etiā latenter eodem conuenire insularibus in unam insulam, perirent fame. Quae autem oppida sunt in continenti Atheniensibus parentia, ea si magna sunt, propter metum parent, sin paruula propter utilitatem. Nullum est enim oppidum, cui non opus sit aliquid aut importari, aut exportari: quod non fiet, nisi pareat eis, qui maris potestatem habent. Deinde qui dominantur mari, his licet

τὰ τῶν συμμάχων χρήματα, ἕνα ἕκαστον ἔχειν ἀθηναίων. ἐκείνους δὲ ὅσον ζῆν καὶ ἐργάζεσθαι ἀδυνάτους ὄντας ἐπιβουλεύειν. δοκεῖ δὲ ὁ δῆμος ὁ ἀθηναίων, καὶ ἐν τῷδε κακῶς βουλεύεσθαι, ὅτι τοὺς συμμάχους ἀναγκάζουσι πλεῖν ἐπὶ δίκας ἀθήναζε. οἱ δὲ ἀντιλογίζονται ὅσα ἐν τούτῳ ἔνι ἀγαθὰ τῷ δήμῳ τῶν ἀθηναίων. πρῶτον μὲν ἀπὸ τῶν πρυτανείων τὸν μισθὸν δι' ἐνιαυτοῦ λαμβάνειν. ἔπειτ' οἴκοι καθήμενοι ἄνευ νεῶν ἔκπλου, διοικοῦσι τὰς πόλεις τὰς συμμαχίδας. καὶ τοὺς μὲν τοῦ δήμου σώζουσι, τοὺς δ' ἐναντίους ἀπολλύουσιν ἐν τοῖς δικαστηρίοις. εἰ δὲ οἴκοι εἶχον ἕκαστοι τὰς δίκας, ἅτε ἀχθόμενοι ἀθηναίοις, τούτους ἂν σφῶν αὐτῶν ἀπώλλυσαν, οἵτινες φίλοι μάλιστα ἦσαν ἀθηναίων τῷ δήμῳ. πρὸς δὲ τούτοις ὁ δῆμος τῶν ἀθηναίων τάδε κερδαίνει τῶν δικῶν ἀθήνησιν οὐσῶν τοῖς συμμάχοις. πρῶτον μὲν γὰρ ἡ ἑκατοστὴ τῇ πόλει πλείων ἡ ἐν πειραιεῖ. ἔπειτα εἴ τῳ συνοικία ἐστὶν, ἢ ἀνδράποδον μισθοφοροῦν. ἔπειτα οἱ κήρυκες ἄμεινον πράττουσι διὰ τὰς ἐπιδημίας τὰς τῶν συμμάχων. πρὸς δὲ τούτοις, εἰ μὲν μὴ ἐπὶ δίκας ᾔεσαν οἱ σύμμαχοι, τοὺς ἐκπλέοντας ἀθηναίων ἐτίμων ἂν μόνους, τούς τε στρατηγοὺς, καὶ τοὺς τριηράρχους καὶ πρέσβεις. νῦν δ' ἀναγκάζεται τὸν δῆμον κολακεύειν τῶν ἀθηναίων εἷς ἕκαστος τῶν συμμάχων, γιγνώσκων ὅτι δεῖ μὲν ἀφικόμενον ἀθήναζε δίκην δοῦναι καὶ λαβεῖν, οὐκ ἐν ἄλλοις τισὶν, ἀλλ' ἐν τῷ δήμῳ, ὅς ἐστι δὴ νόμος ἀθήνησι. καὶ ἀντιβολῆσαι ἀναγκάζεται ἐν τοῖς δικαστηρίοις. καὶ εἰσιόντος του ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς χειρός. διὰ τοῦτο οὖν οἱ σύμμαχοι δοῦλοι τοῦ δήμου τῶν ἀθηναίων καθεστᾶσι μᾶλλον. πρὸς δὲ τούτοις διὰ τὴν κτῆσιν τὴν ἐν τοῖς ὑπερορίοις καὶ διὰ τὰς ἀρχὰς τὰς εἰς τὴν ὑπερορίαν, λελήθασι μανθάνοντες ἐλαύνειν τῇ κώπῃ, αὐτοί τε καὶ οἱ ἀκόλουθοι. ἀνάγκη γὰρ ἄνθρωπον πολλάκις πλέοντα, κώπην λαβεῖν καὶ αὐτὸν καὶ τὸν οἰκέτην, καὶ ὀνόματα μαθεῖν τὰ ἐν τῇ ναυτικῇ. καὶ κυβερνῆται ἀγαθοὶ γίνονται, δι' ἐμπειρίαν τε τῶν πλοίων, καὶ διὰ μελέτην. ἐμελέτησαν δὲ οἱ μὲν πλοῖον κυβερνῶντες, οἱ δὲ ὁλκάδα. οἱ δ' ἐντεῦθεν ἐπὶ τριήρεις κατέστησαν. οἱ δὲ πολλοὶ ἐλαύνειν εὐθὺς οἷοί τε εἰσβάντες εἰς ναῦς, ἅτε ἐν παντὶ τῷ βίῳ προμεμελετηκότες. τὸ δὲ ὁπλιτικὸν αὐτοῖς, ὃ ἥκιστα δοκεῖ εὖ ἔχειν ἀθήνησιν οὕτω καθέστηκεν. καὶ τῶν μὲν πολεμίων ἥττους τε σφᾶς αὐτοὺς ἡγοῦνται εἶναι καὶ μείζους. τῶν δὲ συμμάχων οἳ φέρουσι τὸν φόρον, καὶ κατὰ γῆν κράτιστοί εἰσι, καὶ νομίζουσι τὸ ὁπλιτικὸν ἄρχειν, εἰ τῶν συμμάχων κρείττονές εἰσι. πρὸς δὲ καὶ κατὰ τύχην τι αὐτοῖς τοιοῦτον καθέστηκε. τοῖς μὲν κατὰ γῆν ἀρχομένοις, οἷόν τ' ἐστὶν ἐκ μικρῶν πόλεων συνοικισθέντας, ἀθρόους μάχεσθαι· τοῖς δὲ κατὰ θάλασσαν ἀρχομένοις, ὅσοι νησιῶται εἰσὶν, οὐχ οἷόν τε συνάρασθαι εἰς τὸ αὐτὸ τὰς πόλεις. ἡ γὰρ θάλασσα ἐν τῷ μέσῳ. οἱ δὲ κρατοῦντες θαλασσοκράτορές εἰσιν. εἰ δ' οἷόν τε καὶ λαθεῖν συνελθοῦσιν εἰς ταὐτὸ τοῖς νησιώταις, εἰς μίαν νῆσον, ἀπολοῦνται λιμῷ. ὁπόσαι δ' ἐν τῇ ἠπείρῳ εἰσὶ πόλεις ὑπὸ τῶν ἀθηναίων ἀρχόμεναι, αἱ μὲν μεγάλαι διὰ δέος ἄρχονται, αἱ δὲ μικραὶ πάνυ διὰ χρείαν. οὐ γάρ ἐστι πόλις οὐδεμία, ἥτις οὐ δεῖται εἰσάγεσθαί τι ἢ ἐξάγεσθαι. ταῦτα τοίνυν οὐκ ἔσται αὐτῇ, ἐὰν μὴ ὑπήκοος ᾖ τῶν ἀρχόντων τῆς θαλάσσης. ἔπειτα τοῖς ἄρχουσι τῆς θαλάσσης οἷόν τ'

ἐστι

ἔτι ποιεῖν ἅπερ οὐ τοῖς τῆς γῆς. ἐνίοτε τέμνειν τὴν γῆν τῶν κρειττόνων. παραπλεῖν γὰρ ἔξεστιν ὅπου ἂν μηδεὶς ᾖ πολέμιος, ἢ ὅπου ἂν ὀλίγοι. ἐὰν δὲ προσίωσιν, ἀναβάντα ἀποπλεῖν, καὶ τοῦτο ποιῶν ἧττον ἀπορεῖ, ἢ ὁ πεζῇ παραβοηθῶν. ἔπειτα δὲ τοῖς μὲν κατὰ θάλατταν ἄρχουσιν, οἷόν τ' ἀποπλεῦσαι ἀπὸ τῆς σφετέρας αὐτῶν ὁπόσον βούλει πλοῦν. τοῖς δὲ κατὰ γῆν οὐχ οἷόν τε ἀπὸ τῆς σφετέρας αὐτῶν ἀπελθεῖν πολλῶν ἡμερῶν ὁδόν. βραδεῖαί τε γὰρ αἱ πορεῖαι καὶ σῖτον οὐχ οἷόν τε ἔχειν πολλοῦ χρόνου πεζῇ ἰόντα. καὶ τὸν μὲν πεζῇ ἰόντα δεῖ διὰ φιλίας ἰέναι, ἢ νικᾶν μαχόμενον. τὸν δὲ πλέοντα, οὗ μὲν ἂν ᾖ κρείττων, ἔξεστιν ἀποβῆναι. ταύτης τῆς γῆς, ἀλλὰ παραπλεῦσαι, ἕως ἂν ἐπὶ φιλίαν χώραν ἀφίκηται, ἢ ἐπὶ ἥττους αὐτοῦ. ἔπειτα νόσους τῶν καρπῶν αἳ ἐκ Διός εἰσιν. οἱ μὲν κατὰ γῆν κράτιστοι, χαλεπῶς φέρουσιν. οἱ δὲ κατὰ θάλατταν, ῥᾳδίως. οὐ γὰρ ἅμα πᾶσα γῆ νοσεῖ, ὥστε ἐκ τῆς εὐθηνούσης ἀφικνεῖται τοῖς τῆς θαλάσσης ἄρχουσιν. εἰ δὲ δεῖ καὶ σμικροτέρων μνησθῆναι, διὰ τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάσσης, πρῶτον μὲν τρόπους εὐωχιῶν ἐξηῦρον ἐπιμισγόμενοι ἀλλήλοις, ὅτι ἐν Σικελίᾳ ἡδὺ, ἢ ἐν Ἰταλίᾳ, ἢ ἐν Κύπρῳ, ἢ ἐν Αἰγύπτῳ, ἢ ἐν Λυδίᾳ, ἢ ἐν τῷ Πόντῳ, ἢ ἐν Πελοποννήσῳ, ἢ ἄλλοθί που ταῦτα πάντα εἰς ἓν ἠθροῖσθαι, διὰ τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης. ἔπειτα φωνὴν πᾶσαν ἀκούοντες ἐξελέξαντο τοῦτο μὲν ἐκ τῆς, τοῦτο δὲ ἐκ τῆς. καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες ἰδίᾳ μᾶλλον καὶ φωνῇ καὶ διαίτῃ καὶ σχήματι χρῶνται. Ἀθηναῖοι δὲ κεκραμένῃ ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, θυσίας δὲ, καὶ ἱερὰ, καὶ ἑορτὰς, καὶ τεμένη γνοὺς ὁ δῆμος ὅτι οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἑκάστῳ τῶν πενήτων θύειν δὲ εὐωχεῖσθαι, καὶ κτᾶσθαι ἱερὰ, καὶ πόλιν οἰκεῖν καλὴν καὶ μεγάλην, ἐξηῦρεν ὅτῳ τρόπῳ ἔσται ταῦτα. θύουσιν οὖν δημοσίᾳ μὲν ἡ πόλις ἱερεῖα πολλά. ἔστι δὲ ὁ δῆμος ὁ εὐωχούμενος καὶ διαλαγχάνων τὰ ἱερεῖα. καὶ γυμνάσια καὶ λουτρὰ καὶ ἀποδυτήρια, τοῖς μὲν πλουσίοις ἐστὶν ἴδια ἐνίοις. ὁ δὲ δῆμος αὐτὸς αὑτῷ οἰκοδομεῖται ἰδίᾳ παλαίστρας πολλὰς, ἀποδυτήρια, λουτρῶνας. καὶ πλείω τούτων ἀπολαύει ὁ ὄχλος, ἢ οἱ ὀλίγοι καὶ οἱ εὐδαίμονες. τὸν δὲ πλοῦτον μόνοι οἷοί τ' εἰσὶν ἔχειν τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων. εἰ γάρ τις πόλις πλουτεῖ ξύλοις ναυπηγησίμοις, ποῖ διαθήσεται, ἐὰν μὴ πείσῃ τὸν ἄρχοντα τῆς θαλάσσης, ἢ εἴ τις σιδήρῳ ἢ χαλκῷ ἢ λίνῳ πλουτεῖ πόλις, ποῖ διαθήσεται, ἐὰν μὴ πείσῃ τὸν ἄρχοντα τῆς θαλάττης. ἐξ αὐτῶν μέντοι τούτων καὶ δὴ νῆές μοί εἰσι. παρὰ μὲν τοῦ ξύλα. παρὰ δὲ τοῦ σίδηρος, παρὰ δὲ τοῦ χαλκός, παρὰ δὲ τοῦ λίνον. παρὰ δὲ τοῦ κηρός. πρὸς δὲ τούτοις ἄλλοσε ἄγειν οὐκ ἐάσουσιν οἵτινες ἀντίπαλοι ἡμῖν εἰσιν, ἢ οὐ χρήσονται τῇ θαλάττῃ. ἐγὼ μὲν οὐδὲν ποιῶν ἐκ τῆς γῆς, πάντα ταῦτα ἔχω διὰ τὴν θάλατταν. ἄλλη δ' οὐδεμία πόλις δύο τούτων ἔχει. οὐδ' ἔστι τῇ αὐτῇ ξύλα καὶ λίνον· ἀλλ' ὅπου λίνον ἐστὶ πλεῖστον, λεία χώρα καὶ ἄξυλος. οὐδὲ χαλκὸς καὶ σίδηρος ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως, οὐδὲ τἆλλα δύο ἢ τρία μιᾷ πόλει. ἀλλὰ τὸ μὲν τῇ, τὸ δὲ τῇ. ἔστι δὲ πρὸς τούτοις παρὰ πᾶσαν ἤπειρον ἐστὶν ἢ ἀκτὴ προέχουσα, ἢ νῆσος προκειμένη, ἢ στενόπορόν τι. ὥστε ἔξεστιν ἐνταῦθα ἐφορμοῦσι τοῖς τῆς θαλάττης ἄρχουσι, λωβᾶσθαι τοὺς τὴν ἤπειρον οἰκοῦντας. ἑνὸς δὲ ἐνδεεῖς εἰσιν. εἰ γὰρ νῆσον οἰκοῦντες θαλασσοκράτορες ἦσαν Ἀθηναῖοι,

licet facere, quæ terra dominātibus nō licet: non/nunquam terrā uastare potentiorū. Licet enim appellere ubi hostes uel nulli, uel pauci sunt: quòd si hostes aduenient, licet conscensis nauibus solue re, atque hoc qui facit, minori in difficultate est, quàm qui succurrit. Tum autē in mari imperanti bus licet à suis finibus quamlibet longè nauigare, cùm terra dominātibus non liceat suos fines itine re plurium dierum egredi. Nam et tarda itinera sunt, & cōmeatus lōgioris tēporis haberi nequit pedibus uadēti. Ac pedibus quidē iter faciēti, aut per amicitiā uadendū, aut pugnādo uincendū est. At nauiganti licet, si quo fuerit superior, excen/sum facere, sin inferior, eius terram deuitare, ac præternauigare, donec aut ad pacatā regionem, aut ad inferiores se perueniat. Frugū quoq; mor/bos, qui cœli uitio conciliātur, qui terra plurimū possunt, ægre ferunt: qui uerò mari, facile. Non enim simul omnis terra laborat, itaq; ex ea, quæ copiose extulit, suppetit eis, qui mare tenent. Iam uerò (si leuiora memorare fas est) propter maris imperium primùm epulandi modos inuenerunt, dum inter se cōmiscentur, ut in Sicilia, aut in Ita/lia, aut in Cypro, aut in Aegypto, aut in Lydia, aut in Ponto, aut in Peloponeso, aut alicubi alibi: hæc omnia in unū coacta sunt, propter maris im/perium. Deinde cùm uocē omnē audiāt, aliud ex alia delegerūt. Ac Græci quidem propria magis & uoce, & cōsuetudine, & forma utūtur. Athe/nienses uerò tēperata ex omnibus & Græcis, & Barbaris. Sacrificia aūt, et festa, et fana, cū sciret populus fieri nō posse, ut pauperū quisq; et sacrifi caret, et epularetur, et sacra cōpararet, et urbē pulchrā, magnāq; incoleret, excogitauit quo pa/cto hæc fierēt. Sacrificātur igitur publicè, nomi/ne ciuitatis, hostiæ frequētes. Populus autē is est qui epulatur, et hostias sortitur. Et gymnasia quidē, et lauacra, et spoliaria, diuitib. nōnullis priua ta sunt. At populus ædificat ipse sibi priuatim multas palæstras, spoliaria, lauacra, magisq; his fruitur plebs, quam pauci, et beati. Iā diuitias solū possunt habere et Græcorū et Barbarorū. Nā si qd oppidū lignis abūdat ad fabricādas naues ido/neis, ad quā rē adhibebit, nisi maris dominatorē cōciliauerit? Aut si qd ferro, ære, lino abundat op pidū, quā ad rē adhibebit nisi maris dominatorē cōciliauerit? Atq ex his ipsis mihi suppetūt naues, ab alio ligna ab alio ferrū, ab alio æs, ab alio linū, ab alio cera. Neq; uerò hæc aliò importari sinēt, si q nobis hostes sunt, cū maris usum nō cōcedent. Et ego quidē nihil cōparans ex terra, omnia hæc per mare habeo, quorū aliud oppidū nullū duo ha bet, neq; est eidē materiæ et lini copia: quin ubi li ni plurimū est, ibi nuda est regio, et absq; materia: neq; æs, et ferrū ex eodē oppido: neq; alia duo, triaue, uni sunt oppido, sed aliud alij. Postremò a/pud omnē continentē aut littus est prominēs, aut insula adiacēs, aut aliqua angustia. Itaq; licet ma ris dominatoribus huc appellere, et eos, qui conti nentem incolūt, infestare. Sed unū eis deest. Nā si insulam habitantes, mare tenerent Athenienses,

liceret eis damnum inferre, si uellent, neq; tamen pati, quandiu maris imperium obtinerent, ut neque ipsorum fines uastarentur, neq; hostes admitterent. Nūc agricultores et locupletes Athenienses, hostibus magis obnoxij sunt. At populus, quippe qui sciat illos nihil sui crematuros, neq; uastaturos, sine metu uiuit, neq; illis obnoxius est. Praeterea ab alio metu liberi essent, si insulam incolerent, uidelicet nūquam urbem à paucis proditū, neq; portas apertum iri, neque hostes inuasuros (quomodo enim insulam habitantibus haec fierent?) nec rursum seditiones illas fore in populo, si insulam colerent. Nam nunc quidem, si seditiones mouerent, hostium spe mouerent, ut eos per terram inducturi. Quòd si insulam colerent, ab his quoque in tuto essent. Postquam igitur à primordio non contigit eos habitare in insula, nunc haec faciunt: facultates suas in insulis deponunt, freti maris imperio: Atticam autem terram uastari patiuntur: scientes, si eam misererentur, maioribus se commodis priuatum iri. Item societates, & foedera, necesse est ut paucorum imperio subditae ciuitates praestent. Quòd si cōuentis non steterint, fieri non potest ut non pauci illi qui pepigerunt, criminis authores esse uideantur. At quae populus paciscitur, licet reliquis reiectis culpa in unum illum, qui dixit, & qui sciuit, negare: non enim adfuisse, aut comprobasse, qui quidem quae sciscuntur, in pleno sciscitentur populo. Aut si hoc non uideatur, at mille inueniant occasiones non faciendi quod nolint. Et si quod malum euenit ex plebiscito, causatur populus paucos homines ipsi cōtrauenientes negocium corrupisse. Sin aliquod bonum, sibi ipsis causam ascribit. Comoedijs autem traduci, & maledictis incessi populum quidem non sinunt, ne ipsi male audiant: sed priuatim iubent, si quis aliquem uult, intelligentes non uulgarem, neque de multitudine esse eum, qui traducatur ut plurimum, sed aut diuitem, aut nobilem, aut potentem. Pauperum quidem, & popularium paucos sanè traduci, & ne eos quidem, nisi ob curiositatem, aut quia conentur aliquid supra plebem. Itaq; ne hos quidem suggillari aegrè ferunt. Equidem hoc dico, populū Atheniensem cognoscere quinam ciuium boni, quiq; mali sint: quod cùm sciant, eos qui sibi commodi sunt, & utiles, diligūt, etiam si mali sint: bonos autem magis oderunt. Non enim existimant uirtutem illis ad suum bonum inditam esse, sed ad malum. Contrà autem, quidam, cùm reipsa natura de plebe sint, non sunt populares tamen ac populi quidem potentatum ipsi populo ignosco. Nam cum eo bene agi, omnino ferendum est. Sed qui, cùm de plebe non sit, mauult tamen in ciuitate habitare, quae plebes, quàm quae paucorum arbitrio regatur, is ius uiolare statuit, & nouit facilius posse eum, qui malus sit, in ciuitate trāsigere, in qua populus imperet, quàm in qua pauci. Ac de Atheniensium quidem ciuitate institutum non probo. Sed postquam uisum est eis populi imperio gubernari, rectè mihi uidentur populi imperium tueri, dum

ὑπῆρχεν ἂν αὐτοῖς ποιεῖν μὲν κακῶς εἰ ἐβούλοντο. πάσχειν δὲ μηδὲν, ἕως τῆς θαλάττης ἦρχον, μηδὲ τμηθῆναι τὴν ἑαυτῶν γῆν, μηδὲ προσδέχεσθαι τοὺς πολεμίους. νῦν δὲ οἱ γεωργοῦντες καὶ οἱ πλούσιοι Ἀθηναίων ὑπέρχονται τοὺς πολεμίους μᾶλλον. ὁ δὲ δῆμος, ἅτε εὖ εἰδὼς ὅτι οὐδὲν τῶν σφῶν ἐμπρήσουσιν, οὐδὲ τεμοῦσιν, ἀδεῶς ζῇ, καὶ οὐχ ὑπερχόμενος αὐτούς. πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἑτέρου δέους ἀπηλλαγμένοι ἂν ἦσαν, εἰ νῆσον ᾤκουν μηδέποτε προδοθῆναι τὴν πόλιν ὑπ᾽ ὀλίγων, μηδὲ πύλας ἀνοιχθῆναι, μηδὲ πολεμίους ἐπεισπεσεῖν, πῶς γὰρ νῆσον οἰκούντων ταῦτ᾽ ἐγίγνετο; μηδ᾽ αὖ στασιάσαι τῷ δήμῳ μηδέν, εἰ νῆσον ᾤκουν. νῦν μὲν γὰρ εἰ στασιάσαιεν, ἐλπίδα ἂν ἔχοντες τοῖς πολεμίοις στασιάσειαν ὡς κατὰ γῆν ἐπαξόμενοι. εἰ δὲ νῆσον ᾤκουν, καὶ ταῦτα ἂν ἀδεῶς αὐτοῖς εἶχεν. ἐπειδὴ οὖν ἐξ ἀρχῆς οὐκ ἔτυχον οἰκήσαντες νῆσον, νῦν τάδε ποιοῦσι. τὴν μὲν οὐσίαν ταῖς νήσοις παρατίθενται, πιστεύοντες τῇ ἀρχῇ τῇ κατὰ θάλατταν. τὴν δὲ Ἀττικὴν γῆν περιορῶσι τεμνομένην, γιγνώσκοντες ὅτι εἰ αὐτὴν ἐλεήσουσιν, ἑτέρων ἀγαθῶν μειζόνων στερήσονται. ἔτι δὲ συμμαχίας καὶ τοὺς ὅρκους ταῖς μὲν ὀλιγαρχουμέναις πόλεσιν ἀνάγκη ἐμπεδοῦν. ἢν δὲ μὴ ἐμμένωσι ταῖς συνθήκαις, ἢ ὑφ᾽ ὅτου ἀδικεῖν ὀνόματα ἀπὸ τῶν ὀλίγων οἳ συνέθεντο. ἅσσα δ᾽ ἂν ὁ δῆμος συνθῆται, ἔξεστιν αὐτῷ ἑνὶ ἀνατιθέντι τὴν αἰτίαν τῷ λέγοντι, καὶ τῷ ἐπιψηφίσαντι, ἀρνεῖσθαι τοῖς ἄλλοις, ὅτι οὐ παρῆν οὐδὲ ἀρέσκει οἵ γε τὰ συγκείμενα πυνθάνονται ἐν πλήρει τῷ δήμῳ. καὶ εἰ μὴ δόξαι εἶναι ταῦτα, προφάσεις μυρίας ἐξεύρηκε τοῦ μὴ ποιεῖν, ὅσα ἂν μὴ βούλωνται. καὶ ἂν μέν τι κακὸν ἀναβαίνῃ ἀπὸ ὧν ὁ δῆμος ἐβούλευσεν, αἰτιᾶται ὁ δῆμος ὡς ὀλίγοι ἄνθρωποι αὐτῷ ἀντιπράττοντες διέφθειραν. ἐὰν δέ τι ἀγαθόν, σφίσιν αὐτοῖς τὴν αἰτίαν ἀνατιθέασι. κωμῳδεῖν δ᾽ αὖ, καὶ κακῶς λέγειν τὸν μὲν δῆμον οὐκ ἐῶσιν, ἵνα μὴ αὐτοὶ ἀκούωσι κακῶς, ἰδίᾳ δὲ κελεύουσιν εἴ τίς τινα βούλεται, εὖ εἰδότες ὅτι οὐχὶ τοῦ δήμου ἐστὶν, οὐδὲ τοῦ πλήθους ὁ κωμῳδούμενος ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ἀλλ᾽ ἢ πλούσιος, ἢ γενναῖος, ἢ δυνάμενος. ὀλίγοι δέ τινες τῶν πενήτων καὶ τῶν δημοτικῶν κωμῳδοῦνται. καὶ οὐδ᾽ οὗτοι ἐὰν μὴ διὰ πολυπραγμοσύνην, καὶ διὰ τὸ ζητεῖν πλέον τι ἔχειν τοῦ δήμου. ὥστε οὐδὲ τοὺς τοιούτους ἄχθονται κωμῳδουμένους. φημὶ μὲν οὖν ἔγωγε τὸν δῆμον τὸν Ἀθήνησι γιγνώσκειν, οἵτινες χρηστοί εἰσι τῶν πολιτῶν, καὶ οἵτινες πονηροί. γιγνώσκοντες δὲ τοὺς μὲν σφίσιν αὐτοῖς ἐπιτηδείους καὶ συμφόρους φιλοῦσι, κἂν πονηροὶ ὦσι. τοὺς δὲ χρηστοὺς μισοῦσι μᾶλλον. οὐ γὰρ νομίζουσι τὴν ἀρετὴν αὐτοῖς πρὸς τὸ σφέτερον ἀγαθὸν πεφυκέναι, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ κακόν. καὶ τοὐναντίον γε τούτου ἔνιοι ὄντες, ὡς ἀληθῶς τοῦ δήμου τὴν φύσιν, οὐ δημοτικοί εἰσι, δημοκρατίαν δ᾽ ἐγὼ μὲν αὐτῷ τῷ δήμῳ συγγιγνώσκω. αὑτὸν μὲν γὰρ εὖ ποιεῖν παντὶ συγγνώμη ἐστιν. ὅστις δὲ μὴ ὢν τοῦ δήμου εἵλετο ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει οἰκεῖν μᾶλλον, ἢ ἐν ὀλιγαρχουμένῃ, ἀδικεῖν παρεσκευάσατο, καὶ ἔγνω ὅτι μᾶλλον οἷόν τε διαλαθεῖν κακῷ ὄντι ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει, ἢ ἐν ὀλιγαρχουμένῃ. καὶ περὶ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας τὸν μὲν τρόπον οὐκ ἐπαινῶ. ἐπειδὴ δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς δημοκρατεῖσθαι, εὖ μοι δοκοῦσι διασῴζεσθαι τὴν δημοκρατίαν,

τούτῳ

τοῦτον τὸν τρόπον χρώμενοι, ὡς ἐγὼ ἐπέδειξα. ἔτι δὲ καὶ τοῦδε τινὰς ὁρῶ μεμφομένους Ἀθηναίους, ὅτι ἐνίοτε οὐκ ἔστιν αὐτόθι χρηματίσαι τῇ βουλῇ οὐδὲ τῷ δήμῳ ἐνιαυτὸν καθημένῳ ἀνθρώπῳ. καὶ τοῦτο Ἀθήνησι γίγνεται οὐ δι' ἓν ἄλλο, ἢ διὰ τὸ πλῆθος τῶν πραγμάτων, οὐχ οἷοί τε πάντας ἀποπέμπειν εἰσὶ χρηματίσαντες. πῶς γὰρ ἂν καὶ οἷοί τε εἶεν, οὕς γε δεῖ πρῶτον μὲν ἑορτάσαι ἑορτὰς ὅσας οὐδεμία τῶν Ἑλληνίδων πόλεων, ἐν δὲ ταύταις ἧττόν τινα δυνατόν ἐστι διαπράττεσθαι τῶν τῆς πόλεως; ἔπειτα δὲ δίκας καὶ γραφὰς καὶ εὐθύνας ἐκδικάζειν, ὅσας οὐδ' οἱ σύμπαντες ἄνθρωποι ἐκδικάζουσι. τὴν δὲ βουλὴν βουλεύεσθαι, πολλὰ μὲν περὶ τοῦ πολέμου, πολλὰ δὲ περὶ πόρου χρημάτων, πολλὰ δὲ περὶ νόμων θέσεως, πολλὰ δὲ περὶ τῶν κατὰ πόλιν ἀεὶ γιγνομένων· πολλὰ δὲ καὶ τοῖς συμμάχοις, καὶ φόρον δέξασθαι, καὶ νεωρίων ἐπιμεληθῆναι καὶ ἱερῶν. ἆρα δὴ τί θαυμαστόν ἐστιν, εἰ τοσούτων ὑπαρχόντων πραγμάτων, μὴ οἷοί τ' εἰσὶ πᾶσιν ἀνθρώποις χρηματίσαι; λέγουσι δέ τινες, ἤν τις ἀργύριον ἔχων προσίῃ πρὸς βουλὴν ἢ δῆμον, χρηματίσαι. ἐγὼ δὲ τούτοις ὁμολογήσαιμ' ἂν ἀπὸ χρημάτων πολλὰ διαπράττεσθαι Ἀθήνησι, καὶ ἔτι ἂν πλείω διαπράττεσθαι, εἰ πλείους ἐπεδίδοσαν ἀργύριον. τοῦτο μέντοι εὖ οἶδα ὅτι πᾶσι διαπρᾶξαι ἡ πόλις τῶν δεομένων οὐχ ἱκανή, οὐδ' εἰ ὁποσονοῦν χρυσίον καὶ ἀργύριον διδοίη τις αὐτοῖς. δεῖ δὲ καὶ τάδε διαδικάζειν, εἴ τις τὴν ναῦν μὴ ἐπισκευάζει ἢ κατοικοδομεῖ τι τὸ δημόσιον. πρὸς δὲ τούτοις χορηγοῖς διαδικάσαι ἐς Διονύσια καὶ Θαργήλια, καὶ Παναθήναια, καὶ Προμήθεια, καὶ Ἡφαίστια ὅσα ἔτη, καὶ τριήραρχοι καθίστανται τετρακόσιοι ἑκάστου ἐνιαυτοῦ, καὶ τούτων τοῖς βουλομένοις διαδικάσαι ὅσα ἔτη. πρὸς δὲ τούτοις ἀρχὰς δοκιμάσαι καὶ διαδικάσαι καὶ ὀρφανοὺς δοκιμάσαι, καὶ φύλακας δεσμωτῶν καταστῆσαι. ταῦτα μὲν οὖν ὅσα ἔτη. διὰ χρόνου δὲ διαδικάσαι δεῖ στρατείας. καὶ ἐάν τι ἄλλο ἐξαπιναῖον ἀδίκημα γίγνηται, ἐάν τε ὑβρίζωσί τινες ἄηθες ὕβρισμα, ἐάν τε ἀσεβήσωσι. πολλὰ ἔτι πάνυ παραλείπω. τὸ δὲ μέγιστον εἴρηται, πλὴν αἱ τάξεις τοῦ φόρου. τοῦτο δὲ γίγνεται ὡς τὰ πολλὰ δι' ἔτους πέμπτου. φέρε δὴ τοίνυν ταῦτα οὐκ οἴεσθαι χρὴ διαδικάζειν ἅπαντα; εἰπάτω γάρ τις, ὅτι οὐ χρὴ αὐτόθι διαδικάζεσθαι. εἰ δ' αὖ ὁμολογεῖν δεῖ ἅπαντα χρῆναι διαδικάζειν, ἀνάγκη δι' ἐνιαυτοῦ. ὡς οὐδὲ νῦν δι' ἐνιαυτοῦ δικάζοντες ὑπάρχουσιν, ὥστε παύειν τοὺς ἀδικοῦντας ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀνθρώπων. φέρε δή, ἀλλὰ φησί τις, χρῆναι δικάζειν μέν, ἐλάττους δὲ δικάζειν. ἀνάγκη τοίνυν, ἐὰν μὲν ὀλίγα ποιῶνται δικαστήρια, ὀλίγοι ἐν ἑκάστῳ ἔσονται τῷ δικαστηρίῳ. ὥστε καὶ διασκευάσασθαι ῥᾴδιον ἔσται πρὸς ὀλίγους δικαστάς, καὶ συνδικάσαι πολὺ ἧττον δικαίως δικάζειν. πρὸς δὲ τούτοις οἴεσθαι χρὴ καὶ ἑορτὰς ἄγειν χρῆναι Ἀθηναίους, ἐν αἷς οὐχ οἷόν τε δικάζειν. καὶ ἄγουσι μὲν ἑορτὰς διπλασίους, ἢ οἱ ἄλλοι. ἀλλ' ἐγὼ μὲν τίθημι ἴσας τῇ ὀλιγίστας ἀγούσῃ πόλει. τούτων τοίνυν τοιούτων ὄντων, οὔ φημι οἷόν τ' εἶν ἄλλως ἔχειν τὰ πράγματα Ἀθήνησιν, ἢ ὥσπερ νῦν ἔχει, πλὴν εἰ κατὰ μικρόν τι οἷόν τε, τὸ μὲν ἀφελεῖν, τὸ δὲ προσθεῖναι. πολὺ δ' οὐχ οἷόν τε μετακινεῖν, ὥστε μὴ ἔχειν τῆς δημοκρατίας ἀφαιρεῖν τι. ὥστε μὲν γὰρ βέλτιον

ἔχειν

dum hac ratione utuntur, quam ego demonstraui. In hoc etiam uideo à quibusdam Atheniensis reprehendi, quòd interdum non licet ibi senatui, neque populo, hominem expedire, qui illic per totum annum desideat. Et hoc Athenis fit nullam aliam ob rem, quàm quòd propter negotiorum multitudinem, non possunt omnes confectis eorum causis dimittere. Nam quo pacto possint, quibus primùm plura sunt agenda festa, quàm ulli Graecarum ciuitatum, in quibus festis minus possunt negocia procurari ciuitatis? Deinde tot causae, actiones, iudicia iudicanda, quot ne uniuersi quidem homines iudicant. Senatui autem statuenda sunt multa de bello, multa de pecunijs comparãdis, multa de legum latione, multa de quotidianis negocijs, multa etiam de socijs: tum tributum accipiendum, & rei naualis, & sacrorum gerenda cura est. Quid ego mirum est, si, cùm tot sint negocia, nequeunt omnium hominum causas expedire? Sed aiunt nonnulli, si quis argentum habens, senatum adeat, aut populum, eius negocium confici. Ego uerò his fatebor pecunia multa confici Athenis, atque etiam plura confectum iri, si plures argentum darent. Hoc tamen exploratum habeo, omnium, quibus opus sit, negocijs absoluendis, ciuitate non esse satis, ne quidem si quis eis quantumuis auri, argẽtiq; det. Haec quoq; dijudicanda sunt, si quis nauem non conficit, aut aliquid respublica aedificat. Praeterea choragis uacandum est in Bacchanalia, in Apollinaria, in Quinquatria, in Promethealia, in Vulcanalia quotannis, & triremiũ praefecti constituuntur in singulis annis quadringenti, et de his, si qui uelint, dijudicandum est quotannis. Adhaec magistratus sunt probandi, & dijudicandi, & orphani probandi, & uinctorum custodes constituendi. De his quidem rebus quotannis stato tempore statuendũ est exercitibus: tum si quod aliud repentinum crimen extiterit, aut si quis rarũ aliquod facinus, aut impium quid cõmiserit. & adhuc permulta omitto, sed quod maximum est, dictum est, praeter ordinationes tributi, hoc autem fere fit quinto quoq; anno. Age sanè, nónne existimandum est haec omnia esse dijudicanda? nisi si quis neget ibi debere dijudicari. Nam si quidem conuenit oportere omnia dijudicare, necesse est id in anno fieri. Atqui ne nunc quidem, cùm per annum iudicent, sufficiunt maleficis coercendis, prae multitudine hominum. Esto sanè: sed dicet aliquis iudicare quidem oportere, sed pauciores iudicare. Igitur si pauca fiant iudicia, pauci in singulis iudicijs sint necesse est. Itaque aliquid moliri facilè erit ad paucos iudices, & subscribere, multò minus iuste iudicare. Praeterea existimandum est, festos quoq; dies agendos esse Atheniẽsibus, in quibus iudicia exercere nefas. Et quidem festa agunt dupla, quàm alij. Sed ego pono paria ciuitati, quae paucissima agit. Cũ haec igitur ita se habeãt, nego fieri posse ut aliter se res habeant Athenis, quàm quomodo nunc habent, nisi si potest paulatim aliud adimi, aliud addi: multum quidem rectè immutari non potest, ut non de populi potentatu aliquid detrahatur. Nam ut melius

habeat

habeat respublica, possunt multa excogitari. Sed ut manēte populi imperio, melius respublica administretur, nō facilè ratio inueniri potest, nisi quemadmodò dixi, paulatim addendo, aut detrahendo. Videntur autem Athenienses hoc quoq; non rectè instituere, quòd deteriores eligūt in ciuitatibus seditione motis. Sed ne hoc quidē ab re faciūt. Si enim eligerent meliores, eligerent non eos qui eadem secum sentirent, nā in nulla ciuitate pars optima beneuola est erga plebem, sed pessima quæq; pars in quaq; ciuitate, optime uult plebi. Similes enim similibus beneuoli sunt. Hanc igitur ob rem Athenienses sibi conuenientia deligunt. Quoties autē conati sunt eligere optimos, non profuit eis, quin intra breue tempus populus seruiuit: modò Bœotis: modò, cùm Milesiorum elegerunt optimos, intra breue tempus per defectionem populum conciderunt: modò cū elegerūt Lacedæmonios aduersum Messenios, intra breue tempus Lacedæmonij, euersis Messenijs, bellum Atheniensibus intulerunt. Arbitretur autē fortassis aliquis nullū immeritò Athenis à iure gerendi magistratus, per infamiā repulsum. Ego uerò dico quosdam esse, qui iniuria repulsi sint, sed eos paucos. Atqui non paucis opus est, qui Athenarum populare imperium inuadāt, quandoquidem sic se res habet, nihil moliri homines qui meritò infamia notantur. Sed si qui immeritò: at quis putet multos immeritò infamia notatos Athenis, cùm populus sit qui magistratus moderatur: et ex eo quòd non iuste imperent, neq; iusta dicant, aut faciant, ex his inquam causis Athenis sint infames? His consideratis non debet iudicari aliquid esse mali ab eis, qui sunt Athenis infamia notati.

FINIS.

ἔχειν τῇ πολιτείᾳ, οἷόν τε πολλὰ ἐξευρεῖν. ὥστε μὲν τοι ὑπάρχειν δημοκρατίαν μὲν εἶναι, ἀρκούντως δὲ τοῦτο ἐξευρεῖν, ὅπως δὲ βέλτιον πολιτεύσονται, οὐ ῥᾴδιον, πλὴν ὅπερ ἄρτι εἶπον, κατὰ μικρόν τι προσθέντα ἢ ἀφελόντα. δοκοῦσι δὲ Ἀθηναῖοι καὶ τοῦτό μοι οὐκ ὀρθῶς βουλεύεσθαι, ὅτι τοὺς χείρους αἱροῦνται ἐν ταῖς πόλεσι ταῖς στασιαζούσαις. οἱ δὲ τοῦτο γνώμῃ ποιοῦσιν. εἰ μὲν γὰρ ᾑροῦντο τοὺς βελτίους, ᾑροῦντ᾽ ἂν οὐχὶ τοὺς ταὐτὰ γιγνώσκοντας σφίσιν αὐτοῖς; ἐν οὐδεμιᾷ γὰρ πόλει τὸ βέλτιστον εὔνουν ἐστὶ τῷ δήμῳ, ἀλλὰ τὸ κάκιστον ἐν ἑκάστῃ πόλει εὔνουν τῷ δήμῳ. οἱ γὰρ ὅμοιοι τοῖς ὁμοίοις εὔνοοί εἰσι. διὰ ταῦτα οὖν Ἀθηναῖοι τὰ σφίσιν αὐτοῖς προσήκοντα αἱροῦνται. ὁποσάκις δ᾽ ἐπεχείρησαν αἱρεῖσθαι τοὺς βελτίστους, οὐ συνήνεγκεν αὐτοῖς, ἀλλ᾽ ἐντὸς ὀλίγου χρόνου ὁ δῆμος ἐδούλευσεν. ὅτε μὲν Βοιωτοῖς. τοῦτο δὲ ὅτε Μιλησίων εἵλοντο τοὺς βελτίστους, ἐντὸς ὀλίγου χρόνου ἀποστάντες, τὸν δῆμον κατέκοψαν. τοῦτο δὲ ὅτε εἵλοντο Λακεδαιμονίους ἀντὶ Μεσσηνίων, ἐντὸς ὀλίγου χρόνου Λακεδαιμόνιοι καταστρεψάμενοι Μεσσηνίους, ἐπολέμουν Ἀθηναίοις. ὑπολάβοι δέ τις ἂν ὡς οὐδεὶς ἄρα ἀδίκως ἠτίμωται Ἀθήνησιν. ἐγὼ δέ φημί τινας εἶναι, οἳ ἀδίκως ἠτίμωνται, ὀλίγοι μέντοι τινές. ἀλλ᾽ οὐκ ὀλίγων δεῖ τῶν ἐπιθησομένων τῇ δημοκρατίᾳ τῇ Ἀθήνησιν. ἐπεί τοι καὶ οὕτως ἔχει, οὐδὲν ἐνθυμεῖσθαι ἀνθρώπους, οἵτινες δικαίως ἀτιμοῦνται. ἀλλ᾽ εἴ τινες ἀδίκως, πῶς ἂν οὖν ἀδίκως οἴοιτό τις ἂν τοὺς πολλοὺς ἠτιμῶσθαι Ἀθήνησιν, ὅπου ὁ δῆμός ἐστιν ὁ ἄρχων τὰς ἀρχάς; ἐκ δὲ τοῦ μὴ δικαίως ἄρχειν, μηδὲ λέγειν τὰ δίκαια ἢ πράττειν, ἐκ τοιούτων ἄτιμοί εἰσιν Ἀθήνησι. ταῦτα χρὴ λογιζόμενον μὴ νομίζειν εἶναί τι δεινὸν ἀπὸ τῶν ἀτίμων Ἀθήνησι.

ΤΕΛΟΣ.

ERRATA, CVM PROPTER TEMPORIS BREVITATEM EMENDARE NON POTUIMUS, tibi amice lector, si quæ fuerint corrigenda committimus: hæc autem sic restitues.

Folio 62. linea 38. lege eam. 526. 29. arbitramur. 27. 45. plurium. 409. 24. nihilominus, abundat. 553. 18. excelluerit. 553. 43. in imperio. 553. 60. facultates consumendo. 554. 56. uenirent.

ΤΑ ΠΕΡΙ ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ἐκ τοῦ σουίδα.

ΞΕΝΟΦΩΝ σωκράτους μαθητής, ἐστρατεύσατο ἐπὶ πέρσας, κύρῳ συνανελθὼν ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν ἀρταξέρξην. ὁ κῦρος δὲ ἦν μετὰ τισσαφέρνην ὕπαρχος ὑπὸ δαρείου τοῦ πατρὸς τῶν ἐν τῇ ἀσίᾳ καταστάς. μετὰ δὲ τὸν δαρείου θάνατον, κῦρον ἀρταξέρξης διαβληθέντα ὑπὸ τισσαφέρνους ἀναιρεῖν μέλλων, ἀφῆκε, παρυσάτιδος τῆς μητρὸς παραιτησαμένης αὐτόν, καὶ τὴν στρατιὰν αὐτῷ φυλαξάσης. ὁ δὲ ὡς τισσαφέρνει πολεμῶν, ἤθροισε δύναμιν καὶ ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν ἔγνω στρατεύειν. τετρακόσιοι δὲ καταλιπόντες τὸν κῦρον, ἔφυγον ἐκ τῶν συστρατευσάντων ὁπλῖται καὶ πελτασταὶ γφ΄. Ξενοφῶν δὲ συνανέβη. δέκα δὲ τῶν βαρβάρων μυριάδας συναθροίσας, ὡς ἐπὶ πισίδας δῆθεν ἐπορεύετο. ὡς δὲ τὰ ἔθνη διῆλθεν, ἐφ᾽ ἃ στρατεύειν ἐπροφασίζετο, συνιέντες οἱ ἕλληνες ἐπὶ βασιλέα εἶναι τὴν στρατείαν, ὤκνουν τὴν ἀνάβασιν. κλεάρχου δὲ εἰπόντος τὴν ὑποστροφὴν ἄπορον εἶναι κύρου μὴ συναιρουμένου, συνήεσαν. κῦρος δὲ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ πρὸς τισσαφέρνην μαχόμενος, κλεάρχου δὲ ἀπαγορεύοντος αὐτῷ μὴ πολεμεῖν, ἀπέθανεν. οἱ δὲ ἕλληνες ὑπὸ κλεάρχῳ τεταγμένοι, ἀριαῖον προεβάλλοντο βασιλέα αὐτῶν. ὁ δὲ παρῃτήσατο. βασιλεὺς δὲ τὴν τοῦ κύρου κεφαλὴν καὶ χεῖρα ἀποκόψας τοῖς ἕλλησιν ἔπεμπε ζητῶν τὰ ὅπλα ὡς περὶ νενικημένων. οἱ δὲ οὐκ ἔδωσαν. δόλῳ δὲ τισσαφέρνης παραβὰς τοὺς ὅρκους, προδίδωσι βασιλεῖ τοὺς ἕλληνας, καὶ κλέαρχον, καὶ μένωνα, καὶ τοὺς λοιποὺς στρατηγοὺς τῶν ἑλλήνων οὓς ἀναιρεῖ. καὶ ξενοφῶν αὐτῶν στρατηγεῖ, καὶ πάντας νικᾷ. ἐλθόντων δὲ καὶ εἰς θρᾴκην, ἐμίσθωσαν ἑαυτοὺς σεύθῃ τῷ βασιλεῖ μύριοι διασωθέντες.

DE XENOPHONTE

EX SVIDA.

XENOPHON, Socratis discipulus, militauit contra Persas cũ ascendisset Cyrus contra fratrẽ Artaxerxen. Cyrus autem post Tissapherneẽ à patre Dario Asiæ regionibus præfectus fuerat. Post obitum uero Darij Artaxerxes Cyrũ à Tissapherne falso delatũ, matre intercedente, eiusq; exercitũ conseruante, dimisit. Cyrus igitur tanquam Tissaphernem bello persequuturus, copias collegit, & contra fratrem arma sumere statuit. Quadringenti autem à Cyro defecerunt, fugerunt etiam eorum qui unà militarunt grauis armaturæ milites, & cetrati circiter 3500. Collectis igitur centum millibus Barbarorum contra Pisidas se iturum simulauit. Postquã uerò harum gentiũ quas bello adoriri præ se tulerat, oras peruasisset, Græci intelligentes expeditionem contra regẽ eductam esse, ascendere recusarunt. Clearcho tamen asserente, non posse eos reuerti quin interficeretur Cyrus, simul consecuti sunt. Verùm Cyrus nudo capite contra Tissaphernem dimicans, Clearcho etiam dissuadente ne manus consereret, interijt. Hinc Græci qui sub Clearcho militabant, Ariæum sibi in regem depoposcerunt. hic autem renuit. Rex porrò Cyri capite detruncato, & manu abscissa, arma sibi à Græcis, uti qui iam uicti essent, dedi postulauit. Hi uerò nequaquam tradiderunt. Tum Tissaphernes fœdera transgressus, Græcos regi dolo prodidit, Clearchum uerò & Menonem, nec non alios duces è medio sustulit. Xenophon tandem dux factus, de omnibus uictoriam reportat: Decem millia qui seruati erant cùm in Thraciam uenissent, sub Seuthe rege stipendia meruerunt.

Qui plura desiderarit, Laërtium legat.